10-5-R-30


יהוה
SANCTUS
SANCTUS
ALTER
ET CLAMABANT
AD ALTERUM
ANTE LEGEM
POST LEGEM
LEX PER MOYSEN DATA
DE
ECCLESIA POST LEGEM
Liber analogicus
nondum in Lucem editus
Quem ſequitur expoſitio
epiſtolæ B. Iudæ. Authore
IACOBO BOULDUC
ordinis Capucinorum
prædicatore
PARISIIS Æ
Apud IOSEPHUM COTTEREAU.
uiâ Iacobæa ſub Signo
Prudentiæ M.DCXXX
Cum. Priuilegio Regis.
PROPHETARUM
SUPER FUNDAMENTUM
APOSTOLORUM
Elias
Eſaias
Ieremias
Ezechiel
Daniel
Bartholomæus
Matthæus
Iacobus Alphæi
Simon Cinæus
Iudas Iacobi
Malaleel
Iared
Henoch
Mathusale
Noe
Petrus
Iacobus
Ioannes
Andreas
Philippus
Thomas
IPSO SUMMO ANGULARI LAPIDE CRISTO IESU

Digitized by Google

10-5-K-30

DE ECCLESIA POST LEGEM

LIBER ANALOGICVS NONDVM IN LVCEM EDITVS.

IN QVO OSTENDITVR QVANTA ſit ſimilitudo inter legem naturalem & legem Euangelicam.

ADDITVR EXPOSITIO EPISTOLÆ B. Iudæ Apoſtoli, in qua ſimilia ſecundæ B. Petri verba pariter expanduntur.

AVTHORE P. IACOBO BOVLDVC Pariſino Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum Prædicatore.



PARISIIS,

Apud IOSEPHVM COTTEREAV, via Iacobæa, ſub ſigno Prudentiæ.

M. DC. XXX.

Cum Priuilegio Regis, & Approbatione Doctorum.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOBILISSIMO,

CLARISSIMOQVE

VIRO MATTHÆO MOLE' EQVITI D. Domino de Lacy, Champ-plaſtreux, le Pleſſis, S. Remy, &c. Regis Francorum & Nauarræ Chriſtianiſſimi in conſilio ſacratiori Conſiliario prudentiſſimo, ac Procuratori Generali integerrimo.

F. Iacobus Boulduc Pariſinus & Ordinis Minorum Capuccinorum Prædicator.

Salutem & æternam felicitatem.

IN veterum, qui ſtudijs erant dediti Sapientiæ, conuiuijs, tres calices miſcebantur, VIR AMPLISSIME, primus Ioui Olympio; alter Heroibus, tertius Ioui Seruatori: vt profana illis menſa videretur, quam non is honos, magnis nominibus habitus, ritè conſecraſſet. Ego, cùm antea Idumeæ

Digitized by Google

regionis athletam illum, qui varia fortunæ curriculo puluerem Olympicum in carne ſua putredine & ſordibus induta collegerat, produxiſſem, Illuſtriſſimo Cardinali, velut primum poculum eius nectaris, quod in felici otio ſepoſita vita bibitur, lotis manibus porrexi: poſt, librum de ritibus eius Eccleſiæ, quæ ante Legem
Heb.12.23. *erat, quamque D. Paulus* primitiuorum, iuſtorumque perfectorum *cognominat, tanquam Heroüm calicem doctiſſimo Antiſtiti, cuius peruigil cura pro cuſtodia ſui gregis ſemper excubat, ritè propinaui. Ecce tertius calix, qui primordia doctrinæ per Euangelium noua ratione propalatæ, nec non aduerſus venena prauarum opinionum præſens antidotum continet, abs me tibi offertur; non quidem Ioui Seruatori, ſed, ô noſtri ſæculi egregium decus, conſeruatori, cuſtodique diuini & humani iuris; qui non minùs acriter, quæ tua eſt pietas, pro illa ipſa Eccleſia, quam Dei filius condidit, in ampliſſimo tuo munere contendis: quàm pro Regijs ornamentis & commodis, quæ tua eſt religio atque fides, infracto robore & indefeſſo ſpiritu pugnas.*

Nec eſt cur huius audaciæ meæ excuſationes cudere aut præferre ſtudeam, ne me velut nouum, ignotúmque hominem vel Charitum tuarum myſterijs nondum initiatum à te abijcias, quarum ſplendor eximius iam à multis annis

Digitized by Google

toties me vehementer aſtrinxit, quoties tam facilem ad te acceſſum, tam benignum pro familiaribus meis, aliiſque miſeris perſonis ſuffraganti auditum & fauorem conceſſiſti, ſed & cuius priora opera tam gratanter excepiſti, amore fouiſti, lectione beaſti, illuſtraſti præconio: imò, velut materna quadam erga me ductus teneritudine, in perturbatores meos ſæpe pio quodam zelo incanduiſti. Decet igitur, vt cui nuper editi libri DE ECCLESIA ANTE LEGEM lectio non diſplicuit, de poſterioris cum illo acoluthia iudicans, eius quoque nunc in lucem exituri tutelaris ſis Genius, & qui mearum in hoc paritudinis genere variarum ac diutinarum anguſtiarum optimè conſcius es, imò, pro tua ſingulari bonitate conſors fieri dignatus es, nouo huic fœtui Lucina præficiaris, vt per te immortalitatis indiges Zoilorum longè obtrectationes ſupergreſſus fauſto, ſecuróque æternam famam tuo nomine promereatur. Neque ſanè dubito, quin ſi de tua dignatione robur atque vires iſte ingenij mei partus accipiat, Christianæ ciuitati nonnihil proſit: & portenta iugulet hæreticarum nouitatum, quæ ad præfocandas, extirpandáſque veri ſtirpes & radices tam impiè, quàm impunè feruntur. Itaque,

—— δέξαι τὴν δὲ τὴν μετανιπτρίδα
Μεστὴν Διὸς σωτῆρος ἀγαθοῦ δαίμονος. Diphilus in Sapphone.

---Sumito hanc tibi metaniptridem
Plenam Iouis Soteris Optimi Dei.

& meum conatum, ita æqui, boníque conſule; vt Deum Optimum Max. pro tua ſoſpitate veneror, ac me porrò veneraturum, quoad viuam, promitto & ſpondeo.

Approbatio

Digitized by Google

APPROBATIO DOCTORVM.

NOs infra ſcripti ſacræ Facultatis Theologicæ Pariſienſis Doctores fidem facimus, accuratè per lectum à nobis fuiſſe librum cui titulus eſt. *De Eccleſia poſt legem, cum expoſitione Epiſtolæ B. Iudæ Apoſtoli.* Auctore R. Patre Iacobo Boulduc Capuccino Pariſienſi, nihilque in eo deprehenſum quod à Sacroſanctæ Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ & Romanæ doctrina, aut à bonis Moribus alienum ſit, dignúmque eſſe, qui pro facili multorum ſacræ ſcripturę textuum intelligentia prælo committatur. Ita cenſuimus. Pariſijs die vigeſima Februarij. Anno reparatæ ſalutis milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo.

DE SAINCT PERE. I. DREVX.

Facultas R. P. Prouincialis Fratrum Capuccinorum Prouinciæ Pariſienſis, ad mentem admodum R. Patris Generalis.

NOs frater Paſchalis Abbauillenſis Fratrum Capuccinorũ in Prouincia Pariſiẽſi Prouincialis, licet immeritus, iuxta literas admodum R. Patris Ioannis Mariæ à Noto totius noſtrę congregationis Miniſtri Generalis, librum, cui titulus eſt. *De Eccleſia poſt legem cum expoſitione Epiſtolæ B. Iudæ Apoſtoli* à R. P Iacobi Boulduc eiuſdem Congregationis Prædicatore, compoſitum & à quibuſdam noſtris Patribus Theologis & Prædicatoribus examinatum & approbatum typis mandati permittimus. In quorum fidem has litteras manu noſtra ſubſcriptas & ſigillo noſtro munitas dedimus Pariſijs vndecima die menſis Iulij. Anno Salutis milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo.

F. PASCHALIS qui ſupra.

Digitized by Google

Approbatio Patrum Ordinis.

IN hoc opere. *De Eccleſia poſt legem cum expoſitionis Epiſtolâ B. Iudæ Apoſtoli* compoſito à R. P. Iacobo Boulduc Pariſino Ordinis Minorum S. Franciſci Capuccinorum Prædicatoris, nihil à veritate Fidei Catholicæ alienum, nihil deuium, nihil diſſonum deprehendi, ſed viuidum ac vegetum Authoris ingenium in eruendis ſacrarum litterarum arcanis ſenſibus elucet, omnia ſingulari eruditione plena, & antiquitatis Eccleſiaſticæ ſinceris ſectatoribus valde proficua. Quapropter digniſſimum iudico, vt in lucem prodeat ad totius Orbis Chriſtiani publicam, communemque vtilitatem. Datum Pariſijs octauo Idus Iulij. Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo.

F. LEO Pariſinus Predicator Capuccinus.

ACcuratè legi R. Patris Iacobi Bolduci Prædicatoris Capuccini, atque in hac Prouincia Pariſienſi Deffinitoris, librum, cui titulus. *De Eccleſia poſt legem, nec non expoſitionem eiuſdem in Epiſtolam Catholicam B. Iudæ Apoſtoli*; nihilque in ijs à fide vel minimùm alienum animaduerti: quinimo, quàm plurimas veritates ex alto diuini eloquij puteo ingenioſè erutas, quibus & Eccleſiaſticorum rituum vetuſtas ſolidiſſimè firmetur, & hæreticæ impietatis nouitas funditùs euertatur. Quamobrem, has elucubrationes prælo digniſſimas cenſeo: quod & omnis æquus rerum æſtimator, præſertim verò cùm ſacræ, tum profanæ antiquitatis ſtudioſus mecum ſine dubio ſentiet. Datum Pariſijs in Conuentu noſtro Aſſumptionis B. Virg. ſito in ſuburbio ſancti Honorati vi. Idus Iul. An. Domini 1630.

F. MARTIALIS RICOMAGVS
concionator Capuccinus & ſacræ
Theologiæ Lector Pariſijs.

Digitized by Google

SVMMA PRIVILEGII.

LVDOVICI XIII. Galliarum & Nauarræ Regis Chriſtianiſſimi, priuilegio cautum eſt ne quis librum cui titulus eſt, *De Eccleſia poſt legem à R.P. Iacobo Boulduc Ordinis Capucinorum Prædicatore*, compoſitum quouis caractere, aut forma, ſeu integrum, ſeu eius partem excudere, aut alibi excuſſum vendere alioue quocumque modo diſtrahere poſſit intra ſex annos deputandos à die finitæ primæ impreſſionis præter eos typographos aut Bibliopolas, quibus dictus R. P. Iacobus Boulduc de hoc facultatem conceſſerit: ſub pœna confiſcationis librorum & mulctæ arbitrariæ, aliarúmque contra eiuſmodi fraudatores definitarum in fuſiori diplomate eiuſdem Chriſtianiſſimæ Maieſtatis. Dato Pariſijs die ſecunda Martij. Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo.

De mandato Regis.

Signatum, LE CONTE.

Facultas Authoris data Bibliopolæ.

EGo huius libri Author ſubſignatus virtute ſupradicti Priuilegij Regis Chriſtianiſſimi, Facultatem do IOSEPHO COTTEREAV Bibliopolæ Pariſienſi typis mandandi ac vendendi hunc ipſum librum. *De Eccleſia poſt legem*, quoties & quocúmque modo voluerit iuxta dictum Regis diploma quod ideo ad illum tranſtuli. Datum Pariſijs in noſtro Capuccinorum cœnobio quod dicitur Aſſumptionis B. Mariæ quarta die menſis Iulij. Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo.

F. IACOBVS BOVLDVC.

Digitized by Google

INDEX CAPITVM LIBRI de Eccleſia poſt Legem.

Cap. I. *DE lege naturali, eiuſque dignitate ac nominibus.*

Cap. II. *De alio communiori legis naturæ nomine, quo abſolutè & κατ' ἐξοχὴν iuſtitia nuncupatur.*

Cap. III. *De lege Moſaica.*

Cap. IV. *Cur voluerit Chriſtus in Galilæa primum manifeſtari, ibi diſcipulos eligere, et cur Galilæorum nomen apud Angelos honorificum, apud homines exoſum fuerit.*

Cap. V. *Quo pacto Deus fecit, vt legis Moſaicæ ſectatores ritus eius paulatim ita dediſcerent; vt deſtructa, iuxta eam, idololatria, priſca legis naturæ ſtatuta reſumerent: & quem ad hoc mirabilem modum ſapientiſſimè tenuerit, præſertim vt Biblia in Græcum idioma verterentur, ordinando: quorum genuinam translationem ſecuti ſunt Apoſtoli.*

Cap. VI. *Ex genuina Septuaginta Interpretum translatione et rigida ex Hebræo verſione multa in nouo teſtamento myſteria latentia detegi oſtenditur, exemplo trium nominum, nempe, Angelorum, Apoſtolorum et Euangeliſtarum: ex quorum vero diſcrimine, conſtat hæreticam Angelorum religionem à Simone Mago originem habuiſſe.*

Cap. VII. *De multis aliis Hebraicis nominibus, quibus Chriſti temporibus ſcholæ ſeu Synagogæ Iudæorum nominabantur, et ab inuicem diſtinguebantur: ex quibus ſaltem quatuor Apoſtoli erant, quando vocati ſunt: Iacobus Minor, Simon, Iudas Thadæus & Bartholomæus.*

Ca. VIII. *Quod ablatis cum circunciſione ceremonijs, quæ ad legem Moyſis attinebant, Apoſtoli ſtatim antiquum legis naturæ de Dei & proximi dilectione præceptum renouarunt, &, vt Gentibus prædicaretur, indixerunt.*

Cap. IX. *Quod ſacramenta legis Euangelicæ ortum habent à lege naturæ et priſcis eius ſectatoribus, nempe, Patriarchis, præſertim Baptiſma, Confirmatio, Euchariſtia, & Pœnitentia.*

Cap. X. *De alijs tribus legis Euangelicæ ſacramentis, nempe, extrema vnctione, ſacramento Ordinis & Matrimonio.*

Cap. XI. *De ijs quæ ſolent appellari ſacramentalia, quæ ſunt res, aut ceremoniæ, quibus poſt Euangelium Eccleſia vti ſolet in ſacramentorum adminiſtratione, iuxta antiquum ritum Eccleſiæ ante Legem.*

Cap. XII. *De Cælibatu. De tonſura clericorum & Monachorum.*

Ca XIII. *De imaginibus & reliquijs.*

Cap. XIV *De oratione et de vtriuſque ſexus religioſis.*

Sequitur expoſitio Epiſtolæ B. Iudæ Apoſtoli, ad maiorem prædictorum elucidationem.

IACOBI

Digitized by Google

IACOBI

B **BOVLDVC**

ORDINIS FF.

MINORVM CAPVCI-NORVM PRÆDICATORIS.

C *De Eccleſia poſt Legem liber analogicus.*

CAPVT I.

De lege naturali, eiuſque dignitate, ac nominibus.

SAPIENTISSIME dixit Auguſtinus: [a] *Tanta eſt Chriſtianarum profunditas litterarum, vt eis quotidie proficerem, ſi eas ſolas ab ineunte ætate vſque ad decrepitam ſenectutem maximo*
D *otio, ſummo ſtudio, meliore ingenio conarer addiſcere: nō quòd ad ea, quæ neceſſaria ſunt ſaluti, tanta perueniatur difficultate; ſed cum quiſque ibi fidem tenuerit, ſine qua piè rectéque non viuitur, tam multa, tamque multiplicibus myſteriorum vmbraculis opaca intelligenda proficientibus reſtant, tantáque non ſolum in verbis, quibus iſta dicta ſunt, verum etiam in rebus, quæ intelligendæ ſunt, latet altitudo ſapientiæ, vt annoſiſſimis,*

[a] Ad Voluſ. epiſt. 3.

Digitized by Google

acutiſſimis, flagrantiſſimis cupiditate diſcendi hoc contingat, quod
Sacra Scriptura ubertas inexhauſta. *eadẽ Scriptura quodã loco habet: Cùm cõſummauerit homo, tũc incipit*

Liber Iob fœcundiſſimus æquè ac profundiſſimus amplam nobis quondam miniſtrauerat materiam, ex qua libellum de Eccleſia ante Legem velut mediocrem ſtrueremus domunculam: & ex iſta verò ecce noua alia ſuppetunt, quibus noui teſtamenti ædificemus aream: noui cœli, noua terra, noui nobis montes apparent, ex quibus talia perſpiciamus, quæ nos penitùs reddãt attonitos, atque in ſpiritu humilitatis exclamare cogant: *Quàm magnificata ſunt opera tua Domine? omnia in ſapientia feciſti, nimis profundæ factæ cogitationes tuæ: vir inſipiens non* B.
a Pſal. 91.7. *cognoſcet, & ſtultus non intelliget hæc.* a Vt autem ea pro modulo noſtro perſcrutemur, maxime in analogia quæ eſt inter Eccleſiam poſt Legem, id eſt, inter legem naturæ, & legem Euangelij, primò agendum de lege naturali.

Triplex igitur ſtatus ſeu tempus Eccleſiæ paſſim ab omnibus agnoſcitur, Naturæ, Legis, & Gratiæ: quorum primus licet
b Iacob. 1. 21. in tertio *per inſitum verbum*, b hoc eſt, Chriſtum Dei filiũ multis modis illuſtrari ac perfici haberet: veræ tamen virtutis, to-
Triplex Eccleſiæ tempus tiúſque perfectionis continebat fundamentum: quæ non parua eius dignitas eſt, iſtis paucis æternæ ſapientiæ verbis expreſſa. C.
c Matth. 7. 12. Luc 6. 31. *Omnia, quæcũmque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc eſt enim lex, & prophetæ.* c Item, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua & in tota mente tua: hoc eſt maximum & primum mandatum. Secundum autem ſimile eſt huic, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. In his duobus mandatis vniuerſa lex & prophetæ.* In quibus verbis, ſicut nomine legis legem Moſaicam intelligit Chriſtus: ita per prophetas eos præſertim Patres, qui multis ſæculis Moyſen præceſſerunt, hoc eſt,
Quid legis & Prophetarum nominibus intelligatur. iuxta legis naturæ præſcripta perfectè vixerunt, alióſque viuere docuerunt: quales fuerunt ab orbis initio Seth, Enos, Cai- D.
nan, Malaleel, Iared, Henoch, Mathuſalem, Lamech, Noe, Sem, Heber, Abraham, & eorum, poſt legem Moſaicam, ſectatores, vt Eſaias, Ieremias, Elias, Eliſæus, Ezechiel, Daniel, Hamos, Michæas, &c. Cuius profeſſionis homines ideo Ced-
d Geneſ. 15. 19. monæi, d id eſt, antiqui vocabantur eò quid eorum doctrina, nempe dicta lex naturalis, de Dei & proximi dilectione ab initio mundi habuit principium: & hoc eſt quod in Euangelio qui-

Digitized by Google

A dam de Chriſto dicebant, *Quia Elias apparuit: ab alijs autem dicebatur, quia propheta vnus de antiquis ſurrexit:* [a] *alij, quia vnus Propheta de prioribus ſurrexit*: eò quòd Chriſtus & Ioannes ſimilem Eliæ, priſcorúmq; prophetarum vitam ducebant. Et cum ipſe Chriſtus ipſorum antiquorum ſinceram de dilectione doctrinam populo vellet exponere contra falſas ac peruerſas Phariſæorum interpretationes dicebat turbis *Audiſtis* (id eſt, Phariſæi falſo docuerunt vos) *quia dictum eſt antiquis, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem* (quem tenetis aut Eliam eſſe, aut vnum ex antiquis prophetis, iuxta eo- B rum veram doctrinam) *dico vobis, Diligite inimicos veſtros, benefacite iis qui oderunt vos, &c.* [b] Et ita dicendum de iis, quæ Chriſtus exponendo Decalogum docet in quinto, ſexto, & ſeptimo Matthæi capitulis. Hæc eſt lex dilectionis, quam S. Iob ſeruabat, cum *erat oculus cæco, & pes claudo, pater pauperum,* [c] *flens ſuper eo qui afflictus erat, compatiens animæ pauperis, cùm mœrens incedebat factus frater draconum & ſocius ſtrutionum* [d] hoc eſt, miſerorum & ærumnoſorum. Quam Noe, etiam deriſorem filium benedictione (licet minori) donando, [e] ſeruauit, nec non Loth, [f] Iacob, [g] Ioſeph, [h] & alij.

a Luc 9.8. & 19.
Proph. priores aut antiqui qui dicuntur in Euangelio.
b Matth 5 4.
c Iob 29. 15.
d Iob 30. 25.16 28 29
e Geneſ. 9. 20 iuxta Hebr.
f Geneſ 19. 7.
g Geneſ. 32. 17.
h Geneſ 42

C Hoc igitur de dilectione mandatum lex eſt data primis parentibus, quod vetus teſtamentum rectè dici poteſt; ſicut vocatur *teſtamentum æternum.* Et licet peccauerint, non tamen à Deo illis fuit abſconditum: ſed potiùs oſtenſum, declaratum, & impoſitum: ſic enim de illis loquens Eccleſiaſticus [i] ait: *Teſtamentum æternum conſtituit cum illis, & Iuſtitiam & Iudicia ſua oſtendit illis.* Et paulò pòſt: *Non ſunt abſconſa teſtamenta per iniquitatem illorum, & omnes iniquitates eorum in conſpectu Dei.* Quaſi dicat; licet coram Domino maximæ & grauiſſimæ fuiſſent iniquitates eorum, propter quas penitus à Deo deſeri me- D rebantur: dedit tamen eis legem, per quam bene de ſe mereri poſſent. Quæ autem illa ſit exponit his verbis: *Et mandauit illis vnicuíque de proximo ſuo.* [k] Facillimum ſane mandatum & quaſi inſitum à natura: proinde homini valde congruum, vt ait Didymus, [l] cùm ſit ſociale ac manſuetum animal: addere poſſumus, cùm ſit rationale, ideóque ipſa ratione ducatur ad cognoſcendum, ac toto corde diligendum Deum, qui eſt ſummum bonū: ac ſibi ſimili homini facere vel non facere, quod ſibi fieri

i Cap 17.10
Lex natura data à Deo primis parentibus.
K Ibid. verſ. 1.
l In 1. Epiſt. Ioan.

Digitized by Google

vel non fieri vult. Et hoc velle videtur Apoſtolus ſcribens ad Theſſalonicenſes: [a] *De charitate fraternitatis non neceſſe habemus ſcribere vobis: ipſi enim vos à Deo didiciſtis, vt diligatis inuicem.* Et hoc vult Auguſtinus: [b] *Charitas inchoata, inchoata Iuſtitia eſt: prouecta Iuſtitia eſt: ſed charitas de corde puro, conſcientia bona & fide non ficta.* Item, quod poſt Ariſtotelem [c] ſcribit Cicero [d] *Amicitia continet ciuitates: & ſi homines ſint amici, non eſt opus Iuſtitia. Si verò ſint Iuſti, egent amicitia, & quod eſt maximè Iuſtum, ad amicitiam pertinet.* S. quoque Chryſoſtomus: *Charitas*, inquit, *eſt virtutum principium & finis: ipſa eſt radix, fundamentum, & faſtigium.* Auguſtinus [e] vrget, quod nullus eſt, qui ſola natura duce non aſſerat, nolle accedi ab altero ad vxorem ſuam, ſibi furtum fieri, & qui velit iniuriam pati: cui non diſpliceat panem ſibi negari eſurienti, peregrinum non ſuſcipi. Idcirco, ne ſi Iuſtitia tantum labiorum, ſed etiam factorum, dictare rationem naturalem, vt eadem alijs vel non faciamus mala, vel bona præſtemus. B

[a] 1. Epiſt. cap. 4. 9.
[b] Lib. de nat. & gratia cap. 7.
[c] Lib. 8 Ethic.
[d] Lib. de amicit.
Legis naturalis encomium.
[e] In Pſal. 57

Cùm autem tanta ſit iſtius legis dignitas, hinc factum eſt, vt multis præclaris detur in Scriptura nominibus. Nempe, propter eius ab initio mundi originem, & ad eiuſdem vſque finem durationem, & perpetuitatem, vocatur *lex æterna*, [f] & *teſtamentum æternum* [g] Quæ verba debent ſemper præciſè intelligi de Decalogo, qui legis iſtius quoddam Digeſtum eſt, non autem de tota lege Moſaica: cuius maior pars finem erat acceptura. C

Lex naturalis vocatur lex æterna & teſtamentum æternum.
[f] Baruch. 4. 1.
[g] Pſal. 110. 9. Eccli. 17 10. 11. 21. 45. 8. 19

Secundò, propter magnam Iuſtitiam, quam continet, Iacobus Apoſtolus, [h] vocat eam religionem mundam: *Religio munda & immaculata apud Deum, & Patrem hæc eſt, viſitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſæculo.* Quibus verbis totam hanc legem in duo Iuſtitiæ capita videtur diuidere: quæ ſunt facere bonum, præſertim proximo, & fugere malum, quod eſt peccatum contra Deum. D Hoc & Petrus [i] expoſuiſſe videtur vſurpans Pſalmiſtæ verba. Poſtquam enim dixit: *In fide autem omnes vnanimes, compatientes, fraternitatis amatores, miſericordes, &c. non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto*, addit: *Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos, coerceat linguam ſuam à malo, & labia eius non loquantur dolum: declinet à malo, & faciat bonum.* [k]

[g] Cap. 1. 27.
Religio munda.
[i] 1. Epiſt. c 3. 9.
[k] Pſal. 36. 27.

Digitized by Google

Tertiò, propter eius præ cæteris legibus eminentiam, & quia eſt earum omnium baſis ac fundamentum, B. Iacobus a nominat eam νόμον βασιλικὸν, id eſt, legem regalem, vel legem fundamentalem. *Si tamen*, inquit., *legem perficitis regalem ſecundum ſcripturas, Diliges proximum tuum ſicut teipſum*, &c. *Lex regalis.* a Cap.2.8.

Quartò, eò quòd iſtam legem obſeruando, veram in conſcientia libertatem aſſequimur, *liberique ſumus Iuſtitiæ*, vt loquitur Apoſtolus, [b] vocatur *lex libertatis* à B. Iacobo, [c] qui ap- b Rom.6.
B pellat Euangelium *legem perfectam libertatis*. Poſtquam enim de hac lege iuxta Decalogum, ait, *Quod ſi non mœchaberis, occides autem*, &c. Subdit, *Sic loquimini, & ſic facite, ſicut per legem libertatis incipientes iudicari*, nempe in Iudicio conſcientiæ. Deinde de Euangelio ſubdit: *Qui autem perſpexerit in legem perfectam libertatis & permanſerit in ea*, &c. De qua perfecta lege libertatis loquitur & Petrus: [d] *Quaſi liberi & non quaſi velamen habentes malitiæ libertatem*: nec non Paulus, [e] dicens, *Nos in libertatem eſſe vocatos: tantum ne libertatem in occaſionem demus carnis, ſed per charitatem ſeruiamus inuicem*. Quod & alibi [f] ſæpe facit, iuxta ipſius Chriſti doctrinam. [g] 20. c Cap.2.12 *Lex libertatis.* d Epiſt.1. cap.2.16. e Gal 5.13. f Rom 5.14. 18. Gal. 4.3. 6. 20 g Ioan.8. 36.

C Quintò, lex naturalis dicitur *via Dei*: de illa enim, non de via hominum intelligi videtur illud Geneſis [h] *Cùm vidiſſet Deus terram eſſe corruptam, omnis quippe caro corruperat viam ſuam* Hebr. eius; *dixit*, &c. In hoc ſenſu B. Iob [i] ait, ſe *viam Dei cuſtodiuiſſe, & non declinaſſe ex ea*. Imò, quoddam tunc ſpeciale mandatum fuiſſe (nempe dilectionis) indicat, addens iuxta Hebr. *Præceptum labiorum eius non deſerui*: [k] quod amplius declarat in ſequentibus. Hic è contra ait, impios dixiſſe Deo, *Recede à nobis, & ſcientiam viarum tuarum nolumus*, [l] hoc eſt, ſcire viam tuam. Sic Deus loquitur de ſeruo ſuo Abraham: *Scio quod præcepturus ſit filijs ſuis, & domui ſuæ poſt ſe, vt cuſtodiant viam Domini, & faciant Iudicium & Iuſtitiam*, &c. [m] Ad huius viæ Dei tranſgreſſionem attinet acceptio perſonarum, vt conſtat ex Iobi, [n] & Iacobi [o] Apoſtoli verbis. Vnde Phariſæi, qui ab Enoſcæis antiquiſque prophetis trahunt originem, cum adulari Chriſto voluerunt, ita eum conueniunt: *Magiſter, Scimus quia* h Cap.6.12. i Cap 23.11. *Via Dei.* k Cap. 31. per totum. l Iob.21.14. m Geneſ. 18. 19. n Cap.13.8. 31.21. 34.19. o Cap. 2,1.

 A

verax es, & viam Dei in veritate doces, & non eſt tibi cura de aliquo, &c.[a]

a Matth. 22.16. Sextò iſta lex appellatur *via Iuſtitiæ*, vt verba Eccleſiaſtici [b] iam à nobis laudata teſtantur, *Pœnitentibus autem* (de primis b Cap 17. 10.20. parentibus loquitur) *dedit viam Iuſtitiæ.* Paulò antè de eadem *Via Iuſtitia.* lege dixerat, *Teſtamentum æternum conſtituit cum illis, & Iuſtitiam, & Iudicia ſua oſtendit eis.*

Septimò vocatur *Iuſtitia Dei*, aut quia immediatè à Deo data eſt, aut phraſi Hebraïca, qua, quæ magna ſunt Dei ſolent ap-*Iuſtitia Dei.* pellari vt *montes Dei, ignis Dei, cedri Dei, homo Dei,* &c. Sic de ea Paulus [c] ait, *Iuſtitia Dei in eo* (Euãgelio) *reuelatur ex fide in fidem.* B c Rom.1. 17. Item. *Nunc autem ſine lege* (Moſaïca) *Iuſtitia Dei manifeſtata eſt, teſtificata à lege* (Moſaïca) *& prophetis* [d] antiquis. Item, de Iu- d Rom. 3. 21. dæis ait: *Ignorantes Iuſtitiam Dei, & ſuam* (Circunciſionis) *quærentes ſtatuere, Iuſtitiæ Dei* (quæ per Euangelium perficitur) *non ſunt ſubiecti.* De qua etiam Iacobus [e] Apoſtolus loquitur, di- e Cap.1.20. cens: *Ira enim viri Iuſtitian Dei non operatur.* Nimirum, quia iraſci contra proximum eſt contra legem naturalem.

C

Capvt II.

De alio communiori legis naturæ nomine, quo abſolutè, & κατ' ἐξοχὴν Iuſtitia nuncupatur.

LEx naturæ tribus alijs nominibus, idem tamen ſignificantibus, appellatur in Scriptura. Primum eſt, *æquitas*, ſeu rectitudo: vt cum Iob [a] agebat. *Proponat æquitatem contra* a Cap.23.7. *me, & perueniat ad victoriam Iudicium meum.* D Item, cum vnus ex eius amicis loquens de *Lex naturalis vocatur æquitas.* propheta, qui ex officio viſitat hominem ægrotantem, ait. *Si fuerit pro eo Angelus* (hoc nomine tunc vocabantur prophetæ) *eloquens vnus de millibus* (ſeu principibus) *vt annuntiet* (exhortando proponat ei) *hominis æquitatem* (id eſt, legem æquitatis, ad quam tenetur, vt videat in quo illam

Digitized by Google

A transgreſſus ſit) *miſerebitur eius & dicet*, &c.[a] a Iob.33.
Quo ſpeciali, non generali, modo eadem vox ſumi videtur 23.
cùm dicitur Deus *Iudicaturus populos*, [b] vel *orbem in æquitate* c, b Pſal.66.
aut Iuſtitia d. Quod idem Pſalmiſta exponere videtur, cum de 5.95.10.97.
eodem futuro generali iudicio loquens poſtquam nonnulla 9. Eſa 11.4.
propoſuit peccata contra hanc æquitatem, ſeu legem naturæ, c Act 17.31. d Pſal.97.
vt pote furta, adulteria, dolos, & in proximum maledicta, ſub- 9.
iungit: *Exiſtimaſti inique quod ero tui ſimilis, arguam te, & ſta-
tuam contra faciem tuam* e. Hoc eſt, ſtatuam contra te *teſtimo-* e Pſal.49.
nium conſcientiæ tuæ, & inter ſe inuicem cogitationes accuſantes in 22.
B *die cum Iudicabit Deus occulta hominum*, vt Paulus [f] loquitur f Rom.2.
Gentilibus, quaſi exponens Pſalmiſtæ verba, *Iudicabit populos* 15.
(quaſi alios à Iudæis) *in æquitate*. Propterea huius legis obſer-
uatores antiquitùs dicebantur *recti*. g g Iob.1.1.
Secundum nomen eſt *Iuſtitia legis*: hoc eſt, quæ per Moyſis 1.3.4.7.17.
Decalogum diſtinctiùs exponitur: vel eò quòd ſit tanquam 8.9.22.19.
forma & anima legis Moſaïcæ: & iſta dicitur *lex Iuſtitiæ* reſpe- *Iuſtitia le-gis.*
ctu Decalogi, qui illius eſt tanquam Digeſtum *& ordinatio facta
per Angelos*, vt Paulus [h] loquitur: Euangelium autem, quate- h Gal. 3.19.
nus perfecit iſtam legem nominatur ab eodem *Iuſtitia fidei*,
C vel *per fidem*. Et ſic debet intelligi quod Ita conciſè, nec minus
diſertè ait i: *Iuſtitia Dei* (lex naturalis) *in eo* (Euangelio) *reuela-* i Rom.1.
tur ex fide (priſcorum Patrum) *in fidem* (Euangelij.) Quæ tria 26.
eadem breuitate & eloquentia comprehendit dicens alibi: *Gen-
tes quæ non ſectabantur Iuſtitiam*, multa peccando contra legem
naturæ, *apprehenderunt Iuſtitiam; Iuſtitiam autem, quæ ex fide eſt*,
credendo in Chriſtum: *Iſrael verò ſectando legem Iuſtitiæ*, nem-
pe Decalogum, *non peruenit. Quare?* (non peruenit) *Quia non
ex fide*, credendo in Chriſtum, *ſed quaſi ex operibus* ceremonia-
libus legis Moſaïcæ, *offenderunt enim in lapidem offenſionis.*
D Tertiò abſolutè appellatur *Iuſtitia*: quod magis commune *Iuſtitia.*
proprium nomen factum eſſe videtur, vt cùm nuper Paulus k k Ibidem.
dicebat, quòd Gentes *non ſectabantur Iuſtitiam*. Eccleſiaſticus l l Cap. 17.
autem *Deum Iuſtitiam & Iudicia ſua oſtendiſſe* primis parenti- 10.
bus. Et Chriſtus volens legem naturalem diſtinctiùs populis
exponere, atque oſtendere Phariſæos non ſolum ſenſum eius
ſuis interpretationibus deprauare, ſed etiam multa contra illam
peccare, iſta verba præmittit: *Niſi abundauerit Iuſtitia veſtra*

Digitized by Google

pluſquam ſcribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum [a]. Et cum baptiſmus Ioannis eſſet ex inſtituto priſcorum in lege naturæ, quorum ſectator erat Ioannes, qui Chriſtum ad ſe venientem baptizare renuens tale ab eo reſponſum accepit *Sine modo: ſic enim decet nos implere omnem Iuſtitiam* [b]. Quaſi diceret: decet vt ego, qui circuncisus iam impleui legem Iuſtitiæ Moſaïcæ, iſtam quoque impleam, ac perficiam quæ in lege naturæ inſtituta eſt. Eleganti quoque periphraſi vtitur Paulus [c] cùm vult doctores Hebræos ceremonijs Moſaïcis ita procliues oſtendere. vt quod erat præcipuum, legem videlicet, naturalem penitùs negligerent, circa quædam eius ceremonialia, qualis erat arca & propitiatorium cum Cherubis, quæ non à Moyſe ſed à priſcis patribus primo inſtituta fuerant. Quaſi igitur apud eos dicta legis naturæ ceremonialia antiquata fuiſſent, & circa illa eſſent tanquam pueruli, & infantes ignorantes poſtquam vocauit illud propitiatoriũ, de quo mox loquuturus eſt, *elementa exordij oraculorum Dei*, priſcorum autem patrum doctrinam *ſermonem Iuſtitiæ*, id eſt, de lege naturæ ſic proſequitur: *Cùm deberetis magiſtri eſſe propter tempus* (nempe longiſſimũ, quo magiſterium exercetis) *rurſum indigetis, vt doceamini, quæ ſunt elementa exordij ſermonum Dei: & facti eſtis, quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo. Omnis enim, qui lactis eſt particeps* (ſicut verè vos eſtis) *expers eſt ſermonis Iuſtitiæ*: Id eſt, iam oblitus eſt, aut penitùs ignorat, quænam ſit antiqua doctrina olim data à Principibus in lege naturæ. Iuxta hoc *Iuſtitiæ* nomen antiqui illorum temporum prophetæ, qui ad prædicandum mittebantur vocabantur *præcones Iuſtitiæ* [d], ſicut nunc noſtri vocantur *annuntiatores Euangelij*. [e] ſermo autem, id eſt, prædicatio eorum dicebatur *ſermo Iuſtitiæ*, vt nuper dicebat Paulus. Eadem de cauſa ſupremus tunc Eccleſiæ Pontifex, qui proprio nomine vocabatur Sem, appellatiuo, dignitatiſque vocabulo Melchiſedech; id eſt, Rex ſeu conſultor Iuſtitiæ. Et quod Sol eſt inter planetas, Chriſtus filius Dei eſt inter præcones Iuſtitiæ, ritè propterea dictus *Sol Iuſtitiæ*. Illi verò Patres, legiſque naturæ *Iuſti* cognominabantur, vt primus inter eos Abel [f] non ſolùm propter oblationem ritè ab eo factam & Deo gratam, vt ait Paulus [g]: ſed etiam quia propter Iuſtitiam primus occiſus eſt, vt docent Cyprianus [h] & Gregorius. [i] Quæ Iuſtitia in hoc præſertim

a Matth. 5.43
Baptiſmus Ioannis ex antiquorum prophetarum inſtituto fuit.
b Matth.13.
c Heb.5.12.
d 2.Petr.2.5.
e 1 Cor.9.12.18.
f Matth.23.35 Hebr 11.4.
g Ibidem.
h Lib 4. Epiſt.6 vel 16.& lib. de bono pati.
i Lib 4. Moral. cap. 29. vel 36.

A ſertim enituit, quod fratrem, qui eum oderat, dilexerit: vt velle videtur Ioannes, qui poſtquam de iſta antiqua lege dilectionis dixit: *Quoniam hæc eſt annuntiatio, quam audiſtis* (per traditionem) *ab initio, vt diligeretis alterutrum*, ſubiungit: *Non ſicut Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem ſuum. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera eius maligna erant, fratris autem eius Iuſta.* [a] Eadem de cauſa, qui iſtius ſectati ſunt Iuſtitiam, & rectè in hac lege vixerunt cognominati ſunt Iuſti, vt Abraham, [b] Loth, [c] Iacob, & Ioſeph, [d] atque eorum poſteri. [e] Sed & qui illis temporibus aut præ cæteris dignitate & auctoritate eminebant, aut ſanctitate, B *Iuſti perfecti*, id eſt perfectè Iuſti dicebantur: vt Noë, [f] & Iob. [g]

Adamo autem illa tunc poſt lapſum data eſt Iuſtitia, cui Deus inſignem quoque promiſit reparatorem [h] iſtiúſque Iuſtitiæ, multis modis perfectorem: qui ideo eminenter iuſtus à prophet.. ; appellaretur. Vnde contigit, vt quicúmque deinceps ex huiuſmodi Iuſtis, Iuſti Redemptoris fidem habentes aliquid boni agerent *hoc eis ad Iuſtitian reputari* diceretur, vt de Abraham facto legimus [x] Eodem quoque ſenſu illius præſertim temporis *Iuſtus ex fide viuere* dicitur: vt de illis præſertim C loquitur Apoſtolus, [l] cùm ait, *Iuſtitiam Dei in Euangelio reuelari ex fide* (Patrum de Chriſto venturo) *in fidem*, (de Chriſto qui iam venit) *ſicut ſcriptum eſt, Iuſtus ex fide viuit.* Nam illis temporibus, & ſequentibus ante Chriſtum nullus potuit viuida opera facere, niſi in fide Chriſti. Ad hoc quoque reſpexit idem Apoſtolus de priſcis illis patribus ita loqueus, *Sancti per fidem vicerunt regna, operati ſunt Iuſtitiam adepti ſunt repromiſſiones,* &c. [m]

Denique iſta Iuſtitia, id eſt, lex de dilectione Dei, & proximi eſt tribunal conſtitutum à Deo in corde humano: vbi rationem D poſuit tanquam Iudicem, conſcientiam actorem, teſtes cogitationes: quæ, vt ait Apoſtolus, [n] vel accuſant, vel defendunt ipſum hominem reum coram Deo. Ibi, non in tabulis lapideis Chriſtus inſcripſit ſuam legem dilectionis & charitatis nouúmque mandatum aut iam ſcriptum ſed obliteratum renouauit. Vnde Paulus exigens à ſuo Timotheo [o] bonam militiam, eius quaſi ſummam conſtituit in fide & bona conſcientia. Eos namque qui repuliſſen. [i]am, circa illam naufragaſſe dicit. Hanc

a 1. Ioan. 3. 11 & 12.
b Sap 10 5.
c Ibidem 6.
d ibid 10. 12 13
e Ibid. verſ. 15. 17. 20. Iudith 10. 8. Eſther. 11. 7. & 9.
f Geneſ. 6. 9. & Ecli. 44. 17.
g Iob 12. 4. *Iuxta Hebr.*
h Geneſ. 3. 15.
i Eſa. 45. 8.
Nomen Iuſti Chriſto optimè tribuitur.
x Rom. 4. 3. & ſeq. Galat. 3 6. Iacob. 2. 23.
l Rom. 1. 17.
m Heb. 11. 33.
n Rom. 2. 15.
Lex naturæ eſt tribunal à Deo poſitum in conſcientia.
o Epiſt. 1. cap. 1. 18. 19.

a Act.23.1. velut conſcientiæ ipſemet bonæ opponebat apologiam. [a] Per hanc nos *poteſtatibus ſublimioribus ſubditos eſſe docet, eíſque tribu-*
b Rom. 13. 5. *ta reddendi.* [b] Et quia ſolus arcanorum animi ſenſorum eſt Deus, Dei velut loco conſcientiam eſſe dixit ille. [c]

c Menander.

Βροτοῖς ἅπασιν ἡ συνείδησις Θεός

Mortalibus omnibus conſcientia Deus

Vel potiùs, eò quòd ſicut nulla in Deo admitti poteſt iniquitas, ita conſcientia vel ſynteresis nulli prorſus vnquam peccato conſentit. Et hæc eſt cauſa, cur Chriſtus hanc conſcientiæ legem renouare & in memoriam hominum per doctrinam Euangelij reducere volens, diuina ſua eloquentia oſtendit, non ſola B praua opera aut verba ſiue contra Deum, ſiue contra proximum contra huius legis digeſtum, nempe Decalogum, eſſe peccata: ſed etiam prauas cogitationes, vt intuitum mulieris ad concupiſcendam eam. Ideo tam frequenter vellicabat conſcientias Phariſæorum, & acriter reprehendebat hypocriſim: eò quòd ſuis operibus ac doctrina ſimplices decipiebant, docentes ſola praua opera eſſe peccata Quam doctrinam cum ſemel tacitè reprehendiſſet, dicens: *Non quod intrat in os coinquinat hominem, ſed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem.* [d] Et cum ex

d Matth. 15. 11.

his verbis Phariſæi ſcandalizati fuiſſent, prædixit eorum ſectam tanquam falſa docentem citò deſtruendam: *Omnis,* ait, *plantatio, quam non plantauit pater meus, eradicabitur,* &c. Et ſtatim exponens quod dixerat, addit: *De corde enim exeunt* (ortum habent) *cogitationes malæ, homicidia, adulteria,* &c. Satis declarans Iuſtitiæ legem in conſcientia ſitam eſſe. C

Ad hoc tribunal ipſius hominis cauſas Deum euocaſſe legimus, quando Regi Dauid propoſita à Nathan eſt cauſa propria ſub ſpecie hominis qui furatus fuerat ouem: & rogatus Iudicium, tulit contra ſeipſum talem ſententiam: *Viuit Dominus,*
e 2. Reg 12. 5. *quoniam filius mortis eſt vir, qui fecit hoc.* [e] Poteſt addi illud Væ D pronuntiatum in eos *qui dicunt bonum, malum; & malum, bonum: amarum, dulce: & dulce amarum:* nempe contra dictamen conſcientiæ. Merito ergo philoſophi priſcam hanc Iuſtitiam primum naturæ, & moralis philoſophiæ principium eſſe docuerunt. Et præclarè Auguſtinus, [f] *Semel,* inquit, *breue præceptum*
f Tract 7. in 1. Ioan. Epiſt. *tibi præcipitur. Dilige, & fac quod vis: ſiue taceas, dilectione taceas: ſiue clames, dilectione clames: ſiue emendes; ſiue parcas, dilectione*

Digitized by Google

A *parcas: radix ſit intus dilectionis: non poteſt de iſta radice niſi bonum exiſtere*. Vnde Alexander Seuerus Imperator, qui animo ad Chriſtianam religionem propenſus fuiſſe creditur, dicere ſolebat: *Ideo Chriſtianos ſibi placere, quod quæ ſibi vellent fieri, alijs ipſi facerent*. Non dixiſſet ſanè, ſi noſtra vixiſſet ætate, legem laudare contentus, mores noſtros minimè. Sed tunc dicere debuit cum iſta naturæ, id eſt dilectionis lex diligentiſſimè ac fideliſſimè ſeruabatur à Chriſtianis Iuxta Apoſtolorum doctrinam, quorum epiſtolæ totæ impenduntur ad eam declarandam, vt æquus rerum Iudex facilè comperiet, ſi prædicta bene

B notauerit: & præſertim videbit Ioannem Euangeliſtam præ cæteris illam interpretari, vehementer inculcare, & ſupra modum exaltare tanquam perfectionem Chriſtianam in ſuis epiſtolis. De quo quædam poſtea [a] loca citamus: idémque, quod nunc multis confirmamus. Et certè doctrina Euangelica eſt illa *conſummatio abbreuiata, quæ inundatura erat Iuſtitiam*, vt prædixerat Eſaias [b] & interpretatur Apoſtolus [c] de conuerſione gentium, qui in hac Iuſtitia, id eſt, lege naturæ viuebant. quos in magna multitudine Euangelij *verbum conſummans & abbreuians in Iuſtitia, & quod breuiatum facturus erat Dominus ſuper*

C *terram* innundaturum erat. *Omnes ergo illos* (ait Euſebius [d]) *qui ab Abraham ſurſum verſus vſque ad primum hominem generationis ordine conſcribuntur, etiamſi non nomine, rebus tamen & religione Chriſtianos fuiſſe, ſi quis dicat, non mihi videtur errare*. Et paulò pòſt: *Et ideò non nouella, néque peregrina eſt Chriſtianorum religio, & nuper exorta, ſed ſi fas eſt liberè iudicare, quod verum eſt, prima omnium, atque ex ipſa ſimul mundi origine ac natiuitate deſcendens, eodem Chriſto Deo, doctore & inſtitutore iam inde ab initio ſpeciem formámque ſuſcipiens*. In quam ſententiam alij ex Græcis vt Origenes [e] & Greg. Nazianzenus [f] dixere plurima:

D & ſæpius ex Latinis Auguſtinus. [g]

a Cap. 8.

b Cap. 10. 22.

c Rom. 9. 28.

d Hiſt. lib. 1 cap. 1.

Religio Chriſtiana ab exordio mundi habuit initium.

e Tom. 2. comm. in Ioan.

f Orat. de Machab.

g Confeſ. lib. 10 cap. 43. Epiſt. 49. & epiſt. 89. & alibi.

Digitized by Google

 A

CAPVT III.

De lege Moſaïca.

Teſtamentum vetus in duo tempora diuiditur.

TEſtamentum, quod reſpectu legis Euangelicæ, paſſim vetus appellatur, eo quod illa nouum quoddã ſit Dei fœdus cum hominibus, in duo ſanè tempora diuidi debet, nimirum, in tempus ante legem, quod eſt naturæ B legis aut Patriarcharum, & in tempus legis vſque ad Chriſtum. Quod tamen non ſatis diſtinctum reperio apud Autores; qui vel vtriúſque temporis leges & hiſtoriam pro veteri teſtamento promiſcuè ſumunt, vt aliquatenus ſumi poteſt: vel etiam, vt plurimùm, pro ſolo Dei facto fœdere cum Iſraelitis tempore Moyſis, & pro iis omnibus, quæ extunc mandata ſcriptáque ſunt. Duplex tamen veteris teſtamenti reperio in ſcriptura diſcrimen; vnum enim eſt in tempore, alterum in nomine conſiderandum. Chriſtus ipſe id C nos apertè docuit, quando reſpondens Iudæis aut Phariſæis, qui ſcandalizati fuerant, eò quòd ſanum feciſſet hominem in Sabbato, dixit eis: *Vnum opus feci & omnes miramini. Propterea Moyſes dedit vobis circuncisionem (non quia ex Moyſe eſt, ſed ex patribus) & in Sabbato circunciditis hominem. Si circunciſionem accipit homo in Sabbato, vt non ſoluatur lex Moyſi, &c.* Manifeſtè enim diſtinguit duo tempora: vnum inſtitutionis Sabbati, quæ facta eſt quando conditus eſt mundus, vt nos alibi [a] probamus: alterum, quo data eſt lex circunciſionis Abrahæ, que ad legem Moſaïcam aliquo modo reducitur. Paulus autem Apoſtolus D aliter diſtinguit vetus teſtamentum, quatenus hoc nomen *vetus* importat non temporis antiquitatem: ſed inueterationem, & quaſi attritionem, conſumptionémque rei alicuius, alioquin non multùm vetuſtæ: idque phraſi Hebraïca, qua rem attritam & conſumptam vt pote, veſtimentum, [b] appellamus ſeneſcentem & veteraſcentem. In quo ſenſu pereleganter appellat teſtamentum ſcriptum à Deo in lapidibus, id eſt, legem Moyſi *te-*

Veteris teſtamenti quaſi duæ partes.

[a] De Eccl. ante leg. lib. 1. c. 2.

[b] Pſal. 101. 27. Luc. 12. 33. Heb 1. 11.

A *ſtamentum quod antiquatur, & ſeneſcit ac propè interitum eſt;* [a] Teſtamentum autem legis naturæ tempore antiquiſſimum, ſed in cordibus ſcriptum; & quod per Chriſtum renouandum erat, Iuxta Ieremiæ [b] prophetiam à Paulo citatam, appellat nouum: quo eodem ſenſu & ſpiritu legem Euangelicam vocamus nouum teſtamentum: aut quia in eo antiquiſſima lex naturæ & dilectionis inſigni quodam modo renouatur, & quaſi reſcribitur in tabulis cordis humani: aut eo ſenſu, quo canticum aut triſhagion in cœlis à beatis Angelis Iugiter decantatum nominatur *canticum nouum*, quia ita ſemper dulceſcit mentibus can- B tantium, ac ſi illud cantare inciperent. Quia ergo lex naturalis dilectioníſque præceptum ſemper viguit, ſemper vigebit: ſemper quoque teſtamentum Dei in ea factum licet tempore vetuſtiſſimum, nouum erit. Et hoc egregiè declarat Ioannes Euangeliſta [c] vocans mandatum dilectionis vetus & nouum: *Chariſſimi,* inquit, *non mandatum nouum ſcribo vobis, ſed mandatum vetus, quod habuiſtis ab initio.* nempe mundi, per traditionem, ideo ſubdit, *Mandatum vetus eſt verbum quod audiſtis. Iterum mandatum nouum ſcribo vobis, quod verum eſt, & in ipſo & in vobis, &c.*

a Hebr.8. 9.13.

b Cap.31. 31.32 & ſeq.

Lex Moyſis vocatur teſtamentum vetus, lex naturæ teſtamentum nouum & cur.

c. Epiſt.1. cap.2.7.

C Nos igitur volentes nunc agere de lege Moſaïca, ita eam ad vetus teſtamentum pertinere dicimus: vt eam à teſtamento legis naturæ diſtinguendo, dicamus, iſtam ſeu iſtius teſtamentum dignum eſſe, quod pro ſua antiquitate, veteris nomen habeat, pro ſua vero inflexibilitate, immutabilitate, ac perpetuo vigore ritè Iuxta Paulum & Ieremiam nouum debeat appellari, illam autem cùm non diu viguerit, minimè propter ſæculorum vel annorum multitudinem dici debere teſtamentum vetus: ſed propter eius infirmitatem, mutabilitatem, & ad quoddam duntaxat tempus ordinationem, non tam vetus, quàm D veteraſcens, ac quotidie velut langueſceus ac ſeneſceus teſtamentum appellandum eſſe, quantum ad præcepta ceremonialia, quæ à circuncîſione data Abrahæ initium accipiunt. Quorum nonnulla Iam prius ſeruabantur in lege naturæ. Sed vtique verba Pauli [d] Ieremiæ [e] textum citantis conſideranda ſunt, cùm de Chriſti nouo pontificatu diſſerit ſic: *Nunc autem* (cùm Chriſtus *conſedit in dextera ſedis magnitudinis in cœlis ſanctorum miniſter & tabernaculi veri, quod fixit Dominus & non homo*) me-

Lex Moyſis vetus dicta eſt quia ſeneſcens erat ac peritura.

d. Heb 8.5. 6. & ſeq.

e Cap.31.31.

lius ſortitus eſt miniſterium, quando & melioris teſtamenti mediator A
eſt (quàm Moyſes) *quod melioribus repromiſſionibus ſancitum eſt. Nam ſi illud prius* (teſtamentum Moſaïcum) *culpa vacaſſet, non vtique ſecundi locus inquireretur. Vituperans enim eos* (Ieremias) *dicit: Ecce dies venient, dicit Dominus, & conſummabo* (id eſt, Iam à multis ſæculis inſtitutum perficiam) *ſuper domum Iſrael & ſuper domum Iuda* (ex qua ortus eſt Chriſtus, Moyſes autem ex tribu Leui) *teſtamentum nouum* (legis naturæ) *non ſecundum teſtamentum, quod feci patribus eorum in die, qua* (*in manu potenti & brachio excelſo* [a]) *apprehendi manum eorum, vt educerem illos de* B
terra Aegypti (de cuius teſtamenti tempore, forma & ordine agitur in libro Exodi [b]) *quoniam ipſi* (ab eo tempore) *non permanſerunt in teſtamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus. Quia hoc eſt* (hoc eſt autem) *teſtamentum, quod diſponam domui Iſrael poſt dies illos* (id eſt, etiam ſi dictum teſtamentum Moyſi temporibus inſtituerim) *dicit Dominus:* (nempe) *dando leges meas* (vt priùs feceram in lege naturæ, & ante Moyſen) *in mente, eorum, & in corde eorum ſuperſcribam eas: & ero eis in Deum* (verbum carnem factum) *& ipſi erunt mihi in populum: & non docebit vnuſquiſque proximum ſuum & vnuſquiſq; fratrem ſuum,*
dicens: Cognoſce Dominum: quoniam omnes ſcient me (*erunt enim* C
omnes docibiles Dei [c]) *à minore vſque ad maiorem eorum: quia propitius ero* (per ſacrificium crucis) *iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum Iam non memorabor.* Deinde Paulus legis Moſaïcæ teſtamentum diſtinguens à legis naturæ teſtamento, quod vocauerat nouum, addit: *Dicendo autem nouum* (Ieremias) *veterauit prius: quod autem antiquatur & ſeneſcit, prope interitum eſt.* Et è contra, quod nunquam antiquatur aut ſeneſcit, longè ab interitu eſt, hoc autem eſt legis naturæ teſtamentum æternum, quod conſummandum fore dixerat, id eſt, perficiendum per
teſtamentum ſeu legem Euangelij. D

Pauli & Ieremiæ verba exponuntur.

a Pſal. 135. 12.

b Cap. 24. per totum.

c Ioan. 6. 45.

Lex naturæ conſũmanda, hoc eſt, proficienda erat per Euangelium.

In vtroque autem Moſaïco nempe, & legis naturæ teſtamento triplicia ſemper fuerunt præcepta; moralia, videlicet, ceremonialia & Iudicialia: propter prima, vt ſæpe diximus, lex naturalis dicitur lex æterna: ſecunda illa ſunt, quæ populo ad Deum ritè colendum per ſacrificia, alióſque ſacros ritus & cæremonias à Deo præſcripta ſunt, tertia ſeu Iudicialia ſunt quæ Deus præſcripſit ad populum Iuſtè & pacificè gubernan-

Triplicia ſunt præcepta tam in lege naturæ quàm in lege Moyſis moralia, ceremonialia & Iudicialia.

dum, atque ad lites dirimendas. Quantùm ad primi generis mandata ſæpe Iam diximus extitiſſe in lege naturæ: de quibus nec non de alijs duobus ritè poſſunt intelligi illa de Patriarcha Abraham verba. *Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ: eò quòd obedierit Abraham voci meæ* (vocalis erat lex non ſcripta) *&* *cuſtodierit præcepta mea & mandata mea* (puta moralia) *& ceremonias* (en ceremonialia) *legéſque* (Iudiciales) *ſeruauerit.* [a] Et antè diluuium de primis parentibus legitur, quod Deus, *Addidit illis diſciplinam* (modum rectè viuendi per Iudicialia præcepta) *& legem vitæ* (nempe moralem) *hæreditauit illos.* [b] Item cùm

a Geneſ. 26. 5.

B idem [c] de eiſdem ait: *Iuſtitiam & Iudicia ſua oſtendit eis* de moralibus & Iudicialibus præceptis videtur intelligendus. Ex cæremonialibus autem fuerunt obſeruatio diei ſabbati, & diei natalis, proſtratio corporis ad adorandum Deum, inuocatio Dei in nomine Domini, id eſt, in quodam loco vbi præcisè Deus adorabatur: item oblatio earum rerum, quas quiſque pro ſua arte poſſidebat, vt quod Adam & Cain agricolæ fruges terræ; Abel verò paſtor ouium de pecudibus offerret ſacrificium, Item modus & ordo pactum feriendi per quorundam mactationem animalium. [d] Alia quædam huiuſmodi cæremonialia

b Eccli. 17. 9.

c Ibidem.

Quædam ceremonialia lege naturæ.

d Geneſ. 15. 9. & ſeq.

C præcepta in lege naturæ ſeruata, & etiam ab Apoſtolis renouata videbimus infra. [e] In lege autem Moyſi præter moralia, quamplurima ad cultum Dei, ac pacem cum proximo, id eſt, cæremonialia & Iudicialia ordinata fuiſſe ſuperuacaneum eſt oſtendere. Inter quæ cæremonialia præcipuum fuit circunciſionis mandatum à Deo datum Abrahæ. [f]

e Cap. 8.

f Geneſ. 17. 10.

Ante cuius tempora cùm huiuſmodi fuerint præcepta, quibus duo alia teſtamenta Moyſis, nempe, & Euangelij conſtare videntur: concludendum eſt, nomina legis & teſtamenti, non de vltimis duabus tantùm dici legibus; ſed etiam & primò de

D lege naturæ, quæ illas præceſſit. Etſi cùm legimus aliquid, vt potè, circuncitionem, ex veteri teſtamento mutatum vel ablatum in Euangelio fuiſſe, de lege Moſaïca, vt plurimùm, intelligendum eſſe putamus, includendo in ea tempus, quo Abrahæ factæ ſunt promiſſiones, Iuxta celeberrimum illum ſermonem, quem habuit B. Stephanus in Synagoga, incipiens à prima vocatione Abrahæ cum adhuc eſſet in Meſopotamia, [g] vt oſtenderet legem Moyſis per Chriſtum fuiſſe completam. A

Teſtamenti nomen non ſolum de lege Moyſis & Euangelio dicitur, ſed etiam de lege naturae.

g Act. 7. 2.

Digitized by Google

A quo vocationis tempore vſque ad legis Euangelicæ promulgationem in die Pentecoſtes ab Apoſtolis factam fluxerunt anni 1978. Cùm autem ab Adam vſque ad dictam vocationem fuerint anni 2108. ſequitur legem naturæ centum triginta annis legem Moyſis duratione ſuperaſſe. Quod ſi ab eius per Moyſen publicationis tempore rem dimetiamur, durauerit annos duntaxat 1542. tot enim anni fluxerunt à data in monte Sinai lege vſque ad miſſionem Spiritus ſancti in die Pentecoſtes.

Sic autem præcisè ſumptam legem Moyſis ſolet ſcriptura noui teſtamenti, & præſertim Paulus Apoſtolus multis modis ac titulis deprimere, vt Euangelij, id eſt, Chriſti Redemptoris legem extollat, & diſcrimen inter vtrámque conſtituat. Iuxta quod, nouum teſtamentum ſeu legem Euangelicam nihil aliud eſſe credimus, quàm Verbum Dei ſic myſticè inſertum in bonam legis naturæ arborem, quo modo realiter in noſtram naturam per incarnationem inſitum eſſe dicitur, ad eminemtem dictæ legis naturalis perfectionem, vt ex præcedenti capite colligitur. Idcirco, priuſquam agamus de Eccleſia, & doctrina poſt legem, quæ non niſi præciſis Moſaïcæ ramis ex lege naturæ quaſi luxuriantibus in eandem legis naturæ arborem inſeri debebat, oſtendemus ex eodem præſertim Apoſtolo, quantùm lex Moſaïca diſtet à perfectione legis noſtræ, de qua in duobus præcedentibus capitibus diſſeruimus. B C

Et primò, quantùm ad eius fundamentum, quod ſtat in præcepto ſeu mandato dilectionis Dei & proximi, quod morale eſt, æterna quidem eſt, ſempérque vt lex naturalis, permanſura: quantum verò ad ceremonialia & quædam Iudicialia temporalis eſt parúmque duratura. De qua ſic eleganter Paulus: [a] *Quid igitur lex? Propter tranſgreſſiones poſita eſt, donec venieret ſemen, cui* (Deus) *promiſerat, ordinata per Angelos in manu mediatoris*. Dum quærit quid ſit lex, definitionem indicat, quam cætera conficiunt. Tria autem breuiter complectitur. Primum quidem, cur & qua de cauſa lex poſita, hoc eſt conſtituta ſit: ſecundum, à quo poſita ſit, nempe ab ipſo Deo mediantibus Angelis, qui illam in ordine digeſſerunt, ac per manum Moyſis mediatoris populo Iſrael tradita fuit: tertium, ad quod vſque tempus erat duratura: videlicet, *donec veniret ſemen* (Abrahæ) *cui promiſerat,* D

a Gal. 3. 19.

Digitized by Google

A rat, Deus. Cùm autem ait, legem Moyſis à Deo inſtitutam fuiſſe propter tranſgreſſiones, ſupponit aliam priùs fuiſſe, vt potè naturalē ad cuius tranſgreſſiones reſarciendas ac reformandas inſtituta fuit. Quòd alibi [a] exponit dicens *lex non eſt poſita iuſto*, ſed iniuſtis & non *ſubditis, impijs & protectoribus, &c.* Quaſi dicat: Si homines ſeruaſſent legis naturalis Iuſtitiam Deo in omnibus obedientes, aliam legem non dediſſet eis: ſed quia contra primam de dilectione legem fuerunt ſcelerati, contaminati, parricidæ, matricidæ, homicidæ, &c. Deum ſuis flagitijs quodammodo coegerunt, vt daret eis aliam legem rigi- B dam & aſperam. Et iſta eſt lex Moſaïca: quæ ideo nihil aliud eſſe videtur, quàm reformatio, ſeu manifeſtiùs ſcripto facta declaratio legis naturalis, quæ ſola traditione & verbo data fuerat. Ideo lex Moſaïca nunc *elementa egena*, [b] nunc *littera*, [c] nunc apertè *lex mandatorum decretis facta* [d] ab Apoſtolo nuncupatur. Quantò igitur lex in ſe conſiderata ſua expoſitione melior eſt: tantò lex naturæ legem Moſaïcam dignitate præcellit.

a 1. Timoth. 1. 9.
b Gal 4. 3.
c Rom 7. 6.
d Epheſ. 2. 15.

Secundò, hac illa dignior eſt in hoc, quod licet Deus vtriuſque auctor extiterit: prima tamen lex naturæ immediatè à Deo C data fuit primis parentibus, vt antea vidimus: lex autem ſcripta ad legis naturalis tranſgreſſionum reparationem & correctionem ordine per articulos digeſta ac præceptis ceremonialibus iudicialibúſque ſuffulta fuit à prophetis & proceribus Eccleſiæ, necnon ab eiſdem tradita Moyſi, qui mediator inter Deum & Eccleſiam obtulit eam Deo, à quo & confirmata, & lapideis tabulis inſculpta fuit. Angelorum námque nomine non ſpiritus cœleſtis, ſed prophetas & doctores antiquos eſſe intelligendos latè iam oſtendimus alibis & hîc poſtea [e] viſuri ſumus. *Ad quod* vtique reſpicit Paulus [f] dicens, *Si enim qui per Ange-* D *los dictus eſt ſermo, factus eſt firmus, & omnis præuaricatio* (illius ſermonis) *& inobedientia accepit iuſtam mercedis retributionem: quomodo nos effugiemus ſi tantam neglexerimus ſalutem* (in Euangelio prædicatam) *quæ cum initium accepiſſet enarrari per Dominum* (Angelorum) nempe (Chriſtum) *ab eis qui audierunt* (eum docentem, nempe Apoſtolis) *in nos confirmata eſt, conteſtante Deo ſignis & portentis, &c.* Quaſi diceret: Lex Moyſis primò digeſta, ordinataque eſt per homines prophetas, qui

Ante leg. lib. 1. cap. 15.
e Cap.
f Heb. 2. 2.

 A

tunc dicebantur Angeli, deinde, ab ipſo Deo multis ſignis confirmata eſt. Euangelium autem, ſicut lex naturalis, primò ab ipſo omnium prophetarum & Angelorum Domino prædicatum eſt: deinde ab eodem per eius auditores & diſcipulos (quos nominauit Apoſtolos, id eſt, Angelos) innumeris confirmatum eſt miraculis, *portentis & variis virtutibus, & Spiritusſancti diſtributionibus* (præſertim in die Pentecoſtes) *ſecundum ſuam voluntatem, &c.* Item alibi, [a] *Videte*, inquit, *ne recuſetis loquentem* (Chriſtum) *ſi enim non effugerunt recuſantes eum* (Moyſen) *qui ſuper terram loquebatur* (tam per ſe, quàm per Angelos legis digeſtores) *multò magis nos qui de cœlis loquentem nobis auertimus* (vel ipſum Chriſtum qui de cœlo deſcendit, vel Spiritum Sanctum in die Pentecoſtes intelligit) *cuius vox mouit terram tunc* (quando legem id monte Sina confirmauit) *nunc autem* (poſt Chriſti aduentum) *repromittit* (denuò promittit per Aggæum [b] prophetam) *dicens: Adhuc ſemel, & ego mouebo non ſolùm terram, ſed & cælum.* Quibus verbis oſtendit Apoſtolus, idem verbum Dei nondum incarnatum confirmaſſe legem Moyſis, quod poſtea homo factum, cùm è cœlis deſcendiſſet, iterum loquens ſua doctrina totam terram cœlumque commouit, iuxta quod Aggæus prædixerat.

a Heb. 12. 25.

b Cap. 2. 7.

B

Tertio, lex naturalis legem Moyſis dignitate præcellit in hoc, quod illa æterna eſt & immutabilis: iſta verò non niſi ad tempus data *donec veniret ſemen cui promiſerat*. Iſtud autem Chriſtus eſt, idem Deus, qui tam Moſaïcam, quam naturalem legem dederat legiſlator perfectiſſimus: qui & vmbratiles poſterioris legis ceremonias conſummando, deſtruere, & prioris mentem declarando, vires eam adimplendi per gratiam ſuam elargiri venturus erat. Quòd concinnè, conciſéque Ioannes [c] expoſuit dicens: *Lex per Moyſem data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Nempe, filius Dei homo factus non ſolùm largitor eſt, ſed etiam fons & auctor gratiæ, quæ vim tribuat legem naturalem obſeruandi, necnon æternæ veritatis, quæ figurales legis Moſaïcæ ceremonias adimplendo diſſipet ac terminet. Quam diſſipationem, & per Chriſtum deſtructionem Paulus Apoſtolus non ceſſat inculcare fidelibus, ac præſertim Iudæis qui circuncīſionem & alias Moyſaicæ legis ceremonias ſimul cum Euangelio ſeruandas eſſe con-

C

c Cap. 1. 17.

D

Digitized by Google

tendebant: vt cùm ſcribit, *Reprobatio quidem ſit præcedentis mandati propter infirmitatem eius & inutilitatem: nihil enim ad perfectum adduxit lex, &c.*[a] Item, vocatur *elementa egena,*[b] *Iugum ſeruitutis,*[c] *caro,*[d] *lex mandati carnalis,*[e] *lex mortis,*[f] *Iſrael ſecundum carnem*[g] *lex factorum,*[h] *littera,*[i] *tutor,*[k] *pedagogus,*[l] *lex mandatorũ decretis facta:*[m] multíſq; alijs dicendi modis quibus Paulus, alij Apoſtoli & Euangeliſtæ oſtendunt legem Moyſis, præſertim ceremonialem, non niſi ad tempus datam fuiſſe & præter diuerſas in ſacrificijs aliíſque ritibus figuras quibus vitam, mortem & paſſionem Chriſti repræſentabant, ferè ad
B nihilum profuiſſe. Et hæc eſt cauſa inter alias, cur cum nos de Eccleſia antè legem priùs affatim tractauerimus & nunc de Eccleſia poſt legem non pauca dicturi ſumus, quæ de Eccleſia ſub lege quidam fortaſſe tractanda putarent, hoc vnico capitulo ſufficienter pro inſtituto noſtro complecti cenſemus.

a Heb 7.18.
b Galat. 4. 3.
c Gal 5. 1.
d Gal 3 3. 4. 13. Rom. 7. 5 8. 1. 8.
e Heb. 7. 16.
f Rom. 7. 6.
g 1 Cor 10. 18.
h Rom. 3. 27. 10. 5. Gal 3. 12.
i Rom. 7. 6.
k Gal. 4. 2.
l Gal 3. 24.
m Rom. 2. 15 26. Epheſ. 2. 15.

CAPVT QVARTVM.

C *Cur voluerit Chriſtus in Galilæa primùm manifeſtari, ibi diſcipulos eligere & cur Galilæorum nomen apud Angelos honorificum apud homines exoſum fuerit.*

CVM Chriſtus Dominus ac Redemptor noſter in regione Galilææ conceptus, educatus, diúque conuerſatus ibidem primò ſeſe manifeſtans vocauerit, coegerítque diſcipulos, nec non prima Euangelicæ doctrinæ iecerit fundamenta, ac innumeris miraculis claruerit, inde oriundi quoque
D ſint eius Apoſtoli, propter quod ferè ſemper in contemptum & contumeliam vel ipſe Chriſtus,[a] vel eius diſcipuli[b] Galilæi vocentur: ſicut poſtea Chriſtiani eodem modo leguntur nominati à Porphyrio, Luciano, Iuliano Apoſtata (qui teſte Nazianzeno[c] & Chryſoſtomo[d] etiam ea de re edictũ tulit[e]) & ab alijs ſummo odio quoque habiti ſunt, tanquam contemptibiles[f], vel etiam factioſi, quales à Iudæis habebantur Gali-

a Matth 26. 69. Luc. 23. 6.
b Marc. 14. 70 Luc. 22. 59.
c. Orat. contra illum.
d Orat. contra gentes
e Euſeb. hiſt lib. 10. c. 35. Theodor. hiſt. lib. 8. c 25. Niceph. hiſt. lib 4. cap. 20.
f Ioan. 7. 52.

Iudæi Galilæos pro idololatris habebant.

læi, vt mox videbimus: quæritur, quî fiat, vt idem nomen A
apud Angelos honorabile apud multas nationes pro contume-
lioſo habeatur?

Reſpondetur, id contigiſſe, eo quod g multis ante Chriſtum
ſæculis, vtriúſque Galilææ incolæ pro gentibus, idolorúmque
cultoribus ſemper habiti ſunt à Iudæis, id eſt, ab iis qui in tri-
bubus Iuda & Benjamin habitabant: ſicut reuera ibi viguit ad-
modum Idolatria: præſertim in illa quæ cognominatur Gali-
læa gentium vel ſuperior, nempe, qua parte intra Iordanem eſt
ſita in tribubus Aſer & Nephtalim, ac Cæſareæ Philippi, Ca-
pharnao, Tyro & Ptolemaidi vnita: nec non in ea quæ dicitur B
inferior, poſitaque eſt intra Tiberiadem & ſtagnum Geneza-
reth in tribubus Iſſachar & Zabulon. Ideo Ioſephus [a] ſcribit
Chriſtum multos ex gentibus aſſumpſiſſe diſcipulos. Nimirum, *poſt
mortem Ioſue, fecerunt filij Iſrael malum in conſpectu Domini &
ſeruierunt Baalim & ſecuti ſunt Deos alienos deóſque populorum
qui habitabant in circuitu eorum, & adorauerunt eos*, &c. [b] Quæ
verba & huiuſmodi ſimilia, quæ paſſim in ſcriptura leguntur,
valde, ſemelque notanda ſunt, præſuppoſitis iis, quæ alibi de
legitimo apud priſcos vſu ſanctarum imaginum diximus, quas,
ſicut eos quos repræſentabant, ſimpliciter Deos appellabant. §. C
Arguuntur igitur filij Iſrael non quod Deos, id eſt, imagines
Deorum apud ſe habeant, alioquin idololatræ fuiſſent Dauid
& alij qui etiam tempore Samuelis, cum in Iudæa verus Dei
cultus vigeret admodum, apud ſe habebant Theraphim [c] & in
templo ſeu tabernaculo Cherubim: ſed quia contra Dei per
Moyſen factum mandatum Deos alienos habebant, id eſt, ima-
gines quas non agnoſcebat admittebátque Eccleſia. Secundò,
quod ſeruiebant, hoc eſt, ſupremo latriæ cultu venerabantur Baalim, nempe, eos viros, quos in aſteriſmis aliíſque ima-
ginibus legitimè poterant & ſolebant pro ſuis erga Deum tu- D
telaribus agnoſcere. Imò, ſupremo cultu peſſime adorabant
imagines virorum ſibi ignotorum, videlicet eorum, quos po-
puli inter quos habitabant, fornicariè colebant. Et in hoc *ma-
lum faciebant in conſpectu Domini*: hoc eſt, directè, idque gra-
uiſſimè peccabant contra faciem Domini, quæ in propitiato-
rio ſola latriæ cultu adorari, ſeruiri, venerarique debebat. In
quod peccatum illæ nationes, inter quas degebant, iam à multis

[a] Antiq. lib. 18. cap. 6.

[b] Iudic. 2. 11.

Ante leg. Tam imagines quàm ij quos repræſentabant vocabâtur Dij.

[c] 1. Reg. 15. 23. Iuxta Hebr. Reg. 19. 13.

Dij alieni qui dicuntur

A ſæculis ceciderant circa ſanctorum imagines peſſimè fornicando.

Præcipuæ autem illæ in Palæſtina & circa eam naturæ erãt in vtráque Galilæa, vt colligi poteſt ex eo quod ſequitur: [a] *Hæ ſunt gentes quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Iſraelem: quinque ſatrapas Philiſtinorum omnémque Chananæorum & Sidonium atque Hæuæum, qui habitabat in monte Libano, de monte Baal Hermon vſque ad introitum Emath.* Quarum nationum multæ fuerunt vrbes quas Iſraëlitæ ſibi nunquam acquirere, aut ex eis incolas fugare, ideóque nec eis legem Moyſis dare B potuerunt: quæ propterea in priſca primorum poſt diluuium, incolarum (multis licet ſuperſtitionibus corrupta) religione remanſerunt. Inter quas in tribu Zabulon fuit Cethron: [b] in tribu Aſer vrbs Aphec: [c] in tribu Nephtalim Bethanath, [d] & Bethſemes. [e] Sed, quod valdè notandum, tres præcipuæ, admodúmque celebres ciuitates Tyrus, Sidon & Ptolemais nunquam in poteſtatem Iſraëlitarum deuenerunt: vnde nihil mirum ſi eorum, id eſt, Moyſis inſtituta non acceperint; ſed ſicut antiquam ac legitimam Noë (qui ideo apud Xenophontem in Æquiuocis, vocatur *Phœnis Ogyges*, hoc eſt, illuſtris ſacerdos C Phœnicius) & poſterorum eius præſertim à Sidone filio Chanaan & Tyras filio Iapheth religionem acceperant, in qua diu vixerunt: ita prima idololatriæ venena contraxerint.

a Iudic. 3.1.3.

Multæ ciuitates Galilææ nunquam receperunt legem Moyſis.

b Iudic.1. 30.

c Iudic.1. 31

d Ioſue. 19 38.

e Iudic.1. 33.

¶ Et hæc eſt vna ex rationibus ob quas totus ille Phœniciæ tractus vocatur Galilæa gentium & vtriúſque regionis incolæ tam in libris Machabæorum, [f] quàm in nouo teſtamento, [g] paſſim aut gentes aut gentiles appellantur. Hinc & odium, quo Iudæi legem Moyſi rigidè ſeruantes has & cæteras nationes quaſi idololatras ac præputiatas contemnebant & auerſabantur: Gentes pariter Iudæos, quaſi à communi lege priſcíſque Noë ritibus ab- D horrentes, oderant vti noctuam aues aliæ. Vt potè, lex Moyſis mandabat circuncitionem, quam velut nouum inſtitutum ridebant Gentes; quæ ideò Iudæos vocabant verpos, recutitos, apellas: contra, Iudæi ſperuebant Gentes vt prophanas, quia circunciſas. Rurſum Gentes nixi lege naturæ ridebant Iudæos, quaſi fidentes legi ſcriptæ & tabulis lapidæis, dicentes ſe habere legem non in lapide, ſed in mente. Ita Ambroſius. Contra, Iudæi ſpernebant Gentes quaſi ſine lege viuentes,

Galilæa gentium cur ita vocetur.

f Lib 1. cap.1. v.11.

g Matth. 10.5. Ioan 7.35. Act 11. 3. 7. 12.14 & ſeq.

Iudæorum & Samaritanorũ mutuum odium vnde.

imò qui decalogum in multis ignorarent ac violarent.

A

Præterea, vtráque Galilæa, etiam poſt Iſraelitarum in ea incolatum, repleta erat prophetarum ſcholis, qui Cedmonæorum, id eſt, antiquorum iuxta Nocticas leges & traditiones filiorum Dei ſeu prophetarum vitam agebant, licet inter eos multi eſſent falſi prophetæ & idololatræ. Bonorum quidem & orthodoxorum ſub Helia & Eliſæo erant collegia ſeu cœnobia in Carmelo, in Samaria, in Bethſan, in Sima, in Galgala, in Bethel, in Iericho & alibi. Malorum autem & idololatrarum magnus quoque erat numerus, vt colligitur ex illis quadringentis quinquaginta Baaliſtis & quadringentis alijs quos Helias vocat *prophetas Aſeroth*:[a] qui licet idololatræ, antiquorum tamen prophetarum erant ſectatores eiuſdémque cum Helia profeſſionis, niſi quòd non Deo verò, ſed falſis Diis ſeruiebant. Vnde factum eſt, vt ibi ſimul cum idololatria antiqui Enoſcæorum ritus remanſerint. §. Imò, Eliæ temporibus, illarum regionum prophetæ & incolæ ab Orthodoxis ſola idololatria differre Deóque diſplicere videbantur, vt colligitur ex Dei ad Eliam de religionis iactura querentem verbis huiuſmodi: *Et derelinquam mihi in Iſrael ſeptem millia virorum, quorum genua non ſunt incuruata ante Baal & omne os quod non adorauit eum oſculans manus.*[b] Lex autem Moyſis eiúſque ceremoniæ à paucis amplexatæ, aut in pretio habitæ ſunt. Præſertim cùm multis admodum ſæculis ante Iſraelitarum aduentum & idololatriam maxima vigeret pietas tam in prænominatis vrbibus, quàm in Hamathdor, Aſor, Cariathaim, Cedes Nephtalim, Leſem, ſiue Dan, Emath, quæ Epiphania, Saanaim & alijs locis ac ciuitatibus. Quid quod Chananæorum (qui iuxta Noe traditiones viuebant,) reliquies non niſi à Salomone ſubactæ fuerunt? Ex quibus patet, cur gentilitas tandiu in Galilæa remanſerit, & cur Phœnices & Galilæi primò, deinde aliæ per totam Græciam, Africam, Europam totúmque mundum poſt diluuium diſperſæ nationes iuxta ſibi à Noe poſteríſque eius datam naturæ legem viuētes & eam, quæ Moyſis erat, ignorantes, dictæ ſunt Gentiles.

B

C

D

Multi tam ex fidelibus quam ex idololatris antiquos legis naturæ ritus retinuerunt.

a Reg. 18. 19.

b 3. Reg. 19. 18.

Inſuper diligenter aduertendum, quòd ſicut à diluuio vel etiam ab exordio mundi Galilæa & circa eam regiones electæ à Deo ſunt, in quibus primi Eccleſiæ Patres, Patriarchæ, Docto-

Digitized by Google

res & Prophetæ habitarent, qui inde per totum orbem vnius verique Dei notitiam & cultum diſſeminarent, & ſicut inter eos multi ſemper fuerunt Pſeudoprophetæ, vt nuper vidimus: ita poſterioribus, vel etiam Chriſti qui in ea concipi, educari ac manifeſtari debebat, temporibus. Imò illius proximi aduentus occaſione, multi huiuſmodi falſorum dogmatum diſſeminatores & hæreſiarchæ ſurrexerunt ibi, qui veris & orthodoxis prophetis Iſraelitis, vt potè, Eliæ, Eliſæi, Rechabitarum, & Cedmonæorum, id eſt, priſcorum legis naturæ prophetarum B ſectatoribus, qui ibi ſemper fuerunt (qualis erat Nathanael [a]) ſeſe opponebant. Ex falſis autem fuerunt Galilæi, quorum auctores fuerunt Theodas & Iudas quidam Gaulanites, qui ab Abraham Salmaticenſi vocatur Eſſæus, & teſte Ioſepho [b] iunxit ſibi Sadoc Phariſæum Saducæorum hæreticorum caput. §. Itẽ, tunc ſurrexerunt ibidem Herodiani & poſt Chriſti aſcẽſionem Galilæorum ſecta reuixit in Simone mago: quem poſtea ſecuti ſunt Nicolaitæ, Gnoſtici, Borboriani, & alij multi. Et de Ebione Simonis Magi ſectatore ſcribit Epiphanius [c] quod *cæpit habitationem habere in Cocaba, vico quodam in partibus Carnaim, Arnon & Aſtaroth in Baſanitide regione*, &c. Eſt autem C Aſtaroth Carnaim illa antiquiſſima vrbs in qua olim habitabant Raphaim: [d] De quibus nos alibi [e] ſæpiſſime. Priorum autem ſectarum, quæ Chriſti & Apoſtolorum tempeſtate vigebant, occaſione, contigit, vt quoniam ipſe & Apoſtoli Galilæi erant, in ſuſpicionem adducti ſint, ne eadem ſentirent cum Galilæis de non principibus ſoluendo tributo. Vnde patet cur Galilæorum nomen tam exoſum fuerit non tantùm Gentibus, ſed etiam Iudæis.

Galilæa prima ab exordio prophetatũ patria.

Etiam pſeudoprophetarum ferax fuit.

a Ioan. 1. 47.

b Ant. lib. 18. cap 1.

Ratio cur Galilæi cæteris nationibus tam exoſi fuerint.

c Hæreſ. 30.

d Geneſ. 14. 5.

e *Ante leg.*

Quia verò poſt Chriſti aſcenſionem impletum erat tempus, D quo in Chriſti diſcipulis antiquorum Galilæorum, hoc eſt, orthodoxorum in Galilæa prophetarum, qui à ſæculo erant (vt loquitur Scriptura [f]) ſanctitas & doctrina reuiuiſceret, ac mirum in modum omnibus illuceſceret, pérque totum orbem diffunderetur: ideo illi *duo viri*, ſeu Angeli *in veſtibus albis* (quibus vtebantur Nazaræi & Rechabitæ) in ſignum mutatæ in gloriam ignominiæ. *Stantes iuxta diſcipulos, qui intuebantur in cælum euntem Chriſtum* tanquam valde honorifico nomine vocauerunt eos *viros Galilæos* ſicut dicuntur *viri Patres*, *viri fra-*

f Luc. 1. 70. Act. 3. 21.

Apoſtoli honoris cauſa vocantur Galilæi ab Angelis.
a Homil. 2. in act.

tres, viri Iudæi, viri Iſraelitæ, viri Athenienſes, &c. Qua loquendi forma Demoſthenes aliique Græci Oratores, & Auctores vtuntur. Vnde Chryſoſtomus[a] Græcus, *Quod Galilæos nominant*, inquit, *velut dignitate præeminentes à loci vocabulo ſignificat; nec enim alioqui opus erat eos audire cuius patriæ eſſent, cùm id nequaquam ignorarent*. Faceſſat iam igitur humana in Iuliano Apoſtata ſolertia, quæ nos in Galilæorum cognomento, tanquam Chriſti & Apoſtolorum diſcipulos turpiter infamare contendit: & in æternum exaltetur, maximéque à nobis fiat eadem tanqnam omni honore digniſſima è cœlo ad nos per Angelos à filio Dei miſſa nomenclatura.

CAPVT V.

Quo pacto Deus fecit, vt legis Moſaicæ ſectatores ritus eius paulatim ita dediſcerent, vt deſtructa, iuxta eam, idololatria, priſca legis naturæ ſtatuta reſumerent, & quem ideo ad hoc mirabilem modũ, ſapientiſſimè tenuerit, præſertim vt Biblia in Græcum idioma verterentur, ordinando: quorum genuinam tranſlationem ſequuti ſunt Apoſtoli.

VIdimus in prçcedenti capite, quòd à primis poſt diluuium temporibus, magnus ſemper fuit in tota terra Chanaan Doctorum & Prophetarum numerus, quorum multi, licet idololatria infecti, antiquos tamen naturæ legis ritus ac ceremonias à Noe traditas conſeruarunt. De cæteris autem totius orbis regionibus, quas à terræ ſeu gentium diuiſione filij ac nepotes Noe incoluerunt, idem plane iudicium. Vnde euidentiùs patet, cur totus mundus, id eſt, tot populorum, hominúmque miriades legis naturæ doctorum (quos poſteritas philoſophos appellauit) inſtructæ dogmatibus ac inſtitutis imbutæ, contra nouas & arduas paucorum admodum hominum, nempe legis Moſaicæ

Digitized by Google

A Moſaïcæ ſectatorum ceremonias ſeſe oppoſuerunt, obnixéque rebellarunt: maximè cum viderent illos ſimul cum antiquis inſtitutis ſuas quoque regiones velle ſurripere. Patet etiam, cur poſtea illæ gentes idololatræ tam facilè ab Apoſtolis Chriſtique diſcipulis legem Euangelicam amplexati ſint, quæ eadem exiſtens cum antiqua lege naturali, ſolam Iuſtiſſimè videbatur auferre idololatriam, & per Chriſtum ſeu Dei filium incarnatum, cum ſanctiſſimæ Trinitatis myſterio, altiſſimam & Iuxta Platonem de vero Deo mortalibus dare notitiam. *Quid enim eſt Plato niſi Moyſes Atticè loquens?* aiebat Numenius Phi-B loſophus Pythagoreus apud Clem. Alexandrinum.

Et certè cum Dei intentum eſſet legem Moyſis (quam ad tempus, & ad Chriſti venturi mortem cruentis ſacrificijs repræſentandam præſertim inſtituerat, *omnia enim in figura côtingêbant illis*[a]) quantùm ad cæremonias deſtruere, vt per Euangelium naturæ legem perficeret: ſua admirabili ſapientia fecit, vt poſt terræ Chanaan poſſeſſionem tam Iudicum, quàm Regum temporibus nonnulli ex Legis Moſaïcæ cultoribus multa patriarcharum priſcorúmque patrum inſtituta, quæ Moſaïcis ceremonijs repugnare videbuntur, cuſtodirent, vt patet de C Michæ & Gedeonis Ephod, cum ſculptili & Theraphim, de ſobrio cultu Baalim in ſuis cœleſtibus aut ſculptis imaginibus, de lucis & excelſis, quæ multi Reges retinuerunt, alij inuitò ac ne vix quidem abſtulerunt, quòd viderent Abraham alióſque veteres patres bene & ſanctè vſos illis fuiſſe, atque in illis Deum optimè coluiſſe: quamuis modum in eis tenere neſcientes multi erga illa fornicando in turpem idololatriam prolapſi ſint, vt Salomon, qui Sidoniorum Deos Deaſque coluit. Et deinde Ieroboam, qui ſuæ ditionis Baalam ſeu tutelarem Ioſephum coli volens in ſuis vitulinis Cherubis anſam dedit Ido-D lolatriæ. A quo (credo) tempore ſchiſma cœpit, atque in dies creuit inter Iudæos & Samaritanos, quòd iſti cultum imaginum (quas tamen peſſimè multi ex eis colebant) à principibus accepiſſe tenerent, ideòque ſolùm ex ſacris libris Pentateuchum admittebant: illi penitùs prohibitas eſſe contenderent. Permiſit quòque poſtea Deus, imò ſtatuit, vt decem Iſraelitarum tribus poſt circiter ſeptingenteſimum ſui in terra Chanaan incolatus annum captiuæ ducerentur in Aſyriam: & paulò

[a] 1. Cor. 10. 11.

D

Digitized by Google

 A

poſt aliæ duæ tribus in Babyloniam, vbi inter primos & antiquiſſimos legis naturæ Noeticorúmque dogmatum ſectatores, craſſam illorum idololatriam deteſtando, Moſaïcos quóque ritus dediſcerent. Ita vt, poſt hanc Babylonicam captiuitatem, qui ſub Zorobale & cum Eſdra regreſſi ſunt in terram Chanaan, vix aliquos haberent Leuiticos ſeu Aaronicos ſacerdotes: ſed Iuxta priſcum patriarcharum inſtitutum ſine vllo tribuum diſcrimine ex omni familia eſſent eorum ſacerdotes ſecundùm ordinem Melchiſedech, vt vidimus.

Ante leg.

A tempore Alexandri magni lingua Hebræa deperiit in Iudæa & Græca inualuit.

Eadem quóque admirabili Dei diſpoſitione contigit, vt, iuxta Danielis prophetiam, Alexander Magnus Macedonum Rex capta Damaſco, Sidone, Tyro, vtráque Galilæa, & tandem tota terra Chanaan, & Ægypto, Perſarum Monarchiam transferret ad Græcos, anno mundi circiter 3630. A quo tempore lingua Græca magnam Orientis partem ita occupauit: vt tandem ipſi Iudæi, quorum maxima pars Aſiam, Ægyptum, & Græciam incolebat, in Hebræa lingua noui eſſent, atque peregrini, cámque diſcerent ex libris, vt nos Græcam, Latinam, & Hebræam. Nondum tamen ſacra Biblia alio quàm Hebraico ſermone & idiomate, & à ſolis ſcribis tanquam in lege doctis ac peritis, ne deprauarentur, tranſcribi permittebant Pontifices: C donec Eleazarus ſummus eorum antiſtes inſtante Rege Ptolomæo Philadelpho miſit ad eum ſeptuaginta duos viros in lege doctiſſimos, qui ſacram ſcripturam ex originali Hebræo in Græcum verterent idioma, quo factum eſt, vt ſacra myſteria cunctis nationibus faciliùs innoteſcerent, ac poſt ducentos annos venturo Meſſiæ meliùs via pararetur. Nam linguæ Græcæ præter ſapientiam ſæcularem & ſuperſtitionem, quæ apud Græcos in primis viguerunt, maximus vniuerſalis tunc vſus erat, vt colligitur ex Cicerone,[a] Cæſare,[b] nec non Hieronymo,[c] qui dicit omnem Orientem illa loqui. Item Auguſtinus[d] D ait inter cæteras Gentium linguas Græcam clariorem haberi.

De hac Septuaginta tranſlatione tanquam teſtis oculatus & ex profeſſo ſcripſit Ariſtæus: & poſt eum Ioſephus,[e] Philo,[f] Tertullianus,[g] Athanaſius[h] Epiphanius[i] Auguſtinus[k] & alij multi. Inter quos Hieronymus[l] probat ex Ariſtæo Ioſepho, & Philone, Septuaginta ſolam legem Moſaicam tranſtuliſſe, de

a Orat. pro Archia poeta

b Lib 6. de bello Gallico.

c Proem. in lib 1 Comment in epiſt ad Galat

d 8 De Ciuit. Dei cap 2.

e Antiq lib. 12 cap. 2.

f lib 2 de vita Moyſis.

g In Apologet.

h In Synopſi.

i Lib. de menſur. & ponder.b.

k Lib 18. de Ciuit. Dei cap. 42. de doct Chriſt. cap. 15

l In quæſt.

qua ſola dicti auctores mentionem faciunt. Multi alij ex dictis patribus tenent omnes libros veteris teſtamenti fuiſſe tranſlatos. Quam tranſlationem, vel potiùs mendas, quæ in illam irrepſerunt, ſolus Hieronymus non ſemel reprehendit: vt cum ſcribit: [a] *Si 70. Interpretum pura, & vt ab eis in Græcum verſa eſt editio permaneret, ſuperfluè me impelleres, vt Hebræa tibi volumina latino ſermone transferrem. Nunc verò, cum pro varietate regionum diuerſa ferantur exemplaria, & germana illa antiquáque tranſlatio corrupta ſit atque violata, &c.* Et meritò nos omnes cum Hieronymo de hac corruptione lamentari debemus & B primam affectare verſionem quæ teſte Philone, & Ariſtæo ita facta eſt, vt non ſolùm quo ad ſenſum, ſed etiam quo ad verba exactè conſonabat cum Hebræo textu. Addit Ariſtæus diligenter fuiſſe examinatam, antequam poneretur in Bibliotheca Regis, & ab omnibus acclamatum, ſanctè & ſingula eſſe tranſlata, vt nihil addi, nihil demi poſſit. Et de hac Iure omnes authores fatentur diuinitùs factam eſſe, ac proinde maximam habere auctoritatem.

Hebr. in c. 2. Ezech. & in c. 2. Mich.

a Præfat. 1. in lib paral.

Nihilominus arbitror ab iſtius tranſlationis tempore diuiſionem quandam ſurrexiſſe inter legiſperitos, doctoréſque Iu- C dæorum: quorum quidam in Hebræa & originalia Biblia alij in Græcam duntaxat Septuaginta virorum tranſlationem Iurarent. Idque colligitur ex iſtis Ioſephi verbis: *ego tribulium meorum confeſſione diſciplinas egregiè calleo, Græcanicæ quoque litteraturæ non ſine profectu dedi operam; quamuis exquiſitam pronunciandi rationem aſſequi per patriam conſuetudinem non licuit. Noſtri enim homines non ſuſpiciunt eos, qui multas perdidicerunt linguas, quod ſtudiũ profanum apud eos habetur, & ſeruis commune cum ingenuis.* Item ex eo, quod etiam ducentis ferè annis poſt Chriſti tempora & deinceps ægrè admodum ferebant Rabbi- D ni, quòd ipſimet Hebræi Græca lingua ſcripturas ex tranſlatione 70 in Synagogis legerent. Quod facere videbantur, non tantùm, quia per eam occaſionem multi fiebant Chriſtiani, ſed etiam, quia nouerant Eleazarum ſummum Pontificem ægrè ſacras ex Hebræo in Græcum vertendas, prætérque ingenium miſiſſe ad Philadelphum, vt patet ex ipſius Eleazari ad eum epiſtola [b] *Itáque*, idque, *quæcúmque tibi cordi fuerint, etiam ſi quid præter ingenium noſtrum facere oporteat, exequemur: id enim*

b Apud Ariſtæum.

Digitized by Google

eſt amicitiæ ac beneuolentiæ argumentum. Propterea Ieiunium A
indixerant die octauo Tebeth qui noſtro Decembri ferè reſpondet, ad placandum Deum ob dictam tranſlationem, quæ cum facta eſſet mundus triduanis tenebris circumfuſus fuerat, vt ipſi ſcribunt, [a] quia propter nullam neceſſitatem lex transferenda eſt. [b] Qua de re plura Serarius, [c] oſtendens è contra, veteres Rabbinos valdè commendaſſe tranſlationem LXX. ac vetuiſſe, ne lex in aliam linguam verteretur, quàm in Græcam, [d] ſed & feſtum diem in eius memoriam inſtituiſſe. [e]

Alia quoque prædictæ diuiſionis cauſa fuiſſe videtur, quòd ſoli libri Moyſis, qui nomine legis præcipuè intelliguntur, à B
LXX. tranſlati fuerunt, vt mox ex multis probari poſſe videbitur. Inde námque contigit, vt multi ex Galilæis ſeu Samaritanie doctoribus, qui, vt diximus, priſcorum Patrum ſectatores erant, non alios deinceps ſcripturæ libros admitterent. & ita tenaciter dictæ tranſlationi tanquam optimæ Scripturarum expoſitioni adhærebant: vt facilè Græcorum ſeu potius per contemptum Græcizantium à Ieroſolymitanis doctoribus nomine donati ſint. Quòd autem ſolus Moyſis Pentateuchus à LXX. tranſlatus ſit, auctor eſt Ioſephus, [f] nec non Philo, [g] qui datum ait hiſce Interpretibus ſinceriſſimas Moyſis cogitationes puriſſimo ſpiritu aſſequi: & optabile eſſe populis, ac magiſtrati- C
bus, relictis patrijs legibus, ad harum obſeruationem tranſire; Vt nihil mirum ſit, iſtos duos auctores hanc tranſlationem tam accuratè ſequutos fuiſſe: Imò Ioſephus dum nimis auidè græcizare ſtudens vocabula Hebræa lenire tentat, planè corrumpit, ignotáque ac barbara reddit. Horum multis in locis ſententiam ſequutus eſt Hieronymus. [h] Quam & Ioannes Mariana amplectitur in opuſculo pro Edit. vulgata [i] probátque tum ſtyli diſſonantia inter Pentateuchum & reliquos libros: tum quod non videntur intra 72. dies totam ſcripturam, D
quæ tunc Hebraicè extabat conuertere potuiſſe, præſertim collatione facta. Putátque ex pluribus interpretationibus ante Chriſtum factis vnam coaluiſſe, quæ ipſis Septuaginta tribueretur, quòd primæ illius partis authores eſſent. Quibus ego ſuſcribens, addo: Alias longè priùs factas fuiſſe (fortaſſe totius) ſcripturæ tranſlationes in Græcum: quibus iſta vltima, quia celeberrima, ita præluxit, vt cæteræ planè deinceps vi-

a In Thalmud Hieroſol tract Megillathahenith ſub finem & tract Sopherim c 1. & lib. Orach Chajim.
b Rab. Azarias lib Imrebinah c. 7. pag 45. & 46.
c In prologom biblıacis cap 11 q 1 c 17. q 17. & 18
d In Thalm. Hieroſolym tract Megillath c 1. & tract. Peach cap. 1 & in Midras Rabba in fine porſciath ſcemini: & in Thalm Babylo tract. Megillath cap 1. & in trac Merilthi in paraſ. 14. & Rab. Azarias in lib. Imrebinah cap. 7 fol 45 & 50.
e Rab. Azarias 3 cap 8
f Antiq lib 12 cap 1.
g De vita Moſis lib. 2.
h Præfat. q q in Geneſ. c 2. in Ezech, & c 2 in Mich.
i Ca. 12.

Digitized by Google

A luerint. Libros autem Hebræorum, priúſquam ſumma rerum potiretur Alexander Magnus, in Græcam linguam fuiſſe conuerſos, vnde poetæ & philophi multa mutuati ſint, & vero ſimillimum eſt; & affirmant Clemens Alexandrinus, [a] & Euſebius [b] ex Ariſtobuli ſententia. Eadem ſentiunt Bellarminus [c] & Gretſerus. [d] Et hic eſt Græcæ tranſlationis vſus, quem mox Simon Magus in ſua Samaria Iactabit antiquum, & immeritò ab Hebræis doctoribus ablatum lamentabitur. Quid, quod quoties Chriſtus abſolutè & ſine addito vſurpat nomen *legis*, de Moſaica intelligit, quando verò de Pſalmis, aliíſque à

B Pentateucho libris loquitur, non ſimpliciter *legem*, ſed legem Iudæorum vocat, vt colligere facile eſt, *Nonne ſcriptum eſt in lege veſtra, quia Ego dixi, dÿ eſtis?* [e] Item, *Vt impleatur ſermo qui in lege eorum ſcriptus eſt, Quia odio habuerunt me gratis.* [f] Et cùm Iudæi vocauerunt eum Samaritanum, ac dæmonium habentem: hoc ſecundùm dicunt tanquam retorquentes iniuriam, qua vocauerat eos filios diaboli: [g] primum autem (cui Chriſtus tacendo conſentit, ait B. Greg.) ob id quod dixerat, [h] *In lege veſtra ſcriptum eſt quia duorum hominum teſtimonium verum eſt.* Licet enim illa loca habeantur apud Moyſen, [i] quia

C tamen more Samaritanorum cum Iudæos alloquebantur, dixerat *in lege veſtra*, non ſimpliciter in lege: ideò infenſi contumelioſè vocant eum Samaritanum. Quod tacendo approbat, eo quod Samaritani non erant hæretici, vt multi putant: ſed quia ex Samaria multi poſtea ſurrexerunt hæreſiarchæ, creditum eſt omnes Samaritanos eſſe hæreticos. Quidam igitur tam ex Iudæis, quàm ex Samaritanis, Hebræis duntaxat Biblijs vtebantur: alij verò ſolam 70. tranſlationem admittebant, & illi Hebræi, iſti verò Helleniſtæ (Syrus [k] exponit *Iudæos qui ſciebant Grecè*) & paſſim Græci, vel potiùs Græcizantes appella-

D bantur. Qui autem Originalis, id eſt, Hebr. linguæ ſimplicitatem, & ad apicum vſque minutias puritatem magis zelabant obſeruabántque, illos præſertim puto fuiſſe, qui Scribæ dicebantur Hebr. סופרים *Sopherim* à nomine ספר *Sepher*, quod eſt litera, quaſi dicas librarios aut literarios Græcè γραμματεῖς & latinitate donato vocabulo Grammaticos. Et Paulus [l] citans Eſaiam [m] huius apud Iudæos profeſſionis virum qui Scriba dicitur appellat Græcè γραμματέα. Veriſimile igitur admodum

a Strom. l. 1.
b De præpar. lib 9. cap 3.
c Tom. 1. lib. 2 cap. 6. & 16.
d De ponderib. num. 9.
e Ioan 10. 34.
f Ioan. 15. 25.
g Ioan. 8. 44.
h Ibid verſ. 17.
i Deuter. 17. 6 & 19. 15.
k Act. 9. 29.
l 1. Cor. 1. 20.
m Cap. 33. 18.

Digitized by Google

eſt, illos, qui inter doctores Scribæ dicebantur, ſempérque in A
Euangelio præponuntur Phariſæis (forte vt antiquiores & do-
ctiores) ab iis, qui minùs ſcrupuloſi Septuaginta tranſlationi
mordicùs adhærebant, per contemptum Hebræos ſeu Hebraï-
zantes fuiſſe cognominatos: & viciſſim à Scribis iſtos Græci-
zantes appellatos: vnde zelus, contentio, & æmulatio non par-
ua ſecuta eſt, vt ſtatim videbimus. Et quia maior ſynagogarum
pars ex ſcribis conſtabat: hinc tandem factum eſt, vt ſcribarum
ſeu Hebræorum pars alteram Græcizantium auctoritate tan-
dem ſuperauerit. Proinde iſta, quæ in nouo teſtamento Græco-
rum nempe & Hebræorum nomina leguntur, non propriè na- B
tionum, ſed potiùs inter Iudæos ſcholarum ſunt vocabula: vel
nomen Græcorum pro fidelibus ſumitur oriundis ex Galilæa,
quæ Græcis principibus tandiu ſubiecta fuerat, non item pro
Hebræis in Ionia natis, néque pro proſelytis Græca lingua
vtentibus, vt nonnulli exiſtimant: ſed præſertim pro eorum
ſchola, qui Biblijs Græcis vtebantur. Hebræorum autem vo-
cabulum illos ſignificat ſectatores doctorum, qui ab Hebere
priſcam Hebræorum nomen retinentes, textus Hebraici rigo-
rem profitebantur. Et præſertim Ieroſolymis, vbi Hebraicè, id
eſt, Syriacè multò libentiùs, quam Græcè loquentes aut do- C
centes audiebant: vt colligitur ex eo, quod de Paulo ad Iudæos
in templo loquente dicitur, quòd *cum audiſſent, quia Hebræa lin-*
a Act. 22. 2. *gua loqueretur ad eos, magis præſtiterunt ſilentium.* [a] De vtríſque
autem ſunt iſta verba, *In diebus illis creſcente imminorum multi-*
tudine factum eſt murmur Græcorum (Græcè τῶν ἑλληνιστῶν Græ-
b Act. 6. 1. cizantium) *aduerſus Hebræos.* [b] Tale namque murmur non ni-
ſi inter duas fidelium ſcholas fuiſſe ex ipſo textu manifeſtum
eſt. Vbi cùm dicitur murmur excitatum fuiſſe à Græcis, *eò quòd*
deſpicerentur in miniſterio quotidiano viduæ eorum, ſatis apertè
colligitur tunc minorem ac potiorem fidelium partem ex He- D
bræis, hoc eſt, Hebræorum doctorum ac Scribarum ſectatori-
bus extitiſſe, qui vt nuper dicebamus, alijs auctoritate præſtan-
tes pro arbitrio Eccleſiæ miniſtros ex ſuis, vt plurimùm, elige-
bant. Quod quidem diſſidium conſtat etiam ex eo, quòd cùm
Græcizantes ſuum contribulem Paulum ſecum Hebræo ſpiri-
tu diſputantem audiſſent, voluerunt eum occidere, *loquebatur,*
c Act. 9. 29. ait Lucas, [c] *& diſputabat cum Græcis* (ab Græcizantibus) *illi au-*

tem quærebāt eum occidere. Et hac fortaſſe de cauſa liber Actuum Apoſtolorum ex Græco in Hebræum tranſlatus eſt, vt ſcribit Baronius.[a] Imò, tandem Biblia Hebraica inter Apoſtolos, primóſque Eccleſiæ doctores ſic Græcis prælata fuiſſe videntur, vt iſtis vti non eſſet licitum: Inde colligo, quod Simon Magus & primus hæreſiarcha tanquam Græcizantium ſectator acerrimus grauiter conqueritur, quòd apud ſuos Samaritanos doctores non ampliùs vſurpentur Græca Biblia, ſed planè contemnatur Græcum idioma, per quod doctores & prophetæ B à multis ſæculis verbum Dei annuntiare, populóſque docere ſolebant. Hoc enim volebat abſcondere, vt faciliùs ſimplices deciperet, ſub fabula muliercula Helenæ (id eſt Græcæ) quam ſecum ducebat, *quamque à Tyro ciuitate Phœnices quæſtuariam redemiſſe dicens, aſſerebat primam eſſe mentis eius conceptionem matrem omnium* (id eſt, magiſtram) *per quam initio mente conceperat Angelos facere & Archangelos*, vt de eo ſcribit Irenæus.[b] Id eſt (cum ſe Deum eſſe diceret) ſe ab initio mundi per hanc linguam inſtituiſſe, inſtruxiſſéque prophetas, qui olim vocabantur Angeli. Ex quibus non obſcurè colligitur, cur & vnde in ipſo exurgentis Euangelij limine duplex inter primos C Eccleſiæ patres ſchola ſurrexerit, Græcorum præſertim ex Phœnicia & Galilæa, & Hebræorum, præſertim ex Iudæa & Ieruſalem. Quod tamen diſſidium Apoſtoli & diſcipuli virtute ſpiritus ſancti, quo pleni erant, & per quem loquebantur omnium linguis, tam prudenter diſſipare nouerunt: vt in ſuis ſcriptis ac concionibus & Septuaginta verſionem exaltauerint: & genuinam priſcorum Iudææ & Samariæ prophetarum mentem ſuis etiam operibus exemplíſque declarauerint, Iuxta expreſſam de hoc Sophoniæ[c] prophetiam: *Quapropter expecta me* D *dicit Dominus in die reſurrectionis meæ in futurum, quia Iudicium meum, vt congregem Gentes & colligam regna: quia tunc reddam populis labium electum* (per donum linguarum) *vt inuocent omnes in nomine Domini, & ſeruiant ei humero vno*. Addunt aliqui apud Galatinum,[d] per labium vnum accipi linguam Græcam, qua primùm Apoſtoli per Græciam vicináſque regiones cœperunt propagare fidem Chriſti. Similiter Deus ita per Zachariam[e] loquitur. *Et ſuſcitabo filios tuos ô Sion ſuper filios tuos Græcia, & ponam te quaſi gladium fortium*, &c. Loquitur enim

a Annal. tom. 3. ex Epiphanio Hæreſ. 30.

b Lib. 1. cap. 20. *Quo ſenſu Simon Magus mulierculam ſuam vocat Helenam & dicit ab ea Angelos primo fuiſſe instructos.*

c Cap. 3. 8.

d Lib. 12. de arcan. fidei cap. 3.

e Cap. 9. 13.

Digitized by Google

de Paulo, Ioanne, aliíſque viris Apoſtolicis, per quos de Sion A
exiuit lex Euangelica in Græciam, vt patet ex hiſtoria Apoſto-
lica, & ex epiſtolis Petri & Pauli. Vnde Eccleſia Græca prima
…nè in orbe effloruit, dedítque ex Cilicia, Phœnicia, Galilæa
præſtantiſſimos viros Paulum Tharſenſem, totque doctores &
prophetas, quot ex Actis Apoſtolorum vel in ſola Antiochia
fuiſſe narratur.

Capvt VI. B

Ex gemina Septuaginta Interpretum tranſlatione, & rigida ex Hebræo verſione multa in nouo teſtamento myſteria latentia detegi oſtenditur exemplo trium nominum nempe Angelorum, Apoſtolorum, & Euangeliſtarum, ex quorum vero diſcrimine conſtat hæreticam Angelorum religionem à Simone mago originem habuiſſe.

C

NOn ſine graui cauſa, imò ex ſpeciali ſpiritus ſancti dictamine Apoſtoli ex Galilæa oriundi, qui propterea Græcizantium partibus fauere debere videbant, in Hebræorum ſectam magis propendebant, vt viſum eſt. Nouerant enim ſacram ſcripturam, quò rigidiùs iuxta phraſes & idiotiſmos originales & præſertim textus Hebraicus exponitur, eò faciliùs intelligi, auctoríſque illius, nempe Dei, mentem tantò melius capi, quantò minus à prima linguarum omnium matre & ſcaturigine recedi- D
tur. Satis de hoc certum ſed æquè deflendum ac prorsùs notandum huius rei ætas noſtra documentum dedit, qua dum ſua quíſque lingua, ſuo quíſque iudicio Scripturam lectitat, tot ferè Bibliorum tranſlationes, totque errores, quot homines de rebus ad ſalutem neceſſarijs ortum habuerunt. Et vtinam, iterúmque vtinam haberemus nunc illam LXX. verſionem, quæ quoad ſenſum & quoad verba tam exactè conſonabat cum textu

tu Hebræo, vt nihil ei addi, nihil demi potuerit, quam ideo Chriſtus (qui vnum Iota & vnum apicem à Lege præteriri nolebat [a]) & eius ex Hebræorum ſecta Apoſtoli paſſim citant: multa ſanè loca, quæ nunc meritò perobſcura Iudicantur, nec adhuc capiuntur, facilè nobis eluceſcerent. Quod vnico nunc exemplo volo probare.

[a] Matth. 5. 18.

Nimirum, fortaſſe ſciremus diſcrimen genuinum, quod eſt inter nomina Angeli, Euangeliſtæ, & Apoſtoli, quod ad noui teſtamenti intelligentiam importat omnino, præſertim ad diſcernendum diſtincta eorum munera, & quando (quod magni B refert) nomen Angelorum pro hominibus quando verò pro intelligentijs, id eſt, ſpiritualibus Dei miniſtris accipi debet. Nam id ex ſola praxi linguæ ſanctæ, vt alia multa, intelligi poſſe videtur, cùm in lingua Græca ἄγγελος, ἀπόστολος eiuſdem notionis eſſe videantur: niſi quod Apoſtolus nuncium quidem ſignificet non velut tabellarium: ſed velut legatum & in ſenſu, quo Paulus bis dixit *Se pro Chriſto legatione fungi:* [b] quaſi qui tales ſunt, non tantum nunciandi, id eſt, Euangelij prædicandi, ſed etiam baptizandi, peccata remittendi, aliáque multa faciendi poteſtatem acceperint quod proprium legatorum eſt: C qui Hebraicè dicuntur צירים *tſirim.* [c] Quod nomen abſolutè de paucorum illorum collegio intelligitur, *quos* vt ait Tertullianus, [d] *Chriſtus lateri ſuo adlegit:* qui & ipſe tanquam à Patre miſſus dicitur etiam Apoſtolus. [e]

Angelorum nomem pro hominibus Dei miniſtris.

[b] 2. Cor 5. 20 Epheſ. 6.20.

[c] Prou. 25. 13. Ierem. 49 14 Eſa. 57.9.

[d] Et præſcrip. cap. 20

[e] Hebr. 3.1.

Cùm autem antea ſæpe viderimus priſcos Eccleſiæ doctores & prophetas religioſos extitiſſe à mundo ſemotos, ideóque & tunc Angelorum ſeu legatorum Dei nomen accepiſſe, quando ab Enos eiúſque filio Cainan ad prædicandum mitti cœperunt in mundum: ex ſingulari eorum, qua tunc pollebant, ſanctitate, ſapientia, & integritate facilè erit colligere, cur poſtea D traditio moſque fuerit apud Hebræos, vt Apoſtolos eos nominarent (Hebr. Tſirim qui aſſidus verſarentur cum ſummo ſacerdote conſulendi gratia, qui & ad ipſum referrent ea, quæ ſunt in lege; quos etiam ipſe ſibi legare conſueuiſſet ad componendos optimos mores ſacerdotum, ipſas ſynagogas inſpiciendas, prauos mores corrigendos, atque ipſos deníque miniſtros, qui non ſecundùm legem vixiſſent, in ordine redigendos; vt ex iis colligitur, quæ Epiphanius [f] ſcribit de Ioſepho

Angelorum qui hominem ſunt officiū.

[f] In Panar. hæreſ. 30.

E

Digitized by Google

apud Iudæos Apoſtolo, necnon ex ijs, quæ ſcribæ & phariſæi ex huiuſmodi Angelorum ſecta oriundi paſſim ſimiliter exercebant, ex munere, vt facile videre eſt apud Philonem & Ioſephum. Perſeuerauit eadem functio ordinis apud eoſdem Iudæos vſque ad tempora Arcadij & Honorij Impp. in quorum reſcripto [a] de eiſdem habetur mentio, quod mitterentur ab eorum Patriarcha certo tempore ad exigendum aurum & argentum à ſingulis Synagogis, exactámque ſummam ad eumdem reportarent. Imò ſimile quid de collectis, quæ ab Apoſtolis fiebant, in Scriptura [b] & apud multos auctores [c] legimus.

a l. 14 de Iudæis C. Theod.

b Act 11. 29. 1. Cor. 16. 1. 2.

c Cyprianus de oper. & elemoſ. Tertul. Apol cap. 39. Paulinus epiſt. 32.

d Lib. 4. cap. 37.

e 4. Contr. Marcionē.

Cùm deníque Chriſti diſcipuli nauis Eccleſiæ fluctuantis curam eſſent habituri, illo præſertim tempore, quo Græcum idioma vigebat, admodum Apoſtolorum nomine ab ipſo donati ſunt, quo olim apud Athenienſes quidam rei nauticæ præfecti magiſtratus appellabantur. Quanquam ſpectata generali vi nominis, ſeptuaginta duo quóque diſcipuli Apoſtoli aliquando nominantur apud veteres auctores Irenæum [d] & Tertullianum. [e]

Nominis Angelorum non ſeruata diſtinctio multas falſas Scripturæ expoſitiones effecit.

Nomen vero Angeli Hebr. מלאך *Maleach* ex conſuetudine recepta accommodatum eſt ad ſignificandam peculiarem ſubſtantiam creatam purè ſpiritualem, intellectualem ab homine diſtinctam, eóque præſtantiorem. Cuius notionis vſus tantùm inualuit: vt multa Scripturæ loca, quæ de hominibus intelligenda ſunt, de huiuſmodi ſpiritibus intellecta violentas & procul abſurdas patiantur expoſitiones. Quarum rectitudo & congruentia tam ex phraſi Hebraica, quam ex legitima LXX. tranſlatione quærenda eſt. Exempli gratia: Enoſcæi, id eſt, Enoſis diſcipuli inſtituto prophetæ, qui dicuntur filij Dei, in illo Geneſis [f] loco, *poſtquam ingreſſi ſunt filij Dei ad filias hominum*, à Septuaginta vocantur Angeli, eo quod eſſent officio præcones [g] ad prædicandum miſſi in mundum ab Adam, Seth, & Enos. Et iidem, de quibus iuxta Hebræum dicitur, *Quando diuidebat altiſſimus gentes, quando* (in mundi principio) *ſeparabat filios Adam, conſtituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Iſrael.* [h] à 70. vocantur filij Dei, ibi enim verterunt, *Iuxta numerum Angelorum Dei*, cùm (vt credo) legiſſent האלהים בני *Bene haelohim, Filij Dei*. Sic in libro Iob, [i] ſub generali nomine *ſeruorum Dei*, quales ſunt prophetæ, duo ponuntur eorum

f Cap. 6. 4.

g 2. Pet. 2. 5.

h Deuter. 32. 8.

i Cap. 4. 18.

Digitized by Google

A genera; primum quidem eorum, qui vt Paulus [a] loquitur *habitabant in ſpeluncis, & in cauernis terræ*, id eſt, in tabernaculis & tuguriolis, & iſti erant Enoſcæi, quos Iob periphraſticè vocat *habitatores domorum lutearum, & cauernarum terræ ſuper glaream:* [b] alterum eorum, quos nominat Angelos *in quibus Deus conſtituit gloriam*, id eſt (vt ibi oſtendimus) quos honorificè indutos eſſe voluit, vt decet eſſe prælatos Eccleſiæ. De iſtis quoque idem Iob ita loquitur, *Si fuerit pro eo Angelus loquens* (al. eloquens) *vnus de millibus* (al. ex principibus) *vt annunciet hominis æquitatem, &c.* [c] Iuxta quem ſenſum, ij, qui inter Moyſis B conſiliarios principes & Iuxta Hebr. ex ſocietate Enoſcæorum erant [d] cum Core, Datan, & Abiron, numero ducenti quinquaginta fuerunt abſorpti à terra, ſunt illi *Angeli quibus peccantibus Deus non pepercit, ſed rudentibus inferni* (viſcerum terræ) *detractos in tartarum tradidit cruciandos in Iudicium reſeruari*, [e] & quos S. Iudas [f] dicet *non ſeruaſſe ſuum principatum, ideóque vinculis æternis* (al. ignotis) *ſub caligine fuiſſe reſeruatos*. De ſimilibus quoque Moyſis conſiliarijs, vt pote Aaron, Ioſue, Hul, Iethro, &c. loquitur S. Stephanus, [g] *Qui accepiſtis legem in diſpoſitione Angelorum, & non cuſtodiſtis*. Item cùm Paulus [h] C ait *legem ordinatam fuiſſe per Angelos in manu mediatoris Moyſis*. Sic ad mentem Septuaginta Interpretum, poſt Euangelium, Eccleſiæ proceres & præſertim inferiores Apoſtolis Dei nuncij, quales erant Epiſcopi, vocati ſunt Angeli, vt patet in Apocalypſi [i] de *Angelis Epheſi, Smyrnæ, Pergami, Thyatiræ, Sardis, Philadelphiæ & Laodicææ*. Iſta enim vox quando abſolutè tribuitur aliquibus hominibus, hi non niſi magni & egrij nuncij ſunt, vt annotarunt in Matthæum Auctor operis imperfecti, Theophilactis & Euthymius. [k] De huiuſmodi viris, non de intellectualibus ſubſtantijs optimè capitur quod B. Petrus [l] ait: D *Euangelizauerunt vobis Spiritu ſancto miſſo de cælo, in quem deſiderant Angeli proſpicere*. Spectat enim ad Epiſcopos tanquam Dei nuncios, intentis in ſpiritum ſanctum animis, diſcere ab eo, quid populis prædicare, quid annunciare debent. Sic Ioannes Baptiſta *miſſus à Deo* dicitur, vt obſeruat Cyrillus, quod Iam rumor eſſet illum de munere Angelorum fuiſſe propter illud Malachiæ. [m] *Ecce ego mitto Angelum meum, qui præparabit viam ante te*. Qui error Origeni tribuitur à Beda [n] *Sed ignorant*, ait

a Hebr. 11.
b Iob. 30. 6.
c Iob. 33. 23.
d Num. 16. 2.
e Petr. 1. 4.
f Verſ. 6.
g Act. 7. 54.
h Gal. 3. 19.
i Cap. 1. 11.
k In cap. 11.
l Epiſt. 1. cap. 11. 12.
m Cap. 3. 1.
n In cap. 1. Math.

Digitized by Google

Cyrillus, *nomen Angeli miniſterium magis, quam ſubſtantiam*
a Cap 4.14. *ſignificare.* Quo item ſenſu dixit Paulus Galatis, [a] *Non me reſpuiſtis, ſed ſicut Angelum Dei excepiſtis me ſicut Chriſtum Ieſum.*

Quæ cum ita ſint, Iam non erit difficile intelligere, quæ peſſimus ille nebulo, ac primus hæreſiarcha Simon Magus ad faciliùs decipiendum ſimplices ſubobſcurè ac velut in parabolis de ſe. ſuiſque aſſeclis aſſerebat: quæ ex Irenæo adducam, ac breui interpoſito gloſſemate declarabo, poſtquam S. Iuſtini Martyris [b] (qui ſicut ipſe Samaritanus erat) teſtimonium adduxero, quo dicit natum fuiſſe in prouinciæ Samariæ vico, cui Gitthon (fortaſſe Cethron, de qua priùs [c]) nomen eſt: teſtatur idem Epiphanius. [d]) Hic igitur, ait Baronius, [e] tantùm abſuit vt vſus conſilio Petri de perpetrato ſcelere ageret pœnitentiam, vt etiam cum ex Samaria Petrus, & Ioannes receſſiſſent, contra eos obniti, eorúmque aduerſari doctrinæ non dubitarit: & qui olim dementarat Samaritas, dicens ſe eſſe magnam Dei virtutem, Iudæos etiam ijſdem artibus aggreſſus, quos videbat infenſos Apoſtolis, ea vſus occaſione, ſe eſſe Dei filium illis ſuadere conatus eſt. Sic autem de illo ſcribit Irenæus: [f] *Hic,* inquit, *quaſi Deus glorificatus eſt* (propter ſua præſtigia) *& docuit ſemetipſum eſſe, qui inter Iudæos quidem quaſi filius apparuerit; in Samaria autem* (in qua antiqui prophetæ præſertim floruerant) *quaſi pater deſcenderit, in reliquis verò gentibus quaſi ſpiritus ſanctus aduentauerit.* (vt ſic Ieſu Chriſto vero Dei filio ex diametro ſeſe opponens gloriam eius ſibi tribueret, ac non ab illo, ſed à ſe myſterium S. Trinitatis, de quo tunc inter doctos obſcura quædam erat notitia Iam à ſe propalatum eſſe Iactaret) *Eſſe autem ſe ſublimiſſimam virtutem, hoc eſt, eum, qui ſit ſuper omnia Pater, & ſuſtinere vocari ſe, quodcunque eum* (honorificè) *vocant homines* (ad inſtar Dei, quem innumeris gloriæ titulis donare ſolemus, ad eius magnitudinem vtcúmque exprimendum.) *Hic Hellenam quandam, quam ipſe à Tyro ciuitate Phœnices* (in qua Hellenica lingua vigebat) *quæſtuariam cum redemiſſet* (vel redemiſſe mentiretur) *ſecum circunducebat* (ad inſtar Chriſti, & Apoſtolorum, qui ſecum pias & ſanctas mulieres circunducebant, [g] quæ erant diaconiſſæ) *dicens hanc eſſe partum mentis eius)* qui, ſi Dijs placet, erat Deus) *conceptionem, matrem omnium, per quam initio mente concepit Angelos facere & Archangelos* (Hoc

b Orat. ad Anton. pium
c Cap præced.
d Hæreſ. 21
e An Chriſti 35.
f Lib. 1. cap. 2.
Simonis Magi origo & doctrina quænam ſit.
g Math. 27. 55. Marc. 15. 40 Luc. 8. 2. Hieronym. Epiſt. ad Creſiphon.
Ante leg.

Digitized by Google

à nobis Iam in præcedenti capite expoſitum eſt, de lingua Græca ſub Hellenæ nomine, per quam dicit docuiſſe, & inſtituiſſe ſuos quoque Epiſcopos, & Apoſtolos) *Hanc enim Eunoiam* (mentis conceptionem; cognomentum eſt linguæ Græcæ) *exilientem ex eo, cognoſcentem, quæ vult Pater eius, digredi ad inferiora, & generare Angelos, & poteſtates, à quibus, & mundum hunc* (Eccleſiam) *factum dixit: poſteaquam autem generauit eos, hæc detenta eſt ab ipſis propter inuidiam, quoniam nollent progenies alterius cuiuſquam putari eſſe*. (vellicat Synagogam Hebræorum, vel Chriſti Apoſtolos, quaſi linguam Græcam detinere, id eſt, abolere tentarent, idque per inuidiam, ne qui, veritatem agnoſcendo, Angeli ſpiritualiter generantur, à quoquam alio quàm à ſe generari putentur) *Ipſum enim ſe in totum ignoratum ab ipſis* (hoc eſt, eius altiſſimam, ſcilicet, doctrinam ab Apoſtolis minimè capi) *Eunoiam autem eius detentam ab ÿs, quæ ab ea emiſſæ eſſent poteſtates & Angeli* (per Eunoiam dogma ſuum intelligit, quod detentum, hoc eſt, præpeditum dici etiam à prælatis, & doctoribus, qui in Galilæa, & Phœnicia per linguam Græcam edocti fuerunt) *& omnem contumeliam ab eis paſſam, uti non recurreret ſurſum ad ſuum patrem* (vult fortaſſe dicere, Chriſti diſcipulos omnibus modis præpedire, ne eius doctrina exaltaretur aut magni fieret) *Vſque adeo, vt in corpore humano includeretur, & per ſæcula veluti de vaſe in vno tranſmigraret in altera muliebria corpora* (ſuam Eunoiam quaſi incarnatam dicit, & de corpore in corpus muliebre quaſi tranſmigrantem, vt ad turpitudinem eius amplectendam magis alliciat.) Et paulò poſt ait, quod *Cùm malè moderarentur Angeli* (Apoſtolos intelligit) *mundum, quoniam vnuſquiſque eorum concupiſceret principatum ad emendationem veniſſe rerum, &c.* (quo prorſus modo hæretici & præſertim neoterici dicere ſolent.)

B

Suam doctrinam vocat Eunoiam.

C

Peſſima & diabolica libertas docetur ab hæreticis.

D

5. Et poſt nonnullas alias huiuſmodi nugas, iterùm ſic de eo proſequitur Irenæus. *Prophetas autē à mundi* (Eccleſiæ) *fabricatoribus Angelis inſpiratos dixiſſe prophetias: quapropter nec vlterius curarent eos hi, qui in eum & Helenā eius ſpem habeant, & vt liberos agereque velint* (en diabolica libertas) *ſecundùm enim ipſius gratiā ſaluari homines, ſed non ſecundùm opera Iuſta. Non enim eſſe naturaliter operationes Iuſtas, ſed ex accidenti: quemadmodum poſuerunt, qui mundum fecerunt Angeli, per huiuſmodi præcepta in ſerui-*

Digitized by Google

tutem deducentes homines (quid aliud docent nouatores?) *Quapropter & ſolui mundum & liberari eos qui ſunt eius, ab imperio eorum, qui mundum fecerunt (* Apoſtolos Eccleſiæ ædificatores intellige) *repromiſit.* Pergit Irenæus: *Igitur horum myſtici ſacerdotes libidinosè quidem viuunt, magias autem perficiunt, quemadmodum poteſt vnuſquiſque ipſorum: exorciſmis, & incantationibus vtuntur; amatoria quoque, & agogima, & qui dicuntur paredri & oniropompi, & quæcúmque ſunt alia parerga, apud eos ſtudio exercentur. Imaginem quoque Simonis habent factam ad figuram Iouis & Helenæ in figuram Mineruæ, & has adorant: habent quoque & vocabula à principe impiiſſimæ ſententiæ Simone dicti Simoniani,* B

Simonis ſectæ præcipui.

à quibus falſi nominis ſcientia accepit initia. Hucúſque de Simone Irenæus qui mox eius ſectatores nominat Menandeum, Saturninum, Baſilidem, Carpocratem, Cerinthum, Ebionem, Nicolaum, Cerdonem, & Marcionem: non ita quidem, vt hi omnes eadem vixerint ætate cum Simone, ſed quòd ab eo doctrinam accepiſſent. Quibus addere poſſumus illos hæreticos, qui Angeli dicebantur, de quibus loquitur Apoſtolus[a] dicens: *Nemo vos ſeducat, volens in humilitate & religione Angelorum, quæ non vidit ambulans, fruſtra inflatus ſenſu carnis ſuæ, & non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus, & coniunctiones ſubminiſtratum & conſtructum creſcit in augmentum Dei.* C Quod poſtea diligentiùs declarabitur. Sufficit nunc tetigiſſe, textúmque Irenæi de Simone, eiuſque doctrina ampliorem protuliſſe, & vtcúmque declaraſſe occaſione nominis Angelorum: quo ad mentem Septuaginta Interpretum tam in lege naturali, quàm in nouo teſtamento ſignificantur proceres Eccleſiæ & præſertim Epiſcopi, qui Apoſtolis paulo inferiores ac minores ſunt dignitate.

a Coloſſ. 2.18.

Angeli de quorum religione loquitur Paulus, erant Simoniani.

5. Et quia Simon Magus ſe Deum eſſe dicebat, & principem Angelorum, id eſt, eorum, quos in ſua ſecta conſtituebat Epiſcopos: D ideo quidam illius impudiciſſimæ ac perniciosiſſimæ doctrinæ ſectatores vocabantur Angeli: & ipſi Simoni ſimiles deſertores ab Irenæo[b] vocantur Angeli Satanæ, qui de talibus loqui Paulum aſſerit, cum ait, *datum ſibi Angelum Satanæ colaphizantem:*[c] quod & Theodoretus & Theophylactus[d] faciunt. Videtur etiam quo ſenſu dixerit Angelos feciſſe mundum hunc. Imò ferè aſſeruerim totam Simonis naſcentem adhuc Eccleſiam perdere volentis hiſtoriam

b Lib. 4. cap. penult & vlt.

Simoniani dicuntur Angeli Satanæ.

c 2. Cor. 12. 7.

d In 2. ad Cor.

A graphicè deſcribi in Apocalypſi [a] ſub ſimilitudine draconis habentis capita ſeptem & cornua decem, in quibus erant diademata ſeptem, & trahentis tertiam partem ſtellarum cœli, volentiſque deuorare filium mulieris parturientis. Eiuſdémque præcepitium Romæ Petri virtute factum, ſub draconis cœleſtis nempe luciferi hiſtoria, quem ex Olympo S. Michaël cum Angelis ſuis præcipitem dedit.

a Cap. 12. 1.

Sub nomine draconis è cælo cadentis præcipitium Simonis videtur intelligi.

§. Suos igitur Angelos tantopere in hoc ſenſu magnificare, & exaltare potuit vafer Angelus Satanæ Simon, ad penitùs veros Chriſti Angelos Apoſtolóſque deprimen-

B dum, vt auderet aſſerere (ſicut Theodoretus [b] exponens dicta de religione Angelorum verba Pauli, ſcribit ſuis temporibus quoſdam exurgentes hæreticos docuiſſe) Deum vniuerſorum nec cerni (nempe vt ſic Chriſtum hominem negarent eſſe Deum) nec comprehendi, nec ad eum poſſe perueniri, & oportere per Angelos diuinam ſibi beneuolentiam conciliare: affirmarétque legem per Angelos eſſe datam. Quænam autem fuerit dicta hæreſis, ipſe Theodoretus non indicat, nec in ſuis, quos ſcripſit, libris hæreticarum fabularum explicat: Vnde miratur Baronius, [b] errorem huiuſmodi tribui Si-

b Vbi ſupra.

Dogma eius de Deo & Angelis.

C moni Mago, cùm quæ de Angelis ipſe dixerit longiùs ab his diſcrepent; quippe qui traderet (vt Irenæum & Epiphanium retuliſſe nuper vidimus, quibus Theodoretum [c] & alos addere poſſumus) ſe eſſe diuinam potentiam, quæ Iudæis vt filius apparuiſſet, ſeque per mentis ſuæ primam comprehenſionem, quam Helenam eſſe dicebat (id eſt, Hellenica lingua expoſitam) creaſſe Angelos, à quibus mundus eſſet effectus, &c.

c Anno Chriſti 60.

§. Quæ omnio ſi ſenſu, quo illa exponẽda eſſe diximus, intelligantur, ſtatim ceſſabit admiratio Baronij, & optimè quadrabunt religioni Angelorũ, quæ dicti Patres ſcripſerunt de Simo-

D ne Mago: & ſine hæſitatione affirmari poterit, quod poſtea amplius probabitur, vel Angelorũ hæreſim eandem eſſe, ac Simonianorũ, vel non ab alio, quàm ab ipſo Simone ortũ habuiſſe.

Ex quibus colligitur quod in principio dicebamus, optandum valdè eſſe vt puram LXX. Interpretum verſionem haberemus, ex qua multorum, quæ ignoramus, myſteriorum haberemus notitiam, & præſertim quoſnam ex homiuibus in Eccleſia nomine Angelorum debeamus intelligero apud noui

teſtamenti ſcriptores Apoſtolos & Euangeliſtas, qui aut puram A
illam ac germanam ſequuti ſunt tranſlationem, aut rigorem
linguæ Hebraicæ mordicùs obſeruarunt: ideóque ad Hebræo-
rum, ſeu Hebraizantium potiùs, quàm ad Græcizantium par-
tes erant procliues. Inde quoque facilè conſequemur veram
nomine Euangeliſtæ notionem, licet ſit Græcum fauſta annun-
ciãtem vel fauſtorum annuntiatorem importans, quod propter
Euangelium, id eſt, bonum ſalutis per Chriſtum factæ nun-
cium repertum eſt (nam qui apud Hebræos מבשׂרים *Mebaſ-
ſerim* [a] dicebantur, tam infauſta, quàm fauſta ex munere nun- B
ciabant) ille erit Euangeliſta, cuius officium eſt ſcriptis, aut
verbo ſanctum Chriſti Euangelium, id eſt, bonum iam opera-
tæ ſalutis humanæ nuncium propalare, cuius adhuc apud nos
illud extat veſtigium, quod non niſi Diaconis aut in ſacro re-
citare, aut publicè prædicare licet Euangelium. Quemadmo-
dum antiquitùs ad ſolos prophetas, aut propheti ſſas attinebat
bona vel mala nuncia publicè propalare, vt alibi [b] copioſè
oſtendimus. Vnde patet, cur in nouo teſtamento, qui dicuntur
Euangeliſtæ vocentur quoque prophetæ. Et Philippus qui in
Diaconorum catalogo ſecundus ponitur, [c] vocatur Euangeli-
ſta [d] non à ſcripto Euangelio (eſt enim apocryphum, quod no- C
mine eius aliquando circumferebatur) ſed prædicato: ſicut
cum Paulus hortatur Timotheum, *vt opus faciat Euangeliſtæ.*
[e] Marcus autem, & Lucas à ſcripto, præſertim ſic dicuntur
Euangelio. Anſelmus [f] Euangeliſtarum nomine tam ſcriptores
quàm prædicatores Euangelij intelligit; qui præterea offi-
cium miniſtrandi pauperibus habuerunt: *vt ſeptem*, inquit,
*Diaconi ſub Apoſtolis: vtrúmque enim victum præbuiſſe, & ſpiri-
tualem & corporalem, & ſimiliter nunc agere debere Diaconos, pro-
ptereáque hodie legere in Miſſa Euangelium.* Conſtat tamen ex
Ambroſio [g] & Chryſoſtomo [h] ſolemnem, & ex cathedra præ- D
dicationem non eſſe Diaconorum qui circum loca Euangelium
olim prædicabant, non vt Apoſtoli, aut Angeli, id eſt, Epiſco-
pi: ſed per occaſionem tantùm: quales erant Priſcilla & Aqui-
la: quales, vt ait Theodoretus, [i] erat Philippus Diaconus. Ex
quibus apertè nobis conſtat verum diſcrimen inter Apoſto-
los, Angelos, & Euangeliſtas ferè idem eſſe ac nunc inter Ar-
chiepiſcopos, Epiſcopos, & Diaconos aut Parochos: quibus
cum

Angelorum nomen quo ſenſu tribuitur prædicatoribus Euangelicis.

a Eſa. 52. 7.

Diaconatus in Eccleſia officium.

b In Iob. cap. 38. & cap. 27. 1. & alibi.

c Act. 6. 5.

d Act. 21. 8.

e Epiſt. 2. cap. 4. 5.

f In cap. 4. Epiſt. ad Epheſ.

Diaconi ſunt Euangeliſtæ.

g In Epiſt. ad Epheſ.

h Ibid. Hom. 11.

i In Epiſt. ad Epheſ.

Apoſtoli, Angeli & Euangeliſtæ

A cum antiquum *Raphaim*, id eſt, *Curatorum* nomen apud nos Gallos adhuc donetur: certe eorum eſt perfectum Diaconorum munus exercere, ſpiritualia ac temporalia ſibi ſubditis animabus miniſtrando.

ſiue Archiepiſcopi, Epiſcopi & Curati.

Capvt VII.

De multis alijs Hebraicis nominibus, quibus Chriſti temporibus
B *ſcholæ ſeu ſynagogæ Iudæorum nominabantur & ab inuicem diſtinguebantur, ex quibus ſaltem quatuor Apoſtoli erant quando vocati ſunt, Iacobus minor, Simon, Iudas Thadæus, & Bartholomæus.*

PRæter nomen Angelorum pro Epiſcopis, alia multa ſunt in nouo teſtamento, quæ ex fontibus Hebraicis & ex priſcorum legis naturæ patrum ritibus, phraſibus, & tum lo-
C quendi, tum Deo miniſtrandi modis ortum habent; quorum non ſatis accurata perquiſitio nimiúſque neglectus adhuc multis in locis puluerem ex nimia vetuſtate contractum reliquit obſcuritatis, nec ſiuit admirabilem ſponſam Dei etiam poſt fractum templi velum in paſſione Chriſti, per quam ad ſancta ſanctorum perſpicienda tollitur obſtaculum, pulchritudinem liberè contemplari, aut præter illa multa quotidiana, quæ ad noſtrorum Nouatorum conterendam ignorantiam in armamentario noui teſtamenti ſunt nobis obuia, alia *potentiſſima Deo ad deſtru-*
D *ctionem munitionum*,[a] ſed quæ latent arma videre, nedum accipere permittit. Illa autem ſunt antiqua nomina miniſtrorum Dei, qui olim ſub generali filiorum Dei vel prophetarum appellatione continebantur: quorum diuerſa munia, aut gratiarum dona diuerſis quoque vocabulis vt nominarentur exigebant: quæ nos alibi[b] deduximus, & oſtendimus à Paulo[c] etiam poſt Euangelium iſtis verbis comprehendi, *Quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia primùm quidem Apoſtolos, ſecundò prophe-*

Multa nunc in Eccleſia vſurpantur vocabula quæ ex lege naturæ habent originem.

a 2. Cor. 10. 4.

b Ante leg. lib. 1 cap. 5.
c 1. Cor. 12. 28.

tas, tertiò doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes ſermonum. Ibidem etiam vidimus multas extitiſſe prophetarum ſcholas, ſeu collegia aut ſocietates quæ pro varietate præfectorum vel inſtitutorum diuerſa ſortiebātur nomina, vt ante diluuium ab Enos nepote Adam Enoſcæi, ab eius filio Kenam Kinæi, ſeu Cinæi: à diluuio vſque ad Moyſen, à Sem Semai; à Iapheth Iephthæi; ab Aſcenez Cenezæi; ab Heber Hebræi. Et iſti vltimi cum illam præſertim Paleſtinæ partem repleſſent collegijs, quæ poſtea fuit tribuum Ruben Iudæ, Benjamin & Simeonis: ideò Hebræorum ſocietas præſertim in Ieruſalem B
viguit ſemper. Item, Circa Ioſephi patriarchæ mortem quidam ex Cinæis vel Enoſcæis dicti ſunt Nazaræi hoc nomem aſſumentes, necnon prolixam comam, albúmque veſtitum propter dictum patriarcham, quem pater Iacob benedicens appellauit *Nazaræum* (id eſt, ſegregatum vel comatum) *inter fratres ſuos*, [a] quáque degens in carcere comam nutrierat, qua tonſus poſtea fuit, deinde ſtola byſſina, Rege Pharaone Iubente, indutus, quando ductus eſt in triumphum [b] Proinde malè à Lorino [c] falſa vocatur Oleaſtri [d] ſententia, dudum ante legem ritum C
radendi capita cœpiſſe, nempe, quia Iacob benedicens filio Ioſeph, optat vt *benedictiones fiant in capite ipſius, & in vertice Nazaræi inter fratres ſuos.* Exinde eædem prophetarum ſodalitates generale totius Iacobi familiæ nempe Iſraelitarum nomen acceperunt vocati *domus Iſrael.* [e] Poſtea eiuſdem inſtituti ſectatores & alumni, filij, id eſt, diſcipuli prophetarum appellati ab Heliæ & Eliſæi temporibus nomen adepti ſunt Rechabitarum. Quæ omnia diffuſè tractamus & probamus alibi. [f]

a Geneſ. 49. 26.
Mos radendi capita quando cæperit.
b Geneſ. 4'. 4 & 42.
c In Act c 21 v. 24.
d In cap 6 num.
e Pſal. 97. 3. 113 9 & 12. 134. 19.
f *Ante leg. lib. 5. cap.* 17.

Perſeuerante autem horum prophetarum inſtituto, quod inſtar Doctorum Eccleſiæ ſemper fuit: curarunt huiuſmodi patres doctique viri, vt vera & orthodoxa fides & doctrina à Pa- D
triarchis priſcíſque patribus accepta diligenter ſeruaretur incolumis, etiam in Chaldæa tempore captiuitatis Babylonicæ, vbi erat vna ex duabus ſcholis vel academijs Iuxta Euphratem in vrbe Nehardeha, in loco, quem (vt arbitror) ſcriptura [g] vocat Caſiphiah: altera poſt captiuitatem in Ieroſolymis, cuius proceres & præcipuos Rabbini dicunt fuiſſe Zorobabel filium Salatielis, Ieſum, Nehemiam, Seraiam, Raabiam, Mardo-

g 1. Eſd. 8. 17.
Viri magnæ ſynagogæ qui fuerint.

chæum, Balſan, Maſpar, Bagoam, Rahum, & Baanan. [a] Iſtius autem & Babylonicæ Academiæ proceres vocant *viros magnæ ſynagogæ*. Et meritò: ijdem enim ſæpe ab Eſdra vocantur *principes patrum*, [b] nempe Eccleſiæ. Et ab iſtis ſectam Phariſæorum originem duxiſſe tenent: & id veriſſimum, dummodò fateantur iſtos Phariſæorum patres à Rechabitis & Rechabitas, qui & Cinæi, ab Enoſcæis ortum accepiſſe. Poſteriores autem patrum principes anteceſſorum veſtigijs inhærendo multas fieri curarunt ſcholas, ſodalitates & gymnaſia, quæ vocarunt Synagogas, vt patet ex iſtis Iacobi Ieroſolymiorum Epiſcopi
B verbis. *Moyſes à temporibus antiquis habet in ſingulis ciuitatibus, qui eum prædicent in ſynagogis, vbi per omne ſabbatum legitur*. [c] Quamuis etiam ſub nomine Eccleſiæ reperiantur, vt cum dicuntur *conueniſſe in Maſpha quadraginta millia virorum in Eccleſiam populi Dei*: [d] ſicut vtrúmque nomen & præſertim Synagogæ aliquid ſumitur pro loco, in quem Iudæi conueniebant ad aliqua exercitia ſpiritualia, [e] vt ad prædicationem verbi & legis explicationem diebus Sabbatorum, [f] ad orationem & laudem Dei [g] & ad correctionem publicam peccatorum in lege. [h] Quæ loca olim vocabantur *tabernacula*, in quibus inuo-
C cabatur nomen Domini [i] Abrahæ temporibus: & proinde erat ibi locus adorationis, qui à Moyſe dictus poſtea eſt propitiatorium. [k] Quod quidem poſtea non niſi in vno fuit loco, ſiue in Silo, [l] ſiue in Ieruſalem, ſiue alibi, vbi reponebatur arca teſtimonij. Aliquando nomen ſynagogæ accipitur pro tota Iudæorum Republica: [m] aliquando vero pro quocúnque hominum cœtu [n] ſiue bonorum, ſiue malorum, vel etiam Satanæ: [o] ſed præſertim pro prædictis doctorum orthodoxorum ſodalitijs & congregationibus, quibus præerant potiſſimùm ſcribæ, quoniam, vt priùs dixi, eorum erat ſcripturas exponere.

D Poſt captiuitatem autem Babylonicam & appropinquante tempore, quo Meſſias omnium filiorum Dei ſeu prophetarum caput ac coryphæus venturus erat, & poſt illam confuſionem, quam illa diutina captiuitas attulerat, prædictorum doctorum & ſcribarum ordo in plures iterum claſſes ſeu militias diuiſus eſt. Vſurparíque hoc in loco poſſet, quod Diogenes Laertius agens de ſectis philoſophorum ſcribit, quòd olim in præclaris reponebatur, ſi quis in aliqua eſſet hæreſi, id eſt, ſecta.

a Eſdræ 2. 2.
b Eſdr. 1. 5. 2. 68. 3. 12. 4. 5.
Nomen Synagogæ quid ſignificet.
c Act. 15 21.
d Iudic. 20. 2.
e Luc. 7. 5.
f Act. 13. 5. 15 21. & alibi
g Matth. 6. 2.
Iudith. 6. 22.
h Matth. 10 17. & 23. 14 Marc. 13. 9 Act. 22. 19. & 26. 11.
i Geneſ.
k Exod.
l 1 Reg 1. 3.
m Num. 4. 34. 16. 2 & alib
n Pſal 85. 14. Eccle. 3. 30.
o Apoc. 2. 9 & 3. 9.

Digitized by Google

Ita tamen vt vnaquæque claſſis, ſodalitas, aut Synagoga, vt eorum doctrina meliùs à populis exciperetur, eique tanquam quam orthodoxæ crederetur, illuſtre, quantùm potuit ſibi nomen aliquod aſſumeret, ſed quod olim priſcis Eccleſiæ patribus, ac prophetis, & eiuſdem inſtituti viris datum fuiſſe pateſceret. Quorum nominum quædam renouata & quaſi refricata fuerunt: alia myſticis ac parabolicis terminis expoſita. A

Prioris generis fuerunt Eſſeni: qui rem ab ouo (vt aiunt) ſumentes, nomen Enoſceorum, hoc eſt, Enoſcis diſcipulorum ſub corrupto (dum mitigare volunt) nomine reuiuiſcere fecerunt: aut potiùs illud ſimul & viuendi modum ſeruarunt inuiolatum. De quo nos Iam ampliſſimè alibi [a] Vbi oſtendimus Chriſtum ipſum vitam eorum duxiſſe. Sed quid ſi etiam ipſe propterea non per nomen איש *Is* vel אדם Adam, ſed ſicut Ieremias [b] & Daniel, [c] qui erant Enoſcæi, per nomen אנוש *Enos* plerúmque ſeipſum potiùs *filium Enos*, hoc eſt, diſcipulum (vſitato loquendi modo) Enoſis, quàm *Filium hominis* nominare voluerit, vt agens inter Doctores, Scribas & Phariſæos, qui Enoſcæorum ſectatores erant, ſubobſcurè ſe ex antiquorum prophetarum inſtituto eſſe profiteretur? Quo eodem nomine B. Stephanus cum eiuſdem inſtituti doctoribus agens, Chriſtum compellauit dicens *ſe videre cælos apertos, & filium hominis* (Syriacè Enos) *ſtantem à dextris Dei.* [d] B C

a *Ante leg. lib. 1. cap. 13. 14.*
Quo ſenſu Chriſtus paßim ſe vocat Ben Enos, *pro quo redditur* filius hominis.
b Cap. 8. 1.
c Cap. 7. 13.
d Act. 7. 56.

Et quia iſti pro ſua mirabili antiquitate vocabantur קדמני *Kedmoni*, quidam illud nomen amplexati vocati ſunt vt olim [e] Cedmonæi, ſed corruptè Aſſamonæi, & illi ſunt, qui in Euangelio (ſi Hebraicum aut Syriacum haberemus: dicebantur *prophetæ Cedmonæi*, id eſt, Antiqui, [f] Quod epithetum à primo Machabæorum parente primò videtur renouatum. Alij, cum viderent dictos veteres pro ſua ſanctitate & pietate חסידים Aſidim ſeu Aſidæos [g] fuiſſe dictos, hoc quoque nomen ſibi aſciuerunt: vt etiam Machabæi aliique fecerunt. Alij ob eandem venerandæ antiquitatis cauſam קיני *Keni*, id eſt, Cinæi (quorum inſtitutum à Kenan filio Enos ortum habuit) cognominari voluerunt: De quorum claſſe, ſed corruptiſſimi ac petulantiſſimi fuiſſe videntur illi, qui Græcè apud Ioſephum [h] ζηλῶται Zelotæ vocantur, quod Hebr. eſt קיני *Keni*: Eiuſdem nominis & profeſſionis alij boni erant; & ex iſtis erat Simon D

e Geneſ. 15. 19.
f Luc. 9. 8.
Prophetæ antiqui in Euangelio ſunt Cedmonæi.
g 1. Machab. 2. 42. 7. 13. & lib. 2. cap. 14. 26.
h De bello Iud. lib. 6. cap. 1.
Zelotæ apud Ioſephum erant ex inſtituto Cinæorum.

Digitized by Google

antequam ad Apoſtolatum vocaretur, qui cognominatur legitimè Cinæus, corruptè verò Canæus, nec meliùs ab vrbe Cana, Cananæus. [a] Ex hac ſocietate pullularunt hæretici, quos Epiphanius [b] vocat Cajanorum. Alij fuerunt Nazaræi, quorum nomen Chriſtus libenter accepiſſe videtur tanquam honorabile, vt inde colligas, quod licet poſtea ex hac ſecta quidam ſurexerint hæretici, qui dicti ſunt Nazaræi: non ideò ſequitur omnes qui huius ſectæ erant, fuiſſe hæreticos: ſed multi alij ex eis cum eodem nomine poſtquam crediderunt fidem retinuerunt. Idem quoque dicendum de alijs ſectis Saducæorum, Caianorum, Phariſæorum, &c. quos omnis Chriſtus coëgit in vno Chriſtianorum ouili.

a Matth. 10. 4. Marc 3. 18.
b Hæreſ. 36. 37. 38.

Alij Saducæorum ſpecioſum nomen elegerunt: non (vt puto) à quodam viro nomine Sadoc, vt multi exiſtimant: ſed ex eo, quòd antiquiſſimi Eccleſiæ Patres & Prophetæ צַדִּיקִים *tſadikim*, id eſt, Iuſti cognominantur, vt primus inter eos Abel, [c] Noe, [d] Sem, [e] Abraham, [f] Lot, [g] Iacob & Ioſeph, [h] necnon eorum poſteri. [i] Alij Tholmæorum nomen elegiſſe videntur, à quodam antiquiſſimo Heberis Hebræorum magiſtri diſcipulo, cui nomen Tholmai [k] (quem in Ægypto ſub corrupto nomine Timaus, cognomine vero Hichos, quod eſt *Rex paſtorum*, regnaſſe poſt Heberem vrbis Auaris conditorem, vel potiùs eius ibi vices tenuiſſe credo [l]) de ſtirpe ſeu inſtituto Enacim, qui floruerunt in Dabir, & Hebron: cum quibus olim Abraham fœdus inijt, hoc eſt, eorum ſodalitati ſe iunxit. [m] Horum diſcipulus fuiſſe videtur Nathanael *verus* quidem *Iſraelita*, [n] id eſt, ex priſca prophetarum congregatione, quæ dicebatur Iſraelitarum, ſed eorum, qui à nomine Hebræo תַּלְמַי *Thalmai* cognominabantur Thalmæi, propterea Nathanael dictus eſt Bartholomæus, id eſt, filius Tholmæorum, eo modo, quo etiam nunc Rabbinorum diſcipuli à magiſtri nomine Ben-Eſra, Ben-Vziel, Barthimæus Bar Ieſu cognominantur. Bartholomæum autem eum fuiſſe, qui in Euangelio [o] vocatur Nathanael, ſententia eſt multorum patrum Ruperti, [p] Ianſenij, [q] Montani, [r] Ioan. feri, [s] Salmeronis [t] & aliorum, quibus adhæreo.

Simon Apoſtolus erat ex ſocietate Cinæorum.
c Matth. 23. 35. Heb. 11. 4.
d Sap. 10. 5.
e Eſa. 1. 26.
f Sap. 10. 5.
g Ibid. v. 6.
h Ibid. v. 10. & 1.
i Ibid. v. 15. 17. 20. Iudith. 10. Heſter. 1107. 8.
k Num. 13. 23.
l *Anteleg.* lib 2. c 7. & 8.
m Geneſ. 14. 13.
n Ioan. 1. 48.
o Ioan 1.
p Ibidem.
q In Concord. cap. 17.
r Matth. 9. Ioan. 1.
s Ioan 1.
t Tom. 4. tract 12.

Quantùm ad Phariſæos nuper vidimus originem duxiſſe à viris magnæ Synagogæ, vt tenent Iudæi: qui dicunt, Moyſen

 A

præter legem ſcriptam (quæ per Angelos, id eſt, per Enoſ-
a Gal.3.19. cæos vt ſæpè docuimus, ordinata eſt [a]) eam, quam vocant *Be-
hal-pi*, id eſt ore traditam, tradidiſſe Ioſue; iſtum ſenioribus;
hos, prophetis; hos, viris Synagogæ magnæ. Poſt quos tem-
Phariſæorum origo & ſchola. pore Alexandri magni, fuit Simeon, cognomento Iuſtus, aliâs
Iaddus filius Ioſue: Iaddum ſecutus eſt Antigonus, cuius duo
diſcipuli numerantur Ioſe & Sadoch (à quo dicunt Saducæos
nomen & ortum habuiſſe, cui opinioni non aſſentimur) Iſto-
rum duornm diſcipuli fuerunt Ioſue & Nithak: horum diſci-
puli Iudas & Simon: horum, Schemaias & Abtalion proſelyti B
Iuſtiſſimi: horum vero diſcipuli, Hillel & Scammai Iſta de-
ducta ſunt ex libro Pirke-anoth lib. 2. c. 1. & ex Rab. Moyſe,
& Kotzi præfat. in lib. præcept. & Rab. Abraham in hiſt. Ca-
balæ. Igitur Phariſæi, quod nomen à viris magnæ Synagogæ
duci originem, vt optimè Rabbini dixerunt. Sed quoad ſec-
trm credimus eiuſdem inſtituti fuiſſe cum illis, qui poſt re-
greſſum ex Babylonia cum ſe ſanctiſſimis Rechabitis Eliæ diſ-
cipulis ſuccedere optimè noſcerent, qui à nomine רכב *Recheb*
b 4.Reg. 2.12 & 13.14. (quo Elias & Elizæus honorati fuerant [b] in illo encomio, *Pa-
ter mi, Pater mi currus Iſrael & equitum eius*, Heb. ופרשיו *Vpha-
raſcian*) dicti fuerant Rechabitæ: alterum nomen gloriæ *Pha-* C
c *Ante leg.* lib 3.cap.17. *raſcim* deinceps tanquam Eliæ diſcipuli ſibi elegerunt: [c] à quo
tempore viri magnæ Synagogæ dicti fuerunt Phariſæi: non à
participio פרושים *Peruſcim*, quod eſt ſeparati, vt S. Epiphanij
aliorúmque multorum, etiam Rabbinorum opinio eſt. Alij
enim, præſertim Eſſeni, multò magis erant à mundo ſemoti,
& ſecta Phariſæorum tanquam ex Eſſenis oriunda vocatur Sy-
d Act.16.5. riacè *Ioulphana riſchaia*, id eſt, doctrina & inſtitutio prima [d] &
nullum comperitur inter eos eſſentiale diſcrimen, ſi quæ de
Phariſæis ſcribit Epiphanius bene conſiderentur. Imò, omnes
illæ ſocietates, vt ab Enoſcæis oriundæ illorum vitam ſecta- D
bantur & ſolo nomine differebant Exempli gratia. De hac
e Act.23.6. Phariſæorum ſecta fuit B. Paulus, [e] qui cùm Iuxta ritum Na-
f Act.18.18 zaræorum ex toto totonderit caput [f] id non fecit ex lege Mo-
ſaica cum lege antiquiores eſſet illa tonſio: per quod oſtendit
omnes illas ſectas tanquam eiuſdem originale inſtituti aliqua
habere communia, quæ non erant ex lege Moyſis, ſed longè
ante illam.

Digitized by Google

Alij ſcientes à tempore Iacobi patriarchæ, qui à Deo Iſraelis nomen accepit, antiquorum prophetarum ſcholam ſæpe in ſcriptura nominari donum ſeu familiam Iſrael, quæ ordine præfertur Aaronicæ familiæ cum dicitur. *Domus Iſrael benedicite Domino, domus Aaron benedicite Domino;* [a] vt nulla eſſet confuſio, eo quòd ſæpius omnes ex Iacob oriundi vocantur Domus Iſrael, nomen aſſumpſerunt אַלְפִּי Alphi, id eſt *Alphæorum*, à nomine אֶלֶף *Eleph* quod eſt familia, nempe κατ' ἐξοχὴν Iſraelitica. Et de iſtorum doctorum Iſraelitarum ſodalitate fuit

B Iacobus Minor Apoſtolus, poſtea Epiſcopus Ieroſolymorum, qui cognominatur Alphæus. Quod ſi quis de Matthæo idem Iudicet, eo quòd ſimili donetur cognomine Puto id corruptè factum fuiſſe, & quod non Alphæus ſed Alphius dictus ſit ab Euangeliſta, ac ſi dixiſſet: *Et cum præteriret Ieſus vidit leui fœneratorem ſedentem ad telonium*. Cum enim Alphius inſignis olim fœnerator extiterit, à quo primùm profecta eſſe dicitur celebris illa ſententia, *Vel optima nomina, non appellando, mala fieri;* cuius meminit Horatius, [b] credo huius veri nomen commune factum fuiſſe, & inſignem fœneratorem importare. Iacobum autem vnam doctum, ſicut tunc temporis de eo in tantæ ciuita-

C tis Epiſcopum electio poſtea facta, nec non ſcripta eius indicant, ſtatum quidem Eſſenorum profeſſum fuiſſe, vt multi graues auctores ſcribunt: ſed ex ſchola, ſeu familia Alphæorum extitiſſe: omnes enim iſtæ diuerſæ ſodalitates, vt ſæpè diximus, ortum habent ab Enoſcæis. Ex iſtis quóque Alphæis fuiſſe videtur ille inter Rabbinos celebris nomine Alphes (quid ſi Alphæus?) qui fecit tractatum qui dicitur Ros Hoſſaua.

Alia item erat Iſraelitarum ſynagoga, quæ ſimiliter ad euitandam amphibologiam nominis *domus Iſrael* nomen ſibi elegit non Labæorum, néque à nomine לֵב *leb*, quod eſt cor, vt

D multi putant: ſed Labiorum, à vocabulo לָבִי *labi* quod leonem non quemlibet, ſed maiorem ſignificat. Qua voce & alia nempe אַרְיֵא *Ari*, eiuſdem notionis, vſus eſt Iacob Patriarcha, quando morti proximus filium ſuum Iudam benedicens eique ſe comparans leonem ſe maiorem, illum verò ſuum catulum nominauit *Catulus leonis* (ari) *Iuda, à præda fili mi aſcendiſti, incuruauit ſe* (Iuda) *& cubauit ſicut leo* (ari) *& ſicut leo maior* (labi) Ab hoc igitur vltimo nomine *labi* vna ex Synagogis Iſ-

a Pſal. 113. 10. 134. 19.

Schola Alphæorum.

Iacobus & Matthæus non eodem ſenſu cognominantur Alphæi.

b in Epod. Od. 2.

Schola Labiorum.

Digitized by Google

raelitarum nuncupabatur *labiorum*: honorifico ſanè vocabulo, A
quo ſignificabant ſe diſcipulos & alumnos eius eſſe, qui duodecim patriarchas velut totidem leones genuerat, quorum ipſe leo maximus erat. Ex iſta autem Synagoga erat Apoſtolus Iudas, qui ideo legitimè, ſeu Hebraicè *labius* corruptè verò ſiue Syriacè *lebæus* [a] cognominabatur.

Erat enim Chriſti temporibus lingua Hebræo non omninò pura, ſed infecta Syriaci ſermonis permixtione poſt Babyloniccam captiuitatem: Ita vt Syriaca, vel Chaldaica nonnunquam Iudæis vernacula fuerit: ideóque vetus ſcriptura eam in linguam conuerſa, etiam diu ante aduentum Chriſti. Hinc eſt, B
quod in Euangelijs ſunt nonnullæ dictiones Syriacæ vt Thalita-cumi, [b] Ephetha, [c] Betheſda, [d] vel Bethſaida, Gabatha, [e] Golgotha, [f] Racha, [g] Mammonæ, [h] Rabboni, [i] Cepha, [k] Bariona, [l] Haceldama, [m] Manna, [n] Sabactani, [o] Boauerges, [p] Abba, [q] Meſſias, [r] Saphira, [s] Paſchæ, [t] Tabitha, [v] Maranatha, [x] & ſimiles: quæ quamuis ex Hebraicis trahant originem, terminationem Chaldæam ſeu Syram habent; vel cùm ſint prorſus Chaldææ linguæ antiquioris quàm ſit Hebræa, vt quidam [y] non incongruè volunt, dicuntur Hebrææ, quia Hebræi ijs vtebantur eo tempore, linguáque ipſa Chaldæa. In hoc ſenſu C
debet intelligi, quod in Actis legimus quod Paulus *magno ſilentio facto alloquutus eſt lingua Hebræa.* [z] Eodem quoque modo tenendum cenſeo Chriſti temporibus decem præcipuas fuiſſe ſcribarum ſeu doctorum ſynagogas, quæ lingua tunc vernacula dicebantur.

Eſſenorum,	legitimè	Enoſcæorum	Ioſeph. antiq. 18 c. 2
Aſſamonæorū		Cedmonæorū	Geneſ. 15. 19.
Aſideæorum,		Hhaſidæorum	2. Mach. 14. 6.
Chanançorum ſeu Canæorum		Cinæorum	Geneſ. 15. 19. D
Saducæorum		Tſadichæorū.	Ioſeph. antiq. 18. c. 2.
Tholmæorum		Thalmæorum	Matth. 10. 3.
Phariſæorum		Pharaſcæorum	in Euangelijs,
Alphæorum		Similiter.	Matth. 10. 3.
Nazaræorum		Neziræorum	1. Machab. c. 3. 49.
Lebæorum		Labiorum	Matth. 10. 3.

a Matth. 10. 3. in Græco & Auguſt. de conſenſ. Euang. cap. 10.
b Marc 5. 41.
c Marc 7. 34.
d Ioan. 5. 2
e Ioan. 19. 13.
f Ibid. 17.
g Matth. 5. 22.
h Matth. 6 24.
i Ioan. 20. 16.
x Ioan. 1. 42.
l Matth. 16. 17.
m Act. 1. 19.
n Ioan. 6. 31.
o Matt 27. 46.
p Marc. 3. 17.
q Marc. 14. 36.
r Ioan. 1. 41.
s Act. 5. 1.
t Paſſim in Euangeliis.
v Act 9. 36.
x 1. Cor. vlt 22.
y Michael Amira in Gratuam Syrorum ſeu Chald quos ipſe recitat.
z Act. 21. 40.

Omnes

A Omnes iſti ad tres præcipuas, quæ Chriſti tempori[illegible] vigebant ſectas à multis poſt Ioſephum [a] reducuntur nem[illegible], Phariſæorum, Saducæorum & Eſſenorum. Vnde magna grauiſque admodum orta eſt litigatio & Iurgium inter Serrarium virum ſocietatis Ieſu erudititiſſimum ex vna parte, & duos alios ſanè doctiſſimos, ſed aut ſuſpectæ, aut malè religionis alumnos ex altera. Cuius contentionis libri non niſi poſt Iam ferè completum iſtum de Eccleſia poſt Legem tractatum ad me peruenerunt: per quos comperi me Iam à ſexennio ad multa vtriúſque partis argumenta vel inſcium reſpondiſſe. Et Iam quan-
B tum ad ſectarum numerum, omnes ferè patres, & qui ſincerè rem agitant tres prædictas cum Ioſepho præcipuas & adinuicem diſtinctas agnoſcunt. Nos autem eorum ſententiæ ita ſubſcribimus: vt cum illas omnes ab vna, quæ legitimè Enoſcæorum appellari debet, ortum habuiſſe ſatis amplè vſque probaſſe putemus: dicamus nomen Enoſcæorum de omnibus alijs vt genus de ſuis ſpeciebus prædicari poſſe: ſicut diceremus Carthuſianos, Bernardinos, Cœleſtinos, eſſe Benedictinos, eo, quòd ſub eadem regula militant: licet in veſtitu & quibuſdam ſpecialibus obſeruantijs vna ſodalitas ab alia diſtinguatur; Et
C ſic Saducæi & Phariſæi ab inuicem, & vtríque ab ijs, qui ob rigidiorem primæuámque primi inſtitutoris regulæ obſeruantiam primum quoque Enoſcæorum nomen retinebant, differre dicuntur. Nominum autem diuerſitas vnde proceſſerit ſatis ex nuper dictis colligi poteſt.

a Antiq. lib.

Lis Druſij & Scaligeri contra Serarium ab Authore iam diu ſoluta videtur.

Quamuis autem Chriſti temporibus præ cæteris ſocietatibus aut ſynagogis tres dictæ emicarent, penes quas ſumma rerum apud Iudæos erat: nihil tamen mirum, ſi præterea tot aliæ eſſent: cùm, ob ingentem prophetarum multitudinem, quibus tota terra Chanaan omni tempore replebatur, legamus in pa-
D ralipomenis [b] *cognationis*, ſeu familiæ, *Iethræorum*, *Aphuthæorum*, *Semathæorum*, *Maſereorum*, *&c.* Ex quibus egreſſi ſunt Saraitæ & Eſthaolitæ, &c. quæ omnes ſunt eiuſdem inſtituti ſocietates. Et in vna Ieruſalem tempore excidij vſque ad 480. [c] tam pro aduenis Iudæis, quàm pro ciuibus eſſent ſynagogæ. Et legimus [d] *de Synagoga libertinorum, & Cyrenenſium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant è Cilicia & Aſia:* qui omnes erant aduenæ. De alijs verò extra Ieruſalem in Actis Apoſtolorum [e] etiam videre eſt.

b Lib. 1. cap. 2. 53.
c Toletus in Ioan. cap. 16. annot 2. *Torniel. anno mundi* 2564. *num.* 14.
d Act 6. 7.
e Cap 9. 2. 11. ſ. 14. 2. 17.

Q[illegible] ſi prædictæ omnes cognationes ortum habent ab Enoſ[illegible], quos verè cœnobitas ac religioſos inſtituto prophetas extitiſſe dubitari iam non licere videtur: Iam quoque patet de ſimilibus viris intelligendum eſſe, quod habet S. Lucas [a] cum hiſtoriam refert miſſionis Spiritus ſancti in die Pentecoſtes *Erant*, inquit, *in Ieruſalem habitantes Iudæi viri religioſi, ex omni natione quæ ſub cælo eſt.* Nempe, religione Iudæi, ſed inſuper, iuxta latinæ vocis vſum Eccleſiaſticum pro certo in Eccleſia hominum ſtatu, erāt religioſi, qui peculiari ratione in Dei cultu verſabantur, alienam à communi vitam agentes. Quorum hîc & multitudinem, & appellationum diuerſitatem, & in vna communi fide cum cœteris fidelibus conuenientiam non ſine ſtridore dentium, & oculorum offendiculo planè coguntur Nouatores in noſtris monachis ac religioſis aſpicere. Quod ſi Saducæos hæreticos minimè communem cum alijs fidem habuiſſe reſpondeant: Ego quoque reſpondeo: eos, qui dicti ſunt Saducæi non credentes reſurrectionem, hoc nomen retinuiſſe, cum ex bona & orthodoxa Saducæorum ſchola exiuiſſent. Quod à multis poſtea hæreſiarchis factitatū nemo neſcit; & de ſimilibus dicebat Chriſtus *attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium*: [b] adeóque illiſmet Saducæis *Cauete à fermento Phariſæorū & Saducæorum.* [c] Itáque prædictæ in tota Syria ſectæ etiam Chriſti tempeſtate totidem erant quaſi philoſophorum veritatem quæritantum ſcholæ, inter quos contigiſſe videtur, quod Origenes [d] de poſterioribus ſcripſit, *Elegans*, inquit, *& præcipuum aliquid mortalibus viſa eſt Chriſtiana eſſe religio: non modo ad Celſi opinionem, ſeruiles quidam & imperiti, ſed Græcorum pleríque eloquentiæ eruditi & peritiſſimi viri neceſſariò hanc ſubiere, nec tamen per ſeditionem & contentioſas hæreſes, ſed quia Philoſophi omnes ſtuderent, vt earum rerum cognitionem aſſequerentur, quibus Chriſtiana religio niteretur. Vnde & ſubſecutum eſt, vt cùm omnes diuinam hanc eſſe diſciplinam admitterent, hæreſes & ſectæ oborirentur, quæ ab his & nomen ſibi ſumerent, qui eius quidem doctrinæ principium admirati, vtcúmque poſtmodum vt ab inuicem diſſentirent, ſuaſionibus quibuſdam inducebantur*, &c.

Iam non ſtores monachorum inſtitutum ſcriptura eſſe negare minimè poſſunt.

a Act. 2. 5.
b Matth. 7. 15.
c Matth. 16. 11. & 12.
d Contra Celſum lib. 3.

Ex dictis quoque colligere licet, ſaltem quatuor ex Apoſtolis, nempe, Bartholomæum, Iacobum Minorem Iudam, & Si-

A monem ex huiuſmodi ſocietatibus fuiſſe, cum à Chriſto ad Apoſtolatum vocati ſunt, & proinde doctos doctrinæque ſectatores, quam huiuſmodi viri profitebantur, vt facilè de Iacobo, & Iuda ex eorum epiſtolis, de Bartholomæo autem (qui eſt Nathanael, id eſt, datus Deo) tum ex nomine, tum ex reſponſis ab eo, Chriſto ac de Philippo (quem & doctum fuiſſe non dubito) factis apertè colligitur: contra communem opinionem, omnes Apoſtolos idiotas fuiſſe. Quod ſapientiſſimè fecit Chriſtus, qui cùm *ſcientiarum ſit Dominus*, & adhuc puer inter doctores conuerſari in templo in delitijs habuerit, vtque

Saltem quatuor Apoſtoli antequam vocarentur doctrinam profitebantur.

B ſuam doctrinam etiam doctis acceptam eſſe manifeſtaret. Iam tunc cœpit doctos, ad ſe vocare, quos poſt Aſcenſionem ſuam in multis Phariſæis, in Paulo & Apoſtolo Matthia, & alijs per ſpiritum ſanctum vocaturus erat.

Tertiò licet deducere, quòd ſicut ipſe Chriſtus Eſſenorum vitam ducere voluit, & puram eorum prædicare doctrinam: ſic elegit ſuos Apoſtolos non ex quadam ex neotericis, vt pote, Phariſæorum ſchola, ſed ex antiquiſſimis aut Cinæis, aut Tholmæis, aut Alphæis & Labijs, id eſt Iſraelitis: eo quod primam omnium naturæ legem per Euangelium erat perfecturus: & vt

Hæretici malè contemnunt argumentum ab antiquitate.

C exemplo doceret quantum in doctrina fidei valeat argumentum ab antiquitate ductum, & quàm nouatores ſtulti ſunt, cùm è contra *Sapientiam antiquorum exquiret ſapiens*. Eo quòd conciliat antiquitas auctoritatem, eſſe ſuſpecta nouitas ſolet: quam ideo, licet falsò, Iudæi Chriſto obijciebant, [a] & nos iure Nouatoribus obijcimus, eos antiquitatis venerandæ proſcriptione confutantes. Sicut optimè Tertullianus [b] definit hæreticum, *qui deſerto, quod prius fuerat, id poſtea ſibi elegerit, quod retro non erat*. Et ad hoc tendunt, quæ in hoc & præcedenti capite ſcripſimus de quibuſdam noui teſtamenti vocabulis ex Hebræa lin-

a Marc 1. 27.
b Contra Marcum cap. 1.

D gua oriundis, vt oſtenderemus Apoſtolos Chriſtique diſcipulos ex duabus Græcizantium & Hebræorum ſcholis ad antiquiorem priſcam & originalem Hebræorum doctorum Hebraicè Biblia legentium, quàm ad neotericam licet putam & Optimam 70. Interpretum verſionem, & ad eorum qui ea vtebantur doctorum ſcholam propenſiores fuiſſe, idque colligi ex iſtis Lucæ [c] verbis, *In diebus illis creſcente numero diſ-*

Lectio Bibliorum Hebraicorum Apoſtolis magis placebat quam aliorum.

c Act. 6. 1.

Digitized by Google

cipulorum factum eſt murmur Græcorum aduersùs Hebræos, eo, quòd deſpicerentur in miniſterio quotidiano viduæ eorum. A

CAPVT VIII.

Quòd ablatis cum circunciſione ceremonijs, quæ ad legem Moyſis attinebant, Apoſtoli ſtatim antiquum Legis naturæ de Dei & proximi dilectione præceptum renouarint, & vt gentibus prædicaretur, indixerint. B

CVM toties ac imperrimè viderimus Chriſtum Enoſcæorum vitam duxiſſe, & ſaltem quatuor ex eius Apoſtolis & doctos & ex doctorum ſocietate fuiſſe; nihil ſanè mirum, ſi per huiuſmodi magiſtros, qui priſcā primis mundi ſæculis, Legíſque naturæ temporibus inſtitutam à prophetis viuendi regulam ſeruabant, ceremonialia factitiæ, vt ita dicam, legis Moſaicæ, quam Chriſtus adimpleuerat, decreta paulatim ablata ſint, & in eorum locum ea, quæ naturæ legis erant, introducta: vt iſtius, quæ ſub illius tot ceremoniarum vmbris penè obfuſcata Iacebat, reſurgeret & appareret veneranda ſimplicitas. C

Ablata circunſione, cætera Moyſis ceremonialia ruunt.

Et primò de circuncifione, quæ inter legales ceremonias tanea erat, vt eius nomine tota lex Moyſis intelligatur quod Paulus [a] ſatis expreſſit dicens, *qui circumcidebatur debitorem eſſe vniuerſæ legis faciendæ*: & fideles conuerſi ex Iudæis ex circunciſione vocentur: [b] ita vt iſto abſciſſo capite cœtera corruant. Ad quod amputandum celebre cogitur concilium non omnium, ſed Apoſtolorum duntaxat & ſeniorum, [c] id eſt, patrum Eccleſiaſticorum ac inſtituti prædicti virorum: ſicut nonnulli ex eorum ſchola, qui nuper fidem ſuſceperant, ac præſertim ex familia Phariſæorum, vt habetur in Actis (quorum anteſignanus fuit Cerinthus, vt rectè cenſet Epiphanius [d]) *ſurrexerunt dicentes: quia oportet circuncidi eos* (ex Gentibus) D

a Gal. 5. 3.
b Act. 10. 45.
c Act. 15. 6.
d Hæreſ. 28.

Digitized by Google

A *præcipere quoque ſeruare legem Moyſi.* Poſtquam autem in hoc Ieroſolymitano concilio magna ſuper hoc conquiſitio facta eſt: audiamus quid ſummus Eccleſiæ Pontifex Petrus non ad neotericorum Moſaicæ legis doctorum, ſed potiùs ad priſcorum legis naturę patrum mentem inſpirante Spiritu ſancto reſpondet: *Viri fratres* (quo nomine & Scripturæ,[a] & noſtrorum religioſorum more paſſim vocantur pecces Eccleſiæ, qui ex prædictis ſectis ſeu ſcholis erant) *Vos ſcitis, quoniam ab antiquis diebus* (dies antiqui plerúmque tempus ante legem, vel etiam ante diluuium ſignificant[b]) *Deus in nobis* (qui priſco-
B rum inſtituta ſequimur) *elegit per os meum audire gentes* (inter quos à Iudæis ponebantur Antiocheni, Samaritani, & Galilæi) *verbum Euangelij, & credere.* Et paulò poſt ſermonem conuertens ad Phariſæos, & alios ad fidem nuper conuerſos qui circuncisionē ſeruandam eſſe dixerant, ait: *Nunc ergo quid tentatis Deum imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum* (Chriſti) *quod néque patres noſtri, néque nos portare potuimus?* Et Iacobus Eſſenus, ſeu Recabita, ſeu Alphæus Ieroſolymorum Antiſtes Petri ſententiam ſequutus apertè dicit, ſe ex eis non eſſe, qui legem Moyſis prædicant per omne ſabbatgum in Synagogis Iu-

a 1. Eſdr 1. 5.2.68.3. 12.4.3. Act.1.15. 11.1.12.
b Eſa.63 11. Deut.32. 7.4.Reg. 19.25. Eſa.37.16. & alibi.

Circunciſio & cæremonia legis Moſaica tolluntur ab Apoſtolis.

C dæorum: ſed ex priſcis naturæ legis doctoribus, qui eam à Gentibus, relicta circuncisione, ſeruandum eſſe docent; ſic enim intelligitur, quod ita profert in dicto concilio: *Viri fratres audite me, &c. Iudico, non inquietari eos, qui ex Gentibus conuertuntur ad Deum: ſed ſcribere ad eos, vt abſtineant ſe à contaminationibus ſimulacrorum, & fornicatione ex ſuffocatis, & ſanguine* (quæ videlicet in lege naturæ prohibebantur) *Moyſes enim* (legis ſcriptæ præco) *à temporibus antiquis* (à multo tempore) *habet in ſingulis ciuitatibus* (Eſſeni autem ſaltem rigidi extra ciuitates habitabant) *qui eum prædicent in ſynagogis, vbi per omne*
D *ſabbatum legitur.* Prudenter inſinuans ſinendum eſſe eos, qui legem Moyſi profitentur, vt pro libito eam prædicent: ſe autem & eos, quos alloquitur intendere debere, vt deinceps publicentur præcepta & ſtatuta legis naturæ, præſertim gentibus. Et confirmatur ex eo quod in quibuſdam Græcis codicibus poſt hæc verba, τοῦ ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων καὶ τῆς πορνείας, καὶ τοῦ πνικτοῦ, καὶ τοῦ αἵματος *vt abſtineant ſe à contaminationibus ſimulacrorum, & fornicatione, & ſuf-*

Legem naturæ prædicari ac reuiuiſcere reſtatum.

focatis, & ſanguine hæc ſubſequuntur, *καὶ ὅσα ἂν μὴ θέλωσιν ἑαυτοῖς γίνεσθαι, ἑτέροις μὴ ποιεῖν*, nec non inferiùs [a] in epiſtola Apoſtolorum poſt illa verba, *vt abſtineatis vos ab immolatis ſimul[ach]rorum, & ſanguine, & ſuffocato, &c.* Quam recitantes etiam Cyprianus [b] atque Irenæus [c] idem expreſſerunt: *Et quæcunque vobis fieri non vultis, alijs ne feceritis.* Gloſſa quoque ordinaria indicat. Quod ego libenter cum dictis vetuſtiſſimis Patribus admitto, & ad Apoſtolorum decretum pertinere credo: qui legis Euangelicæ, quæ naturalem perfectè obſeruare docet, facti ſunt à Chriſto præcones, cum priùs ex ordine eſſent præconum Iuſtitiæ, id eſt, legis naturalis: ſed & ideo Chriſtus ex antiquioribus prophetarum ſectis, elegit non ex recentioribus, vt nuper diximus.

A · B

a Act. 15. 29.
b Lib. 3 ad Quirinum n. 9
c Lib. 3 c. 12
Apoſtoli qui prius erant præcones legis naturæ ſiunt præcones legis Euangelicæ.

Verba igitur Iacobi primi Ieroſolymorum antiſtitis ad duo legis naturæ præcepta moralia reſpiciunt, nempe de colendo Deo, & proximo diligendo, Iuxta quaſdam ceremonia circa Dei cultum & proximi dilectionem. Ad primum attinet abſtinentia à contaminationibus ſimulacrorum, per quas intelligere potuit omnes pollutiones per idololatriam contractas, ſeu quemcúmque idololatriæ actum vti intellexiſſe videntur Hieronymus, [d] Tertullianus, [e] Cyprianus [f] Pacianus [g] & alij. Ad ſecundum ſpectat quadruplex abſtinentia, à fornicatione, à ſuffocatis, à ſanguine, & à quocúnque opere erga proximum, quod erga nos fieri nollemus. Prima pertinet ad præceptum de non mœchando: ſecunda & tertia ad præceptum de non occidendo. Ad hoc enim Deus adeo ſeuerè ſanguinis eſum olim Noe & hominibus inhibuit [h] tam liquidi & potabilis, quam farti & coagulati, vt homines quàm penitiſſimè abſterreret ab effuſione ſanguinis humani, vt exponunt Chryſoſtomus, & Rupertus. Quod præceptum cum eſſet poſitiuum, non naturale, licet ab Apoſtolis nunc renouatum, tandem exoleuit. Quarta verò generaliter comprehendit ea, quæ poſtea Moyſes per articulos expreſſit in ſecunda decalogi tabula, quicquid prætereà cogitari poteſt, quo proximus offendatur. Quibus quadrant, quæ Hebræi [i] & R. Salomon [k] tradunt à Deo data Noe præcepta numero ſeptem.

C · D

d Lib. 1. contra Iouin.
e Lib de pudicit. cap. 12.
f Lib. 3 ad Quirin. n. 119.
g Tract. de pœnit.
Verba Iacobi Apoſtoli exponuntur.
h Geneſ. 9. 4.
i In Seder olam cap. 5
k In Ierem. cap. 2.
Septem præcepta à Deo data Noe.

Digitized by Google

A

1 *Non colere idola*	5 *Non fundere humanum ſanguinem*
2 *Benedicere Deum*	6 *Non rapere.*
3 *Seruare Ius publicum*	7 *Non tollere membrum de animali viuenti.*
4 *Cauere ab illegitimo concubitu.*	

Quæ Chriſtus generaliter quidem, quantùm ſpectat ad proximum expreſſit, iterúmque promulgauit in Euangelio, [a] ſed ſub affirmatiuo mandato, *Omnia quæcúmque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc eſt enim lex & prophetæ.* B Iacobus autem, tanquam quid facilius, negatiuum duntaxat, non excluſo affirmatiuo, voluit exprimere. *Quæcúmque vobis fieri non vultis, alijs ne feceritis.* Vbi gloſſa ordinaria hoc vocat præceptum inferius, per quod malitia compeſcitur, proptereáqu rudibus impoſitum: quod autem Chriſtus protulit, ſuperius, per quod benignitas propagatur. *Et*, vt obſeruat Tertullianus, [b] *ſub parte affirmatiua* illius præcepti *continetur virtute negatiua, ſed non vice verſa.* Tanta autem eſt ſimilitudo inter hoc legis naturæ præceptũ, & illud Chriſti in Euangelio, *Diliges proximũ tuum, ſicut teipſum*, vt omnia quæ paſſim ibi habentur, & præ- C ſertim in quinto ſexto, & ſeptimo Matthæi capitibus, nihil aliud ſint, quàm accurata diuinæ mentis circa hoc expoſitio & declaratio contra prauas neotericorum ſcribarum & doctorum Hebræorum interpretationes, nec non ordinarias eorum etiam contra primæ tabulæ præcepta tranſgreſſiones quales erant Iurare per cœlum, per terram, per Ieroſolymam, per caput proprium.

a Matth. 7.12.

b Lib. 4. con ri Mar. cap. 16.

Similiter Apoſtoli præſertim in Epiſtolis nihil ferè aliud faciunt, quàm duplex de Dei & proximi dilectione, mandatum exponere & annunciare tanquam primum & vetuſtiſſimum. D *Hæc eſt*, ait Ioannes, [c] *annuntiatio quam audiſtis* (nota audiſtis: non enim ſcripto, ſed per traditionem data eſt: & hæc à Rabinis datur *Thorah ſciebealpe*, lex ore tradita) *ab initio* (mundi) *vt diligatis alterutrum.* Expoſuerat ſe priùs, [d] dicens: *Chariſſimi non mandatum nouum ſcribo vobis, ſed mandatum vetus, quod habuiſtis* (per traditionem) *ab initio: mandatum vetus eſt verbum, quod audiſtis.* Vt autem oſtendat hoc mandatum à Chriſto renouatum, ac verbo exemplóque mirifice illuſtratum, & homi-

c Epiſt 1. cap. 3. 11.

d Cap 2. 7.

Præceptum de dilectione legis naturalis.

Digitized by Google

nes nouas vires illud obſeruandi ab eodem accepiſſe, ſtatim addit: *Iterum mandatum nouum ſcribo vobis, quod verum eſt* (hoc eſt, veræ ac perfectæ dilectionis) *& in ipſo, & in vobis.* Nempe, in quo ſtet Dei erga vos & veſtri erga proximum amor. Id autem
a Cap.3.16. paulò poſt [a] explicat his verbis: *In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere.* Certè illa tam in Chriſto, quàm in nobis charitatis veritas in hoc apparet ac verè eſt, quòd *maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam ſuam po-*
b Ioan.15.13. *nat quis pro amicis ſuis:* [b] & adhuc magis cum *pro inimicis.* [c] Di- B
c Rom 5.7.8 1.Petr.3.18. uerſis ergo reſpectibus idem de dilectione præceptum & vetus & nouum ab eius præcone Ioanne vocatur. Vetus enim eſt, quia ab origine mundi hominibus à Deo datum eſt: nouum
Qua ratione vetus & nouum appellatur. verò, quia à Filio Dei poſterioribus ſæculis non ſolùm repetitum, ſed mirabili & inaudito modo, verbo, & exemplo renouatum, prædicatúmque eſt. Ita vt iſta lex eminenter iam *lex*
d Galat.6.2. *Chriſti* ab Apoſtolo [d] nuncupetur, cùm ait: *Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.* Vbi non dixit πληρώσατε, id eſt, implete: ſed ἀναπληρώσατε τὸν νόμον χριστοῦ, hoc eſt, *readimplete legem Chriſti.* Quaſi diceret: olim quoſdam ſan- C
ctos in lege naturali præceptum dilectionis obſeruaſſe, vt vidimus: ſed nunc nos per Chriſtum nouas illud readimplendi vires accepiſſe vſque ad menſuram ſupereffluentem.

Iacobus autem noſter, cum de huius Chriſtianæ legis, id eſt, perfectæ dilectionis operibus diſſerit, vocat eam νόμον βασιλικὸν. quod transferri poteſt, aut *legem regalem*, aut *legem fundamentalem.* Primo modo, eo ſenſu quo aliquid eximiæ dignitatis regale ſeu regium ſolemus appellare; altero modo, eo, quòd ſit baſis cœterarum legum ac fundamentum. *Si tamen*, inquit,
e Cap.2.9. [e] *legem perficitis regalem ſecundum ſcripturas, Diliges proximum tuum ſicut teipſum, &c.* Item, vocat eam religionem mundam: D
Legis naturalis de dilectione encomia. *Religio munda & immaculata apud Deum & patrem hac eſt: viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſæculo.* Quibus verbis in priori parte reſpicere videtur ad iſtud naturale præceptum affirmatiuum, *Omnia, quæcúmque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis:* in
f Epiſt.1.cap.3.9. ſecunda parte negatiuum iſtud, *Quæcúmque vobis fieri non vultis, aliis ne feceritis.* Sic & Petrus, [f] de eadem lege diſſerens,
poſtquam

Digitized by Google

A poſtquam dixit: *In fine autem omnes vnanimes compatientes, fra-*
ternitatis amatores, miſericordes, &c. non reddentes malum pro ma-
lo, nec maledictum pro maledicto, addit: *Qui enim vult vitam di-*
ligere & dies videre bonos, coerceat linguam ſuam à malo & labia
eius non loquantur dolum: declinet à malo & faciat bonum. [a] Item a Pſal. 36.
Iacobus Apoſtolus priſcam dilectionis legem appellat *legem li-* 17.
bertatis: Euangelium autem *legem perfectam libertatis.* Poſt-
quam enim de priori iuxta decalogum dixit, *Quod ſi non mœ-*
chaberis, occides autem, &c. Subdit, *ſic loquimini & ſic facite, ſicut*
per legem libertatis incipientes iudicari. [b] Et optimè: ſiquidem b Iacob. 1.
B Chriſtus in Iudicio de omiſſis operibus charitatis mundum iu- 12.
dicaturus eſt *Diſcedite à me maledicti, &c. eſuriui enim & non*
dediſtis mihi manducare, &c. [c] Poſtquam autem Iacobus locu- c Matth.
tus eſt de *verbo veritatis, quo ſumus initium creaturæ Dei,* [d] ſub- 25.
iungit: *Qui autem perſpexerit in legem perfectam libertatis, & per-* d Iacob. 1. 18 & 25.
manſerit in ea non auditor obliuioſus factus, &c. De qua etiam e Epiſt. 1.
Petrus: [e] *Quaſi liberi & non quaſi velamen habentes malitiæ liber-* cap. 2. 16.
tatem. Nec non Paulus [f] dicens, *nos in libertatem eſſe vocatos:* f Gal. 5. 13.
tantùm ne libertatem in occaſionem demus carnis, ſed per charita- g Rom. 5.
tem ſeruiamus inuicem. Quod & alibi [g] ſæpe facit iuxta ipſius 14. 18. Galat. 4. 3. 6. 20.
C Chriſti [h] doctrinam. h Ioan. 8. 36.

Qui etiam priuſquam apud Matthæum [i] exponat decalo-
gum, id eſt, præcepta de colendo Deo, & proximo diligendo, i Cap. 5. 20.
præmittit iſta verba: *Niſi abundauerit Iuſtitia veſtra, pluſquam*
ſcribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum, &c. Decalogus
quaſi indicans ſe iam velle exponere legem naturæ de dilectio- eſt velut Di-
ne proximi: quæ lex vocabatur *Iuſtitia*, vel *Iuſtitia Dei*, vt vi- geſtum legis naturalis.
dimus: [k] lex autem Euangelica vocatur à Paulo *Iuſtitia fidei*, k Cap. 1.
quatenus per Chriſtum perficit legem naturalem, cùm, vide-
licet, ait: *Iuſtitia Dei* (lex naturalis) *in eo* (Euangelio) *reuelatur*
D *ex fide* (patrum legis naturalis) *in fidem* Euangelij: ſicut decalo-
gus, qui eſt, velut digeſtum legis naturæ ab eodem nuncupatur
lex Iuſtitiæ. Quæ tria ſic breuiter amplectitur: [l] *Gentes, quæ non* l Rom. 9.
ſectabantur Iuſtitiam multa peccando, contra legem naturæ, 30.
apprehenderunt Iuſtitiam: *Iuſtitiam autem quæ ex fide eſt*, nempe
Euangelium: *Iſrael verò ſectando legem Iuſtitiæ*, nempe decalo-
gum, *non peruenit. Quare? Quia non ex fide*, credendo in Chri-
ſtum: *ſed quaſi ex operibus*, ceremonialibus legis Moſaicæ: *of-*

Digitized by Google

ſenderunt enim in lapidem offenſionis. Eodem proſus ſenſu dixit A
a Rom. 3. 21. idem Paulus: [a] *Nunc autem ſine lege* Moyſi *Iuſtitia Dei manifeſtata eſt, teſtificata à lege & prophetis.* Item de Iudæis ait: [b] *Ignorantes Iuſtitiam Dei, & ſuam* (in operibus ceremonialibus legis) *quærentes ſtatuere, Iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti,* quæ in Euangelio perfecta eſt. Sed & Iacobus noſter dicens, quod *Ira viri Iuſtitiam Dei non operatur*: cum iraſci contra proximum ſit contra charitatem, vult dicere id eſſe contra legem naturæ quæ dicitur Iuſtitia.

b Rom 10. 3.

Quemadmodum autem lex naturalis Iuſtitia vel Iuſtitia Dei dicebatur: & eius obſeruatores Iuſti nuncupabantur, vt quoque vidimus: [c] eodem modo in nouo teſtamento nomen Iuſtitiæ pro vera dilectione ſumitur: & vir Iuſtus idem eſt, ac perfectam dilectionem habens. Et ſicut primi ſancti homines filij Dei dicebantur, ita qui eſt in charitate natus, id eſt, alumnus Dei appellatur. *Omnis qui non eſt Iuſtus,* ait Ioannes [d] *non eſt ex Deo: & qui non diligit fratrem ſuum,* ſupple non eſt ex Deo: *quoniam hæc eſt annunciatio, quam audiſtis ab initio,* mundi, *vt diligatis alterutrum.* Item: *Omnis qui diligit* Deum & proximum, *ex Deo natus eſt* [e] Satis apertè indicans, idem eſſe diligere, ac Iuſtum eſſe, & Iuſtitiam, quæ ab origine mundi annuntiata eſt, fuiſſe Dei & proximi dilectionem. Sed & idcirco natos ex Deo adoptatóſque filios eſſe in Chriſto, *quos generatio Dei,* id eſt, dilectio, per quam ſimus Dei filij *à peccato ſeruat,* vt idem Ioannes dilectus & dilectionis præco loquitur. Similiter cùm ait: *Omnis, qui facit Iuſtitiam ex ipſo natus eſt.* [f] Item, *Scimus quia omnis, qui natus eſt ex Deo,* per dilectionem, *non peccat: ſed generatio Dei,* nempe charitas, *conſeruat eum, & malignus non tangit eum.* [g] Item, *Qui facit Iuſtitiam,* charitatem exercendo, *Iuſtus eſt.* [h] Ex quibus & alijs, quæ breuitatis cauſa omittimus, apertè conſtat, legem & Euangelium, quæ perfectam Dei & proximi dilectionem docet, atque in ea tota verſatur, eandem eſſe fundamentaliter cum lege naturali & morali: vt inde appareat, quanta ſit inter vtrámque ſimilitudo.

B C D

c Cap. 1. *Iuſtus & dilectionem habens conuertuntur.*
d 1 Ioan. 3. 10.
e 1. Ioan. 4. 7.
f 1. Ioan. 2. 30.
g 1. Ioan. 5. 18.
h 1. Ioan. 3. 7.

Digitized by Google

A

Capvt IX.

Quod ſacramenta legis Euangelicæ ortum habent à lege naturæ & priſcis eius ſectatoribus, nempe, Patriarchis.

SI nomen prophetæ vel prophetarum pro illis maximè ſupponat, qui ad Enos filio Seth B cum inſtituto nomen acceperunt Enoſcæorum: Et poſtea prophetæ dicti in multas ſcholas ſpeciales diuiſi ſunt, vt ſæpe diximus; iam facilè videbitur, illos vnum Euangelicæ doctrinæ conſtituere fundamẽtum ſecundum iſta prorſus notanda Pauli [a] verba, *Iam non eſtis hoſpites & aduenæ, ſed eſtis ciues ſanctorum & domeſtici Dei, ſuperædificati ſupra fundamentum Apoſtolorum & prophetarum, &c.* Quod idem prorſus alijs verbis poſtea dixit Hebræis doctoribus, [b] *Acceſſiſtis ad Sion montem & ciuitatem Dei viuentis Ieruſalem cæleſtem, & mul-* C *torum millium Angelorum frequentiam, & Eccleſiam primitiuorum* (hi ſunt patriarchæ & antiqui prophetæ) *qui conſcripti ſunt in cælis*. Et ſic habebimus intentum, legem Euangelicam, in naturali fundamentum habere & illius eſſe complementum. Quod ſanè ex alijs multis confirmatur. Et primò quidem in eo, quod Euangeliſtæ vel ipſe Chriſtus, necnon Apoſtoli in ſuis epiſtolis ferè ſemper adferunt exempla illorum, qui fuerunt ante Moyſen, vt confirment ea, quæ dicunt. Exempli gratia Ioannes de mutua dilectione loquens, poſtquam dixit. *Hæc eſt annunciatio, quam audiſtis ab initio, vt diligatis inuicem;* D ſubiungit, *Non ſicut Cain, qui ex maligno erat & occidit fratrem ſuum, &c.* [c] Iacobus [d] & Paulus [e] ad probandum, præter fidem, bona opera eſſe neceſſaria ad ſalutem, adducunt illa verba Geneſis [f] *Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad Iuſtitiam offerens Iſaac filium ſuum, &c.* Petrus [g] & Iudas, [h] vt poſtea videbimus ad probandum pſeudoprophetas ſeu pſeudo angelos, id eſt, hæreticos, qui tunc ſurrexerant & dicebantur Angeli, citò à Deo eſſe confundendos, id facit exemplo viro-

a Epheſ. 2. 19.

b Hebr. 12. 23.

Lex Euangelica eſt legis naturæ complementum.

c 1. Ioan 3. 11 & 12.

d Cap 2. 23.

e Rom 4. 3.

f Geneſ 22. 9. & 10. & cap. 15. 6.

g Epiſt 2. cap. 2. 4.

h Verſ. 11.

Digitized by Google

rum eiuſdem inſtituti & nominis, qui in diluuio perierunt. Il- A
le quidem dicens: *Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos in Iudicium reſeruari: & originali mundo non pepercit.* Iudas vero cùm ait: *Væ illis, qui in via Cain abierunt.* Chriſtus loquens de futuro generali Iudicio, ait: *Sicut in diebus Noe, ita & aduentus filij hominis, &c.* [a] Idem facit Petrus [b] cum diſſerit de deſcenſu Chriſti ad inferos: & iterum cùm de dictis pſeudoangelis loquitur, [c] ſicut ante eos fecerant Eſaias, [d] & Ezechiel, [e] qui erant ex antiquorum prophetarum inſtituto. Petrus item profert Saram mulieribus in exemplum modeſtiç, B
& erga viros reuerentiæ. [f] Paulus multa ſanctorum patrum exempla deducens principium ſumit ab Abel, Henoch & Noe. [g] Iacobus [h] ſanctum Iob dat in exemplum patientiæ. Sicut olim fecerat Tobias [i] legis naturæ zelator acerrimus.

In nouo teſtamento citantur teſtimonia ex lege noſtra.

a Matth. 24.37. Luc 17. 26.
b 1. Petr. 3. 20.
c 2. Petr. 2. 5.
d Cap 54. 9.
e Cap 14. 14. & 20.
f 1. Petr. 3. 6.
g Heb. 11. 4. 5. & 7.
h Cap. 5. 11.
i Cap. 2. 12. 15.

De Sacramento Baptiſmi.

VEniam ad legis Euangelicæ ſacramenta, quæ ab antiquis patriarchis & legis naturæ patribus typicè ſeruata originem duxiſſe videntur ab eis. Et primò quidem de Baptiſmo C
conſtat ex verbis Petri [k] figuratum fuiſſe in aquis diluuij. Idem quoque ſentiendum de multis antiquorum patrum baptiſmatibus: quale fuit illud familiæ Iacob, antequam ipſe ædificaret altare in Bethel: nempe, quando *conuocata omni domo ſua*, ait: *Abijcite deos alienos, qui in medio veſtri ſunt, & mundamini ac mutate veſtimenta veſtra.* [l] Quæ tria ſeruantur nunc in Baptiſmo: primum abrenunciando diabolo & pompis eius, nec non idolis, ſi baptizandus infidelis eſt & adultus: ſecundùm, in ablutione: tertium in veſte alba, ſeu capitio, quod datur baptizato in ſignum mutationis vitæ. In libro Iob patet priſcos in ſi- D
gnum puritatis conſcientiæ multiplicia, ſeu diuerſi generis vſurpaſſe baptiſmata; cùm ipſe Iob ad illa reſpiciens tanquam ad rem vſitatam ſic vnum ex ſuis ſodalibus, id eſt, eiuſdem inſtituti virum, qui ſe non niſi propter peccata afflictum eſſe credere volebat, alloquitur: *Si lotus fuero quaſi aquis niuis, & fulſerint velut mundiſſimæ manus meæ: tamen ſordibus intinges me, & abominabuntur me veſtimenta mea.* [m] Quibus verbis & ma-

k Epiſt. 1. c. 3. 21.

De Sacramento Baptiſmi.

l Geneſ. 35. 2.

Baptiſmi ceremoniæ à lege naturali veniunt.

m Iob 9. 30.

Digitized by Google

A nuum totiúſque corporis lotionem, & veſtimentorum mutationem inſinat, vt nuper in familia Iacob vidimus. In quem Iobi locum de totius corporis lotione, notauimus olim ſacramentum fuiſſe in numero, cum ex præcepto Eliſæi prophetæ (qui erat Rechabita & ex antiquis Eſſenis) non plus minúſue quàm ſepties Naaman Syrus ſeſe abluit in Iordane. Qui numerus religiosè etiam ſeruatus fuit à Gentilibus: ſicut ad hoc vſus aquæ marinæ, vt colligitur ex his Apuleij [a] verbis: *Confeſtim diſcuſſa pigra quiete alacer exurgo: méque protinus, purificandi ſtudio, marino lauacro trado: ſeptiéſque ſubmerſo fluctibus* B *capite, quod eum numerum præcipuè religioni aptiſſimum Pythagoras* (Eſſenorum vitam profeſſus [b]) *prodidit.*

Lotionum numerus ſeruabatur antiquitus.

a in Aſino aureo lib. II.

b *Ante leg. lib. 2. cap.* 17.

Alia de hoc ibi damus exempla: inter quæ eſt illud Petri Apoſtoli: quem S. Clemens ſcribit, antequam cibum ſumeret, Tripoli lauiſſe in mari; alibíque libenter eum in eodem lauare: quod ſine vlla ſuperſtitione feciſſe dubium non eſt, ſicut nec illi faciunt, qui à rabido cane morſi in mari ſe abluunt. Quamuis antiqui tali lotione etiam peccata deleri crediderint. Vnde Euripides Platonem [c] ſecutus in Ægyptum, cùm morbo quodam implicitus, ſacerdotum ſuaſu mari ſe expiaſſet, C incolumitati redditus, ea de cauſa verſum hunc iſtius rei memor, ſuis poëmatibus inſeruit.

Aquam marinam ſalubrem etiam animæ tenebant veteres.

c In Tauro.

Θάλασσα κλύσει πάντα τ᾽ ἀνθρώπων κακά.

Mare abluit omnia hominum peccata.

Ternarium quoque numerum in his lotionibus venerabantur, vnde Iuuenalis:

Ter matutino Tiberi mergetur, & ipſis
Verticibus timidum caput abluet.

Trina ablutio à priſcis celebrata.

Fontalibus quoque, alij fluuialibus aquis vtebantur. Iuxta quem ritum præuius Chriſti Baptiſta *in ſpiritu Heliæ* [d] Recha- D bitarum patris in eodem, quo ille, Iordane baptizabat: ibidémque Chriſtus *omnem cupiens implere*, etiam legis naturalis *Iuſtitiam* [e] ab eodem baptizari voluit, vt ſui baptiſmi materiam ſuæ puriſſimæ carnis tactu ſanctificaret. Et aliquando teſtatus eſt hunc *Ioannis baptiſmum è cælo eſſe.* [f] Imò ipſi Phariſæi legiſque doctores & ſacerdotes ad illum miſſi apertè docuerunt talem baptizandi ritum vſurpari poſſe tantùm, vel à Chriſto venturo, vel ab ipſo Helia, qui adhuc in viuis eſt, vel à propheta: [g] id

d Luc. I. 17.

e Matth. 3. 15.

f Matth. 21 30.

g Ioan. I. 21.

Digitized by Google

eſt, ab aliquo, qui ſit ex prophetarum ſchola. A

Nomen prophetæ prophetas antiquos propriè ſignificat.

Nomen enim prophetæ abſolutè ſumptum de illis ſolis, qui vocantur antiqui (Hebr. Kedmonæi) debet intelligi: quorum inſtitutum ſequebantur Helias, Eliſæus, filij prophetarum, Eſaias, Ieremias, Ezechiel, Daniel, Oſeas, Michæas, & alij huiuſmodi, qui ſoli propriè vocantur *prophetæ qui à ſæculo ſunt*, [a] hoc eſt, à mundo ſemoti. Quo ſenſu ipſe Chriſtus ſæpe neque ſe neque ſuos ex hoc mundo eſſe proteſtatur. [b] Talibus igitur prophetis, non autem alijs Aaronicis aut Leuiticis baptizare conueniebat ex munere & inſtituto. Quorum baptiſmum ſuo Chriſtus perfecit & ſanctificauit baptiſmate gratiam conferente. B Quod initio, vt ait VValfridus Strabo, [c] dabatur etiam in fontibus & fluuijs, vt patet ex Eunucho [d] & ex Lydia: [e] adhibebatur quoque trina demerſio, ſed cum inuocatione ſanctæ Trinitatis ad repræſentandum tres dies ſepulturæ Chriſti: deinde veſtis candida, quaſi teſſera puritatis & innocentiæ, cum verbis iſtis: *Accipe veſtem candidam ſanctam & immaculatam, quam preferas ſine macula ante tribunal Chriſti, vt habeas vitam æternam.* nec non ad inſtar Nazaræorum, qui propter veſtes candidas, quibus vtebantur apud Ieremiam [f] dicuntur *candidiores niue & nitidiores lacte*. Qua de re Lactantius: [g] C

Baptiſmus adeo propriè pertinebat non ad Leuiticos.

a Luc. 1. 70. Act. 3. 21.
b Ioan. 14. 18. 19. & ſeq.
c Lib. de reb Eccl. c. 26.
d Act 8 36.
e Act. 16. 13 & 15.
f Threa. 4. 7.
g In carmine paſchali.

Candidus egreditur niueis exercitus vndis,
Atque vetus vitium purgat in amne nouo.
Fulgentes animas veſtis quoque candida ſignat,
Et grege de niueo gaudia paſtor habet,

De Sacramento Confirmationis.

De Sacramento Confirmationis.

QVantùm ad Sacramentum confirmationis, apprimè quidem delineatum fuit in benedictione, quam Chriſtus dedit pueris & paruulis ſibi à populo oblatis, idque cum manuum D ſuarum impoſitione ex antiquiſſima legis naturæ cõſuetudine, & apud Gentiles etiam vſitata, vt Naaman ille Syrus indicio eſt, de quo legimus: [h] *Iratus Naaman recedebat dicens, putabam, quod egrederetur ad me, & ſtans inuocaret nomen Domini Dei ſui, & tangeret manu ſua* (verti poſſet, *motaret manum ſuam*, nempe huc & illuc ab oriente in occidentem, & ab Aquilone ad meridiem, quem morem benedicendi fuiſſe Hebræi tenent, vt ſic Deum

h 4. Reg. 5. 11.

Etiam apud Gentiles adumbratum.

Digitized by Google

otius orbis creatorem confiterentur) *locum lepræ, & curaret*. Atque etiam in hoc, quòd ipſe Chriſtus minimè approbans, quòd Apoſtoli increpabant eos, qui *offerebant paruulos, vt eis manus imponeret*,[a] dixit, *Sinite paruulos venire ad me*: paruulos enim vocat & per ætatem infantes & per ſimplicitatem morum, adultos, vt ſtatim explicat, dicens; *talium eſt regnum cælorum*: Dum enim non dicit *eorum*, ſed *talium*, non ſolùm ætate pueros, ſed etiam moribus pueris ſimiles comprehendit, vt Origenes, Hieronymus, Auguſtinus, [b] Beda, Theophylactus, & Euthymius monuerunt. Quod magis expreſſit Lucas, [c] addens, *Amen dico vobis, quicúmque non acceperit regnum Dei, ſicut puer, non intrabit in illud*. Tales etiam ætate, vt plurimùm ſunt qui offeruntur Epiſcopis, vt ab eo per manuum impoſitionem Confirmationis ſacramentum recipiant: quo nuper baptizati per ſpiritum ſanctum quem recipiunt in fide ſtabiliuntur & confirmantur. Quod importat etiam verbum סמך *Samac*, cùm in illa benedictione data ab Iſaac filio ſuo Iacob per impoſitionem manuum (quam etiam ſignificat) dicitur, *frumento & vino ſtabiliui eum*. [d] Paruuli quoq; moribus erant illi, de quibus ſcriptum eſt, quòd cum credidiſſent, ignorabant tamen ſi eſſet ſpiritus ſanctus: [e] *quibus auditis, baptizati ſunt, in nomine Domini Ieſu: & cum Paulus impoſuiſſet illis manus, venit ſpiritus ſanctus ſuper eos, &c.* hoc eſt, ſacramentum Confirmationis acceperunt.

a Matth. 19. 14.

Moribus pueros à ſe diſtrahi prohibet Chriſtus.

b Lib. 1. de pecc merit. cap. 19.

c Cap. 18. 17.

d Geneſ. 27. 37.

e Act. 19. 5. 6.

Huius autem ſuper pueros manus imponendi ac benedicendi moris & modi inſignis figura, adeóque confirmationis ſacramenti typus præceſſit in illa benedictione data à Iacob duobus Ioſephi filijs Ephraim & Manaſſe, [f] idq; in multis. Primò quidem in Ioſepho, qui tanquam ſuſceptor & patrinus illos patri Iacob pontifici obtulit benedicēdos: ſecundò, quemadmodum Petrus & Ioannes primò *orauerunt pro Samaritanis* baptizatis, *vt acciperent ſpiritum ſanctum, deinde impoſuerunt illis manus & acceperunt ſpiritum ſanctum*: [g] ſic Ioſeph offerendo filios patri *adorauit* (vtique Deum, tanquam pro re magni momenti) *pronus in terram*, ſicut & ipſe Iacob non niſi orando poſtea benedicet eis. Tertio, ſequitur impoſitio manuum Iacob ſuper eos. Quartò, ſignum crucis exprimitur, quo per fidem in Chriſtum venturum benedictionem impertit, ſicut per idem ſignum confirmationis & alia ſacramenta perficiuntur: cancellatis namq; manibus ſanctus ſenex, etiam renitente filio Ioſeph, ſignum bene-

Manuum impoſitio in lege naturæ ſeruata.

f Geneſ. 48. 13. 14. & ſeq.

g Act. 8. 17.

Benedictionis data à Iacob filiis Ioſeph circunſtantiæ & myſteria.

Digitized by Google

dictionis perſtat exprimere. Quintò, forma verborum eſt, *Deus, in cuius conſpectu ambulauerũt patres mei Abraham & Iſaac, &c. benedicat pueris iſtis, & inuocetur ſuper eos nomẽ meum, nomina quoque patrum meorum Abraham & Iſaac, &c.* Id eſt, vocentur filij mei, & filij Abraham & Iſaac, vt ritè exponit Theodoretus. Quod repreſentat ſacramẽtum confirmationis, per quod ſtabilitur & confirmatur, quod in baptiſmo factum eſt, quando baptizatus in numero fidelium & credentium adſcriptus tanquam huiuſmodi nomen accepit. Vnde in confirmatione plerúmque, ſi res exigit, nomen confirmati mutatur. A

Nominum mutatio in confirmatione vnde promanat.

B

De Sacramento Euchariſtiæ.

De Sacramento Euchariſtia.

SAcramentum & ſacrificium Euchariſtiæ ex Melchiſedecho ſacerdote Dei altiſſimo in lege naturæ principium, ſicut per Chriſtum cõplementum & perfectionem habuiſſe, poſt Apoſtolum Paulũ de tranſlatione legis Moſaïcæ & ſacerdotij Leuitici in Melchiſedechis ſacerdotiũ à Chriſto facta tam diſertè diſſerentẽ, póſtque tot antiquorum & doctiſſimorũ Eccleſiæ Catholicæ patrum vnanimem cõſenſum & ſententiã, multis oſtendere ſuperuacaneum eſſe nemo non videt. Ad idem ſacramẽtum, & ſacrificium attinet tota illa hiſtoria de celebri tótque circunſtantijs ornata Iſaac *patriarchæ* & ſecundùm ordinem Melchiſedech ſacerdotis manuum impoſitione ſuper filium ſuum Iacob per quam *frumento*, id eſt, *pane & vino ſtabiliuit eum*, [a] quam latè iam deduximus & explicauimus [b] & lector per ſe ad propoſitum facilè applicare poterit. C

a Geneſ. 27. 37.
b *Ante leg. lib. 3. cap. 8.*

Vnum nunc iſtis valdè notandum addimus, quod poſtquam *verbũ caro factum eſt*, & Deus factus homo ſeipſum in hoc ſacramẽto tradidit comedendũ fidelibus, fecit pro ſua infinita atque ineffabili correſpondente bonitati ſapientia, vt quemadmodum priùs eius diuinitas in vno propitiatorij loco, ſupremo latriæ cultu adorabatur, præciſéque colebatur: pro quo & tam magnificum iuſſit fieri tabernaculum & *ſanctuarium, in quo habitaret in medio populi ſui:* [c] ita nunc Deus & homo ſub ſpeciebus panis in Eccleſijs templíſq; noſtris tanquam in tabernaculis in vno præciſè loco quod *ciboriũ* appellamus aſſeruetur & iugiter adoretur. Ad quod Ioannẽ, qui tam diſertè & profondè de hoc ſacramento præ cæteris Euangeliſtis locutus fuerat [d] allu- D

Euchariſtiæ cuſtodia in ciborio vnde ortum habuit.

c Exod. 25. 8 & 29. 45. Num. 5. 3. 35. 9. 34. Deuter. 2. 7 & alibi.
d In Cap. 6. per totum.

ſiſſe

Digitized by Google

A ſiſſe nõ dubito cũ Græcè dixit, κ὚ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, κ὚ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, hoc eſt, *Et verbum caro factum eſt*, ecce myſteriũ incarnationis, *& habitauit in tabernaculo in nobis*, [a] id eſt, nobiſcũ: [a] Ioan 1. 14.
quod fit cum aſſeruatur hoſtia ſacra in ſacrario, quod & *tabernaculum* appellamus, & in modum tabernaculi facimus, quo nomine talem locum vocat Clemens *Romanus*. [b] *Qui locus* (ſicut olim arca cum propitiatorio dicebatur *gloria Dei*, eo quod ibi ſupremo cultu glorificabatur) vocatur *gloria Domini noſtri Ieſu Chriſti*, vt poſtea videbimus. [c] *Propitiatorium autem ab Apoſtolo* dictum *ſtatuta latriæ*, [d] in quo, videlicet, ex [b] In Conſtit. cap. 13. [c] In Epiſt. Iudæ verſ. 8.
B Dei per Eccleſiam ſtatuto & ordinatione præcisè adorabatur [d] Heb 9 1. iuxta Græcum.
Moyſe multà antiquius eſt; & à lege naturæ ſumit initium: nempe, à Sethi & filij eius Enos tempore: ipſe enim primus *cœpit inuocare in nomine Domini*: [e] id eſt, ordinare præciſum quendam locum, in quo fideles diuinitatem ſpeciali quodam modo adeſſe præſentem crederent, & ſupremo cultu adorarent: quem ideo & *Dei faciem* & *Dei nomen* paſſim in ſcriptura vocari affatim docuimus. [f] Quod non à Moyſe, ſed à Noe primos poſt diluuium terrarum incolas traditione accepiſſe crediderim: Sed illo ſenſim, vt aliis multis, artificio Satanæ [e] Geneſ. 4. 26. [f] Ante leg. lib. 1 cap. 11. & lib 2. c. 20. *Gentiles aliquid propitiatorio ſimile habuerunt.*
C abuſi ſunt, atque in cultum idolorum tranſtulerunt. Habebant enim loculamenta, lipſanothecas, & capſulas, quas non offerebant ſolùm, ſed religionis ergò circumferebant & geſtabant: ſicut Iudæi arcam teſtimonij cum propitiatorio. [g] Huc facit quod Ammianus [h] narrat, ſolitum Aſclepiadem philoſophum, Iuliani Apoſtatæ amicum, *Deæ cœleſtis argenteum breue figmentum, quò cumque iret ſecum deferre*. Et Lucianus, [i] *Accedebant*, inquit, *ad hæc picturæ, imagines, ſigna Deum ferentia, partim ex ære, partim ex argento effictæ*. aliquid ſimile videtur fuiſſe id quod Romani vocabant *pignus Imperij* Græci vero *Palladium*. De quo poſtea, [k] Antiqui boni cultus in Pa- [g] 1. Reg 4. 3 4. [h] lib. 22. [i] In Alexãdro. [k] Epiſt. Iudæ verſ. 24. [l] 1. Reg. 6. 5. [m] 3. de nat. Deorum & Verrin. 7.
D læſtina reliquiæ quædam fuiſſe videntur mures aurei & ani Philiſtæorum apud arcam fœderis in capſella depoſiti voti cauſa, [l] quò etiam alluſiſſe puto Tullium [m] cum ſcripſit, *ædem Mineruæ poſitam in fano Apollinis*. De quibus ædibus ſeu capſulis eſt iſte Actorum [n] locus: *Demetrius enim quidam nominis argentarius, faciens ædes argenteas Dianæ, præſtabat artificibus non modicum quæſtum.* Horat. 1. Carm. ad Pyrrham. I ucanus in Alexandro. D.o Chryſoſt. orat. 32. [n] Cap. 19. 24.

Digitized by Google

De Sacramento Pœnitentiæ.

QVantùm ad Sacramentum Pœnitentiæ, quo detecta in confeſſione peccata ſacerdoti per abſolutionem remittuntur, originem quoque ex lege naturæ trahere dubium non eſt. Cuius tempore duplici modo fiebat: vno modo offerendo animal, vt pote, arietem maioris vel minoris pretij, vel plures arietes pro grauitate peccati ad arbitrium ſacerdotis, qui erat velut Iudex, & peccator erat reus, ſuíque accuſator, cum ſibi iniunctam offerebat hoſtiam. B Sic Deus præcipit amicis Iob, *Sumite ergo vobis ſeptem tauros, & ſeptem arietes, & ite ad ſeruum meum Iob, & offerte holocauſtum pro vobis: Iob autem ſeruus meus orabit pro vobis: faciem eius ſuſcipiam, vt non vobis imputetur ſtultitia*, &c. [a] Quod cur factum ſit, Ita lex exponit Moſaica: [b] *Vir ſiue mulier, cum fecerit ex omnibus peccatis, quæ ſoleant hominibus accidere, & per negligentiam tranſgreſſi fuerint mandatum Domini, atque deliquerint, confitebuntur peccatum ſuum, & reddent caput &c. Sin autem non fuerit qui recipiat, dabunt Domino, & erit ſacerdotis, excepto ariete, qui offertur pro expiatione*, &c. [c] Quam legem ita C declarat Ioſephus, [d] *Qui ſciens peccauit nemine conſcio, arietem offert lege ita iubente.*

De Sacramento Pœnitentia.

a Iob 42. 8.
b Leuit. 5.
c Antiq. lib. 3. cap. 10.
Duobus modis fiebat cōfeſſio in lege naturali.
d Cap. 31. 33.

Altero modo fiebat confeſſio ore proprio ſuum delictum aperiendo, quod peccator priùs tenebat occultum; & de iſto loquitur Iob, cùm proteſtando dicit: [e] *Si abſcondi quaſi homo peccatum meum, & celaui in ſinu meo iniquitatem meam.* Quibus verbis S. Iob profeſſione propheta Cinæus ſuos alloquens eiuſdem inſtituti ſodales, dum inter multa alia peccata, de quibus loquutus ante fuerat (quale eſt adulterium, impudica & voluntaria de virgine cogitatio, non ſubuenire pupillis D & viduis, non exercere opera miſericordiæ veſtiendo nudos, gaudere ad ruinā inimici, & alia huiuſmodi) annumerat iſtud, quod eſt agnitum in cōſcientia peccatum celare, & non detegere: ſatis apertè indicans, Iam tunc aliquod fuiſſe de confeſsione & occultorum peccatorum debita reuelatione mandatum: contra quod nunquam ſe peccaſſe proteſtatur.

Digitized by Google

A Confirmatur ex multis legis Moſaicæ locis,[a] in quibus hoc explicari videtur. Et præſertim ille Prouerbiorum: [b] *Qui ſua ſcelera abſcondit, non dirigetur: qui autem confeſſus fuerit & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur.* Et S. Auguſtinus in illud Pſalmiſtæ, [c] *Delictum meum cognitum tibi feci, & iniuſtitiam meam non abſcondi,* ait: *Non operui, ſed aperui vt operiret: non celaui vt tegeret. Nam quando homo detegit, Deus tegit; cùm homo celat, Deus nudat; cum homo agnoſcit, Deus ignoſcit.* Quod quidem ſiue Dei ſiue Eccleſiæ in lege naturæ præceptum vel inſtitutũ ad Gentes deriuaſſe ex hoc conijcimus, quod ſcribit B Seneca,[d] *Vbi eſt confeſſio, ibi eſt remiſſio.* Et Pythagoras (quem Eſſenorum leges & doctrinam ſectatum fuiſſe non piget repetere) docebat, *peccata non eſſe verbis tegenda, vt reprehenſionibus curentur.* Ariſtoteles quoque dicebat, *Non multùm ab impeccabili diſtare eum, qui peccatum, vt decet, confitetur.* De quo teſtis eſt Maximus.[e]

a Leuit. 17. 40. Ioſ. 7. 14. 3. Reg. 14. 17. 1 Eſdr. 9. 6. 2 Eſdr. 9. 2. Prou. 16. 3.
b Prou. 28. 13.
c Pſal. 31. *Confeſſionis quandam formam habuerunt Gentiles.*
d Lib. de moribus.
e Germ. de confeſſione.

CAPVT DECIMVM.

C *De alijs tribus legis Euangelicæ Sacramentis nempe Extrema vnctione, Sacramentis ordinis, & matrimonio.*

SACRAMENTA legis Euangelicæ à legis naturæ temporibus ac ceremoniis initium duxiſſe vt oſtendere debito ordine proſequamur, poſtquam de Baptiſmo, Confirmatione, Euchariſtia, & Pœnitentia tractauimus, Iam de D tribus reliquis, nempe Extrema vnctione, Ordine ſacro, & Matrimonio dicendum eſt. Et quidem de quinto iuxta B. Iacobi Apoſtoli[f] de illo verba hæc: *Infirmatur quis ex vobis? inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini. Et oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & ſi in peccatis ſit, remittentur ei.* In quibus verbis primò diligenter conſiderari debet hunc ſanctiſsimum Apoſtolum ſub Alphæorum cognomine ex Eſſenorum

f Cap 5. 14. & 15. *De Sacramento Extremæ vnctionis.*

Digitized by Google

inſtituto fuiſſe, ſicut & quoſdam ex Apoſtolis ſub diuerſis cognominibus, vt pote, Simonem ſub Cinæorum, Nathanaelem ſub Tholmæorum, & Thadæum ſub Labiorũ vocabulis: propterea Enoſcæorum priſcorúmque prophetarum, qui olim regebant Eccleſiam, ritus omnes & ceremonias optimè callebant.

Vt legitimè conferatur ſeptem obſeruari debent.

Deinde notandum ſeptem ab Apoſtolo in hoc Sacramento adminiſtrando ſeruanda doceri. Primum eſt, vt ille qui vngi debet, iuxta vim Græci verbi ἀσθενεῖ priuatus ſit viribus ac robore, vt videlicet alios per ſe adire nequeat auxilij cauſa: & hoc volunt iſta verba, *Infirmatur quis ex vobis?* vt vnanimiter exigunt Concilia & Doctores, nec non vſus & conſuetudo atque nomen ipſum Extremæ vnctionis. Secundum ſtat in eo quod ſequitur, *inducat presbyteros Eccleſiæ*: per quod iubetur infirmus aduocare ad ſe ſacerdotes, ſiue maiores vt Epiſcopos, ſiue minores. Nam iuxta Gręcum idioma presbyteri Eccleſia ſunt ſacerdotes: & ſacrum Concilium Tridentinum [a] ſtatuit miniſtrum huius Sacramenti eſſe tantum vel Epiſcopum vel ſacerdotem. Confirmat praxis perpetua & auctoritas patrum, atque etiam conſuetudo apud hæreticos, qui in fictitia illa ſua vnctione vtuntur opera Miniſtrorum, quos habent loco Epiſcoporum, vel ſacerdotum. Tertium eſt oratio pro infirmo cùm additur: *Et orent ſuper eum*, quæ ex eo, quòd ſtatim vocatur *oratio fidei*, colligitur formam iſtius Sacramenti eſſe deprecatoriam, qualem tradunt etiam Concilium Florentinum & Tridentinum, & ex huius catechiſmo patet: ex eo autem quod dicitur *ſuper eum*, impoſitionem manuum ſuper infirmum agnoſcit non tantùm Beza, [b] ſed etiam qui Latinè conuertit, ſiue Origenem, [c] ſiue Cyrillum [d] Alexandrinum ſuper libro Leuitici, citans hoc pacto: *Si quis autem infirmatur, vocet presbyteros Eccleſiæ & imponant ei manus*, &c. Et Auguſtinus [e] docet manus impoſitionem nihil aliud eſſe, quam orationem ſuper hominem: Sed & Serrarius [f] ſcribit, hoc Sacramentum nomine impoſitionis appellatum fuiſſe. Hugo explicat *ſuper eum*, id eſt, ſuper vim naturę, vel *pro eo*, cum ipſe infirmus non poſſit. Thomas Anglicus, *ſuper eius neceſſitate*. Ego primæ expoſitioni ſubſcribo, addens, vel etiam hoc intelligendum eo ſenſu, quo per Hebraiſmum dictum ha-

a Seſſ. 14.

b in Iacobi Epiſt.

c Hom. 2. in Leuit.

d Lib. 2. in Leuit.

e De Baptiſ. cap 16

f De extrema vnct. aſſert 3. & 4.

(Margin letters: B beside "hoc volunt iſta verba"; C beside "ctitia illa ſua vnctione"; D beside "tur, vocet presbyteros".)

Digitized by Google

gimus[a] quod cum *ſocrus Simonis teneretur magnis febribus, ſtans Ieſus ſuper eam* (id eſt, coram ea, aut propè & iuxta eam) *imperauit febri, & dimiſit eam*: vel vt præpoſitio *ſuper* aliquo modo reſpiciat ſacerdotis vngentis ſpecialem, vt pote, proprij parochi, vel epiſcopi, vel eorum ſubſtituti ſuperioritatem & auctoritatem: à quo ſolo hoc Sacramentum adminiſtrari debeat, cuius ſpecimen aliquod euidentiſsimum & clariſsimum fuiſſe in lege naturæ mox viſuri ſumus.

a Luc. 4. 39.

Super aliquem aliquid facere quid importet.

Quartum continent iſta verba, *Vngentes eum oleo*: quibus B propria huius Sacramenti materia aſsignatur à Chriſti primo inſtitutore: non ſine alluſione ad priſcorum Eccleſiæ paſtorum in Samaria & Galilæa, quos Apoſtoli ex eiuſdem Chriſti doctrina, imitati videntur, vt ex Euangelio colligitur, non ſolùm in hoc, quòd quidam Samaritanus miſericordiam, quam ante eum tranſeuntes ſacerdos & leuita Iudæi facere neglexerant impertiēdo, ſemimortui hominis, à latronibus vulnerati, *alligauit vulnera infundens oleum & vinum*:[b] ſed etiam & præſertim in hoc, quod dicitur, *& exeuntes prædicabant Apoſtoli vt pœnitentiam agerent, & dæmonia multa eijciebant, & vngebant oleo multos ægros, & ſanabant*.[c] Dum enim vnctio ægro- C rum cum eiectione dæmoniorum, & prædicatione iungitur: ſatis apertè declaratur, illa tria eiuſdem muneris & inſtituti fuiſſe.

b Luc. 10. 34.

c Marc 6. 13.

Sed porſus notandum, quod additur: *Et audiuit Rex Herodes & dicebat* (de Chriſto, qui iſta ſuos facere docebat) *Quia Ioannes Baptiſta ſurrexit à mortuis, & propterea virtutes operantur in illo: alij verò dicebant, quia Elias eſt: alij verò dicebant, quia propheta eſt, quaſi vnus ex prophetis.* Iam autem dixi, nomen prophetæ abſolutè ſumptum præcisè ſumi pro antiquis prophetis à mundo ſemotis, qualis erat Elias, Eliſæus, Ie- D remias, Eſaias, & alij huiuſmodi, vnde, quos Marcus vocat *prophetas*, Lucas[d] appellat *prophetas antiquos*.

d Cap 9. 8.

Ab iſtis igitur ad Chriſtum & Apoſtolos deriuauit, mos & conſuetudo vngendi infirmos oleo: & propter huiuſmodi ab eis vſitatam vnctionem populus exiſtimat Chriſtum eſſe vnū ex antiquis prophetis qui id facere ſolebant. Imo quod ipſe ad curandum infirmos oleum adhibere ſolitus ſit, deducitur ex eo, quod Armacanus[e] aſſerit, Chriſtum in curatione cœci

Vnctio infirmorum ab antiquis prophetis duxit initium.

e Lib. 9. cap. 14.

Digitized by Google

a Ioan 9 6 nati [a] adhibuiſſe lutum de ſaliua confectum, quia non habebat A
b Fol 5. col. 5. oleum. Et Rabini in Ilmetleun, [b] ſic habent, *Dicit R. Hija filius Abba de nomine R. Leui: Vetitum eſt ponere ſputum ſuper oculum in Sabbatho eo, quòd ſit quaſi medicina.* Sed quicquid ſit de huiuſmodi opinionibus: Ab Hebere, aliiſque veteribus prophetis & Enoſcæis accepiſſe videntur monachi ægyptij illud vnctionis genus, quo ad ſanitates impertiendas vti conſueuerant, vt ſcribunt Ruffinus [c] & Zozomenus. [d] Porrò,
c Lib. 2. cap 4.
d Lib 6. c. 20 & 29.
tantò magis Chriſtus debuit huius extremæ vnctionis materiam in oleo conſtituere, quòd illæ antiquorum prophetarum vnctiones in fide Chriſti (id eſt, vncti) venturi fiebant. Ad B
quod etiam Iacobus reſpexiſſe videtur cum orationem in huius Sacramenti adminiſtratione faciendam vocat *orationem fidei*: nempe de Chriſto qui Iam venit. Quam autem verum ſit hoc Sacramentum, vel potius hanc vnctionem, quæ nunc eſt Sacramentum, à priſcis prophetis erga infirmos vſurpatam cum oratione fuiſſe mox videbimus.

Quintum continetur in his immediatè ſequentibus verbis, *In nomine Domini.* Quibus innuit, Deum & præſertim Chriſtum huius Sacramenti eſſe auctorem: ſacerdotem, verò, qui vngit non ſuo vel alterius quam Dei, cuius miniſter eſt, nomi- C
ne ac virtute id facere: quo ſenſu ſanctus Apoſtolus paulò ante dixerat, prædictos antiquos *prophetas locutos fuiſſe in nomine Domini.* Quo item pacto ſcribit Paulus, [e] *Iudicauiſſe ſe tradere neſcio quem Satanæ in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Sextum eſt effectus huius Sacramenti ſecundarius, nempe ſalus corporalis vel ſanatio, quam explicat, addendo, *& alleuiabit eum Dominus*, vt exponũt Thomas Anglicus & Hugo: Quem effectũ conſultè Dominicus Sotus [f] putat ſemper Sacramento connecti, ſaltem vt aliquo modo frangatur morbi vis; quod non parum confert ad ſalutem animæ, vt ſuæ ſaluti meliùs vacet: quod autem ex toto non neceſſariò ſemper ſit connexus, ratio eſt, quia non expedit ſemper infirmi animæ, neque fidei confirmationi neceſſarium eſt: alioqui nullus moreretur qui Sacramentum hoc perciperet. Septimum & vltimum eſt, remiſſio peccatorum ſignificata cum additur, *& ſi in peccatis ſit, remittentur ei:* Illa autem non eſt effectus primarius, aut neceſſarius; ſed hypotheticus duntaxat, vt Iacobus apertè ſignifi-

e 1. Cor 5. 5.

f 4. diſt. 23. quæſt. 2. ar. 3.

D

Cur ſanitas corporis non ſemper ſequatur Sacramentum vnctionis.

Digitized by Google

A cat: nec eſſentiale eſt formæ, vt fiat remiſſionis peccatorum mentio: quorum remiſſio, ſi quę ſint in infirmo poſt confeſsionem, intelligitur & de venialibus & de mortalibus, quæ per obliuionem non culpabilem omiſit in ſua vltima confeſsione, vel oblitus eſt, vel ignorat.

Quæ omnia (excepta vnctione quæ omiſſa videtur, tãquam aut præſuppoſita, aut minimè ad rem) ampliſsimè & elegantiſsimè deducuntur in libro Iob,[a] vbi vnus ex eius amicis, id eſt, ſicut ipſe ex antiquis prophetis ciuitatis Aſtaroth Carnaim, ſucceſſoribus ſeu ſectatoribus eorum, qui in Geneſi [b] dicun- B tur Rephaim, hoc eſt curatores animarum, narrat ſuam ad Iobum ipſum in extremis laborantem ex Dei ſibi facto mandato viſitationem de ſe ſubobſcuris loquendo, vt reſpondeat Iobo conquerenti quod Deus *non ad omnia verba reſponderit ſibi* [c] poſtquam dixit id verum non eſſe, cùm Deus, ſæpe, multíſque modis præſertim in ſomnis loqui ſoleat prophetis, qualis erat Iob: deinde per Angelos homines Dei nuncios: quod ſic iuxta Hebr. declarat: Vt Deus *prohibeat animam eius* (Iobum ægrotantem intelligit) *à corruptione, & vita eius à tranſeundo per miſſile* (mortis) *corripitur in dolare ſuper cubile ſuum, & mul-* C *titudo oſſium illius robuſti: & facit abominari eum vita eius panem, & anima eius cibum auiditatis: conſumetur caro eius à vidente me, & prominebunt oſſa eius, quæ non videbantur, & appropinquauit fouere anima eius & vita eius mortificantibus. Si fuerit ſuper eum Angelus eloquens vnus ex mille, ad indicandum homini rectitudinem eius: & miſertus fuerit eius, & dixerit* (Deo) *redime eum à deſcendendo in foueam, inueni propitiationem. Succulenta erit caro eius præ pueritia, xenectetur ad dies adoleſcentiarum ſuarum. Orabit ad Deum, & gratum ſe præbebit ei, & videbit faciem eius in Iubilo, & reddet homini Iuſtitiam eius:* D *munera offeret apud Enoſcim, & dicet: Peccaui & rectum peruerti, & non profuit mihi. Redemit animam eius à tranſeundo in foueam, & vita eius in lucem videbit. Ecce omnia iſta operatur Deus, bis & ter cum viro, vt auertat animam eius à fouea, & illuſtris reddatur in Luce viuentium.*

In quibus verbis, vt ea quæ ex epiſtola B. Iacobi attulimus de Sacramento extremæ vnctionis, ſigillatim & per partes inuenire poſsimus, notandum obiter quod Eliu amicus Iob

a Cap. 33. 23.

b Cap. 14.

Locus libri Iob diligenter exponitur.

c Iob. 33. 13.

Eliu vnus ex amicis Iob eſt Balaam qui dicitur ariolus.

a In Epiſt. Iudæ verſ. 11.

cuius ſunt prædicta verba (iuxta S. Hieronymum) eſt illemet A
verus Dei propheta Balaam, cum eſſet adhuc iuuenis natus in regione Hus in ciuitate Aſtaroth Carnaim, quæ corruptè dicitur Boſor, vt poſtea [a] videbimus, & proinde Galilæus. Deinde conſiderandum, quòd iſte vir vnus ex antiquis Rephaim, animarúmque curatoribus dicit ſe miſſum à Deo ad Iob cùm eſſet ita ægrotus, vt vita eius morti eſſet proxima, ita ſyntecticus ac macilentus, vt omnia oſſa corporis eius antea robuſtiſſimi quæque prius præ pinguedine non apparebant, tunc vndique quaſi nudata eminerent, tam malè affectus, vt non ſolùm panis, ſed vel delicatiſsimi cibi ſint illi in nauſeam & hor- B
rorem. Et ecce quod dicebat B. Iacobus, *Infirmatur quis ex vobis?* Secundum erat, *Inducat presbyteros Eccleſiæ*: Et ecce Eliu ſeu Balaam vir propheta doctiſsimus, officio Angelus (id eſt, Epiſcopus iuxta ea quæ priùs [b] diximus) Angelus, inquam, *ſuper ægrotum*, hoc eſt, proprius eius curator & paſtor, præterea, *orator & eloquens*, qui quemlibet ægrotum conſolari ſua facundia poſsit & inſtruere, *electus ex millibus*, hoc eſt, inter ferè innumeros, qui tunc in terra Hus erant, doctiſsimus ac diſertiſsimus. Tertium quod exigit Apoſtolus, eſt, vt presbyteri ab ægroto aduocati *orent ſuper eum*: & ecce Balaam pro C
Iobo valde ægrotante rogat Deum dicens: *Redime eum Domine à deſcendendo in foueam, inueni propitiationem*, id eſt, libera eum à morte: nam habeo apud me, quòd in ſacrificium pro eo eo tibi offeram, quodque offerre ſtatuo.

Analogia verborum Iob cum verbis Iacobi Apoſtoli.

b Cap 6.

Cur dicta Iobi verba de vnctione ægroti non loquuntur.

Quartum à Iacobò requiſitum, erat vnctio: *Vngentes eum oleo*: & iſtud olim ab antiquis in Galilæa prophetis ſuper ægrotos adhibitum nuper ex Euangelio probauimus: ſed ab Eliu obmiſſum in ſua narratione fuit, vt de re præcipua, nempe de oratione ſuper ægrotum facta loqueretur. Quintum autem Apoſtoli erat in his verbis *in nomine Domini*. Quod & Eliu D
intendit, dum ſe à Deo miſſum ad Iob vt illum repræhendat, aſſerit, dicens: *Spiritus Dei fecit* (id eſt, conſtituit) *me, & Spiraculum Omnipotentis viuificauit me*, [c] nempe, vt quæ tibi facienda ſunt, annunciarem. Quod non ex iactantia vel ſuperbia dicit, vt multi perperam exiſtimant, ſed in rei veritate: vt conſtat ex ſequentibus, vbi Deus approbat, quæcumque contra Iobum dixerat Eliu. Sextum quod declarat Apoſtolus, eſt vnctio-

c Iob. 33. 4.

nctionis ſacræ minor effectus nempe ſanatio corporis *& oratio fidei ſaluabit* (al. ſanabit) *infirmum, & alleuiabit eum Dominus.* Quod & Eliu expreſſit ſic: *Succulenta erit* (ſiue fiet) *caro eius præ pueritia; & reuertetur ad dies adoleſcentiarum ſuarum.* Hoc eſt, poſt Angeli orationem, eiúſque virtute fiet, vt ægrotus ad perfectam redeat ſanitatem. Reſtat ſeptimum, quod eſt præcipimus orationis & vnctionis effectus, nempe animæ ſanitas. *Et ſi in peccatis ſit, remittentur ei.* Et hoc ampliſſimè proſequitur Eliud ſic de Iobo quaſi iam ſanato loquens, *Orabit ad Deum, & gratum ſe præbebit ei, & videbit facies eius* (in *ſtatuto atriæ,* [a] de quo nos alibi [b]) *in iubilo* (pſallendo vt prius ſolebat in templo) *& reddet* (Deus) *homini Iuſtitiam eius* priſtinam: *munera offeret* (Iob, vt priùs) *iuxta Enoſcim* (de quorum inſtituto erat) *& dicet: peccaui, & rectum peruerti, & non profuit mihi, &c.* Quid his apertiùs poteſt adduci, vt conſtet extremæ vnctionis Sacramentum iam à temporibus Iobi in ipſa Galilæa typum inter Eſſenos & Raphaim expreſſimum habuiſſe?

a Hebr. 9. 1.
b Ante legem lib. 1. cap. 11 & 2. cap. 10.
Vnctio ægrotorum & oratio ſuper eos olim in Galilæa à prophetis vſurpari ſolebat.

De Sacramento ordinis.

IAm de ſexto apud nos Sacramento quod vocant *ſacrorum ordinum* agendum eſt. In primis autem repetendum, quod ſuper dicebamus, nomen *Prophetarum* præcisè accipi pro illis ſolis, qui antiqui vocantur, quorum ſectatores in Galilæa erant quidam ex Apoſtolis quando à Chriſto vocati ſunt. Quem ipſum ſæpe diximus, ſicut eius præcurſorem Baptiſtam eorumdem priſcorum vitam duxiſſe ac perfeciſſe doctrinam. Quod vltimum alter Ioannes vel apud eum Angelus cœleſtis atteſtatur manifeſtè dicens: *Teſtimonium Ieſu eſt ſpiritus prophetiæ.* [c] Hoc eſt, doctrina Ieſu ſequitur ſpiritum inſtituti prophetarum: ita vt nomen prophetiæ ſignificet modum viuendi doctrinámque prophetarum. Quo ſenſu Apoſtolus Paulus ex Schola Phariſæorum (qui Eliam ſectari profitebantur) ſcribit ad Timotheum: [d] *Noli negligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum presbyterij*: quod vltimum nomen ex iiſdem antiquis prophetis deriuaſſe videbimus. Docet ergo Paulus diſcipulum non paruipendere ſacerdotium, quod ortum habet ab antiqua prophetarum diſcipli-

c Apocal. 19. 10.
Chriſti doctrina eſt iuxta ſpiritum prophetarum
d Epiſt. 1. cap. 4. 14.

Digitized by Google

na, quam debet reuereri. Sic idem nomen *prophetia* ab eodem A
accipitur, cum ad eundem diſcipulum ſcribit:[a] *Hoc præceptum*
(de benedicendo Deum) *commendo tibi fili Timothee ſecundum*
præcedentes in te prophetias, &c. Quaſi dicat, iuxta priſcam, quæ
in te eſt, prophetarum diſciplinam & doctrinam. Quam idem
Paulus[b] alibi obnixè commendat dicens: *Prophetias nolite ſpe-*
rnere. De qua etiam puto Petrum[c] dicere, *Non enim voluntate*
humana ablata eſt aliquando prophetia: ſed ſpiritu ſancto inſpirati
loquuti ſunt ſancti Dei homines. Quemadmodum ergo lex
Moyſis ordinata fuit per Angelos (id eſt, prophetas antiquos vt
vidimus) ita ex vetere eorum diſciplina ortum habuerunt pri- B
mo in lege Moſaica illi in tabernaculo miniſtri, qui à Moyſe
per ordines, & per diuerſa munia diſtinguntur in libro Nume-
rorum.[d] Ex quibus non originem ordinum noſtrorum accepi-
mus, ſed exemplum. Puta ex Leuitis, Diaconorum, ex ſacerdo-
tibus, presbyterorum; ex Pontifice, Epiſcoporum: ex cantori-
bus templi, cantorum Eccleſiæ: ex ijs, qui in tabernaculo apta-
bant lucernas,[e] acolythorum, quos ceroferarios vocant: ex
Nathinæis,[f] ſubdiaconorum, & aliorum diuerſorum Eccleſiæ
miniſtrorum. De quibus apud nos ordinibus vnus pro multis
iſte erit Ignatij, qui Apoſtolorum vixit tempeſtate, locus inſi- C
gnis, cùm ſcribens ad Antiochenos,[g] *Saluto*, inquit, *ſanctum*
presbyterorum collegium, ſaluto ſacros Diaconos. Et paulò poſt: ſa-
luto Hypodiaconos, Lectores, Cantores, Ianitores, Laborantes
Exorciſtas, Confeſſores; ſaluto cuſtodes ſacrorum veſtibulorum. Ex
priſcis autem patribus Antiochenis ad Apoſtolos iſta dimanaſ-
ſe colligitur, ex eo, quòd idem Ignatius ſuperiùs eoſdem, ad
quos ſcribit alloquens Antiochenos, ait: *Pauli & Petri fuiſtis*
diſcipuli, ne perdatis depoſitum. Antiochia autem erat in terra
Hus, in qua ſanctus Iob ſupremus Pontifex de præcedenti ſua
gloria iam pauper & miſerrimus aliquando diſſerens, indicat D
olim caput ſuum totum pretioſo & ſacro oleo vt poſtea Aaron,
fuiſſe perfuſum, cùm ait: *Petra* (ala baſtrina) *fuſa mecum riuulo-*
rum olei,[h] id eſt, oleum pretioſum ex capite meo tanquam ex
pixide alabaſtrina vndique per riuulos effluebat. En ſacerdo-
tum conſecratio. Ibidem ſe à Deo poſitum cuſtodem dicit,
nempe rerum ſacrarum, ſic enim de priſtina gloria ſua dicere
incipiens, ab ea dignitate ſumit initium. De ea námque intel-

a 1 Timoth. 1.
b 1. Theſſ. 5. 20.
c 2. Petr. 1. 20.
Prophetiæ nomen apud Paulum quid ſignificet.
d Cap. 5. per totum.
e Exod. 27. 21.
f 1. Paral. 9. 2.
Minorum ordinum typus in veteri teſtamento.
g Ignat. epiſt. 11.
h Iob. 29. 6.
Vnctio ſacerdotalis habetur in libro Iob.

Digitized by Google

A ſigenda ſunt iſta verba. *Quis dabit mihi iuxta menſes priores, iuxta dies, quibus Deus cuſtodem habebat me?* [a] Ecce ſacrorum cuſtos & velut ſacriſta. Proſequitur, *Cùm ipſe ſplendere faceret lucernam ſuam ſuper caput meum*, vel iuxta caput meum, nempe in templo. Cui inſigni lucernæ ſucceſſit candelabrum aureum in quo erant ſeptem lampades. [b] Dubium autem non eſt habuiſſe miniſtros, vt poſtea Aaron, qui has lampades aptarent. Quibus reſpondent noſtri ceroſcrarij. Idem perſtat dicere. *Cum adhuc Omnipotens eſſet mecum, in circuitu meo pueri mei, quando lauabam ambulatoria mea in butyratione*. De Thera-

B phim, id eſt, de ſtatuis & imaginibus priſcorum patrum loquitur, quas ad ornatum miniſtris ſtipatus fuco ſolemniter certo tempore liniebat. [c] De illis etiam templi (quod illis diebus vocabatur tabernaculum) miniſtris loquitur cùm ait, *Si non dixerunt viri tabernaculi mei, Quis dat de carnibus eius, &c.* [d] Illi autem miniſtri Eccleſiaſtici diuerſis in templo fungebantur officijs Quibus noſtri ordinum, quos vocant minores, miniſtri reſpondent. De cantoribus ipſemet Iob loquitur in capite trigeſimo. [e] Inter quos ipſe Iob nuper eſt annumeratus ab Eliu, cum dixit: *Et videbit facies eius* (Dei) *in Iubilo*: hoc eſt, iterum

C laudes Dei decantabit coram loco, in quo Deus præcisè adoratur.

a Ibid. verſ. 2.

b Exod. 24.7.

Ornatus & cultus imaginum.

c Ante leg. lib 2. cap. 10.

d Iob. 31. 31.

e Verſ. 7. 8. & cap 33. 13.

Laborantes autem, quos multi Patres vocant, qui & *Copiatæ* dicebantur à verbo Græco κοπιάω, quod eſt laboro, ſub quo nomine comprehendi poſſunt polinctores, funerarij, Veſpilliones, & quos vocamus *foſſarios*, & ij quos antiqui vocabant Euerriatores qui omnes pro diuerſitate munerum, quæ circa defunctorum corpora ſepelienda exercebant, ita diuerſis vocabantur nominibus, inueniuntur in libro Iob, [f] vbi agitur de tumultuoſa ac præcipitata ſepultura diuitum, ſine vllo honore

D & in abſcondito facta ab eis, qui tum ad aptanda cadauera menſas, ſcamna, lectulos & cætera domus vtenſilia huc & illuc confusè iactabant, tum in deferendis funeribus, tum in euerrendis poſtea domibus, multíſque alijs modis valdè torquebantur non ſolum laborantes dicti ſunt, ſed Iobi temporibus vocabantur *turbines tumultuantes*, & in Euangelio [g] ab ipſo Chriſto dicuntur *turba tumultuans*. Vt nos affatim probamus in prælaudato Iobi loco, quem ita ad amuſſim Hebraicam

Olim in Eccleſiis quinam Laborantes appellarentur.

f Cap. 27. 20.

Turba tumultuans in Euangelio quæ am ſit.

g Matth. 9. 23.

reddimus, *Apprehendant eum ſicut aquarum terrores: nocte furatus eſt eum turbo: tollet enim* (ſicut) *ventus vehemens, & ibit, & tumultuabit eum de loco ſuo: & proÿciet* (quicquid occurrerit) *ſuper eum: & non parcet*, id eſt, ſine reſpectu, vel timore iactabit terram, cinerem, fimum, ſaxa, & alia ſuper faciem, oculos, aliáſque partis corporis mortui. Iſta de Sacramento quem Ordinis vocat Eccleſia tetigiſſe ſufficiant. A

De Sacramento Matrimonij.

Sacramentum matrimonij fundatur in lege natura.

QVantùm ad ſeptimum, quod *Matrimonÿ* dicimus, ſuperuacaneum eſt multis oſtendere in lege naturæ fundamentum habuiſſe cùm id apertè conſtet ex ipſius Chriſti verbis, qui ad hanc Phariſæorum interrogationem, *Si licet homini dimittere vxorem ſuam quacúmque ex cauſa?* Statim reſpondet: *Non legiſtis, quia qui fecit hominem ab initio maſculum & fœminam fecit eos? & dixit: propter hoc dimittet homo patrem & matrem & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna, &c.* B

a Matth. 19. 4.

[a] Deinde prudenter oſtendens quanta ſit legis Moſaicæ infirmitas, & è contra legis naturæ firmitas & ſtabilitas, cùm illi reſpondiſſent: *Quid ergo Moyſes mandauit dare libellum repudÿ & admittere?* iterum reſpondit, *Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras, ab initio autem non fuit ſic.* Vbi obiter notandum, iſta verba *ab initio* ſæpe in nouo teſtamento [b] ſignificare tempus legis naturæ. C

b Ioan. 8. 44. 1. Ioan. c. 2. 7. 24. cap. 3. 8. 11. Epiſt. 2. verſ. 5. & 6.

pro

Capvt XI.

De ijs quæ ſolent appellari Sacramentalia, quæ ſunt res aut ceremoniæ, quibus poſt Euangelium Eccleſia vti ſolet in Sacramentorum adminiſtratione iuxta antiquum ritum Eccleſiæ ante legem.

B

ABſurdiſſimus error eſt neophytorum hæreticorum ſolum illum externum Dei cultum eſſe licitum, qui ab ipſomet Deo præceptus ac traditus eſt. Vidimus enim Adam, & filios ſed & Noe, Sem, & alios abſque ſpeciali Dei præcepto ſua ſponte & arbitrio ſolo ductos lumine naturali Deum exterius multifariam coluiſſe, ac ceremonias adhibuiſſe ad maiorem Dei reuerentiam. Agendum ergo
C nunc eſt de quibuſdam ceremonijs, quibus vtitur Eccleſia Catholica.

De ſigno Crucis.

PRimò notandum, quòd iſtud ſignum duobus modis conſiderare poſſimus vſurpatum in Eccleſia. Primò quidem, vt ad ſimilitudinem crucis, in qua paſſus eſt Chriſtus, ex ligno dolatæ cruces erigerentur in titulum, quas fideles venerarentur: altero modo, vt tam in ſacris myſterijs, quàm in alijs rebus benedicerent, manu ductâ crucis ſignum exprimerent: quo
D velut remedio ſalubcrrimo vterentur ad expellendos dæmones, morbóſque pellendos, vel etiam ad aliquam rebus ita ſignatis aut vim, aut gratiam impertiendum. Et de vtróque modo duo quoque breuiter dicenda ſunt.

Signum crucis duobus modis ſolet fieri.

Vnum quidem, qua de cauſa ſignum Crucis ſiue in modum tituli erectum; ſiue manu hinc & inde ducta expreſſum, in Eccleſia ſit introductum: alterum, vnde primò traxerit originem. Quantum ád huius ceremoniæ cauſam vel occaſionem,

meritò, ſapientérque Baronius [a] tenet id factum fuiſſe propter hæreticos, qui Chriſtum verè crucifixum negabant, addentes ſolam eius imaginem in cruce viſam eſſe pati, Chriſtum verò ſe ſubſtraxiſſe. Cuius hæreſis Princeps & coryphæus fuit Simon Magus, qui etiam in hoc *Chriſtum ſolum ſaluatorem eſſe negabat*, vt de illo eiúſque gregalibus dicent Petrus & Iudas Apoſtoli. Vnde poſtquam apud S. Irenæum [b] dixit Simon ſe eſſe Chriſtum, *& deſcendiſſe transfiguratum & aſſimilatum Virtutibus, & Poteſtatibus, & Angelis*: addit id feciſſe, *vt & in hominibus homo appareret ipſe cùm non eſſet homo, & paſſum in Iudæa putatum, cùm non eſſet paſſus*. Quæ quidem hæreſis in eius diſcipulos infeliciter propagata eſt, vt idem Irenæus, [c] Epiphanius, [d] aliíque tradunt. Eandem & Cerinthus docebat, qui diuidens Ieſum à Chriſto Ieſum paſſum ac reſurrexiſſe dicebat: Chriſtum autem nequaquam, ſed impaſſibilem perſeueraſſe, ipſúmque tempore paſſionis à Ieſu receſſiſſe. Hæc de Cerintho præter citatos patres, [e] ſcribit Theodoretus [f] & alij.

a Ann. Chriſti 59. n. 4.
Qua occaſione primò cruces erectæ fuerunt in titulum.
b Lib. 1. cap. 20.
Simon Magus ſe Chriſtum eſſe iactabat.
c Lib. 1. cap. 2.
d Hæreſ. 21.
Hæreſis Cerinthiana quæ ſit.
e Iren. lib. 1. cap. 25. Epiph. Hæreſ. 28.
f Hæret. fab. lib. 1. cap. 4.

Addebat Baſilides ex eadem matre vipera, Ieſum, qui portabat crucem, transformaſſe ſuam ſpeciem in Simeonem Cyrenæum, cúmque pro Chriſto fuiſſe crucifixum. Et de iſtis peſſimis hæreticis Chriſti diuiſoribus loquitur Paulus, [g] ſiue cùm dicit: *Videte canes*, (propter caninam luxuriam) *videte malos operarios* (quia bona opera negabant, *videte conciſionem* (quia diuidebant Ieſum à Chriſto) ſiue dicat; [h] *Multi ambulant, quos ſæpe dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Chriſti, quorum finis interitus, quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum*. Grecè, ὧν θεὸς ἡ κοιλία, καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν. Vbi nomine δόξα Euchariſtiam poſſe intelligi poſtea [i] viſuri ſumus, nomine autem αἰσχύνη inſignis impudentia denotatur, qua ſe gerebant erga ſacram Euchariſtiam.

g Philip. 3. 3.
h Philip. 3. 18.
i In Epiſt. 8. Iuda verſ. 8.

Propter iſtos igitur inſignes crucis Chriſti inimicos, eiúſque memoriam abolere conantes in ipſo naſcentis Eccleſiæ principio, patres vt aduersùs eos vehementiùs obniterentur, duobus dictis modis vbíque ſignum crucis vt conſpiceretur curarunt. Primò quidem vt ligneæ vel alterius materiæ cruces erigerentur in titulum, quas Fideles tanquam ſymbolicas ipſius Chriſti figuras venerarentur, eaſdémque diabolus pertimeſceret, *ve-*

Digitized by Google

lut, vt ait Ignatius, [a] *troph eum erectum contra ipſius potentiam: quod vbi viderit, horret & audiens timet.* Item cum nouæ erigebantur Eccleſiæ cruces (vt olim Aſeroth [b]) in titulum ponebantur: vt pluribus probat Cardinalis Baronius [c] inter hæc habet ex Lactantio. [d]

> *Quiſquis ades, mediíque ſubis ad limina templi.*
> *Siſte parum, inſontémque tuo pro crimine paſſim*
> *Reſpice me, me conde animo, me in pectore ſerua.*

De crucibus in cemiterijs, viíſque publicis erectis, idem eſt iudicium. Quod quidem originem trahit à priſcis patribus, &
B Patriarchis: quemadmodum legimus de Iacob, qui ad perpetuam viſionis ibi à ſe habitæ memoriam. *erexit lapidem in titulum.* [e] Idémque bis repetit: [f] atque etiam ſuper ſepulchrum Rachelis vxoris nuper defunctæ. [g] Sed notanda, quæ de hoc ſcripſimus. Apertiſſimè verò hoc repræſentatum eſt in ſerpente à Moyſe eleuato in deſerto: [h] quem Crucifixi figuram fuiſſe nemo ambigit. At in illo minimè ſtandum eſt, ſed vlteriùs procedendum vſque ad Patriarcham Iacob; qui hanc ſerpentis ænei imaginem ad repreſentandum mundi Saluatorem in cruce ponendum, faciendam prædixerat. Sed & peculiarem ideo
C tribui Dan benedictionem impertitus fuerat propter Ooliab ex ea tribu virum, [i] qui facturus erat eum: ſicut antea cum Beſeleel tabernaculum, & arcam, & propitiatorium cum Cherubis omnibus aiijs ſacris vtenſilibus compegerat. [k] Sic enim prorsùs ad honorem debent intelligi verba benedictionis, Dan: [l] *Erit Dani* (genitiuus enim eſt) *ſerpens in via*) cum Iſrael ex Ægypto iret in terram Chanaan) *ceraſtes in ſemita* (quia ad terram promiſſam parua adhuc reſtabat via) *mordens vngulas equi* (nempe inflicta morſu vulnera, ſuper quæ more equitabat) *vt cadat aſcenſor eius retro* nempe mors. Deinde Iacob vi-
D dens in ſpiritu Chriſtum in cruce pendentem, totus hilaris exclamat: *Salutare tuum expectabo Domine*. Et hæc eſt vera ratio, cur in Apocalypſi, [m] vbi mentio fit de ſigno crucis frontibus fidelium impreſſo, inter huiuſmodi ſignatos tribus Dan non annumeratur, quæ in Ooliab tam honorificè ſignata iam fuerat. Sed ampliora de his alibi. [n]

Alio modo ab initio Eccleſiæ ac propter dictam hæreſim exprimi cœptum eſt crucis ſignum: de quo vna nobis ſufficiet

a Epiſt. ad Philip. epiſt. 8.
b Ante leg. lib. 1 cap 10. lib. 3. cap. 5.
c Anno Chriſti 57. n. 116. 117. & ſeq.
d Carm. de paſſ. Chriſti.
Erectio crucis in titulum à lege naturæ ortum habet.
e Geneſ. 28. 18 22.
f Geneſ. 31. 45 & 35. 14.
g Gen. 35. 20.
Ante legem vbi ſupra.
h Num 21. 8.
i Exod. 35. 34.
k Ibid & cap. 31. 6. 36. 1.
l Geneſ. 49. 17.
Benedictionis Dan vera expoſitio.
m Cap 7 6.
Cur tribus Dan in Apocalyp. non numeratur inter ſignatos ab Angelo
n Ant. ... lib. 3. cap. ...

Digitized by Google

a Ann. Chriſti 59. n. 4.

Qua occaſione primò cruces erectæ fuerunt in titulum.

b Lib. 1. cap. 20.

Simon Magus ſe Chriſtum eſſe iactabat.

c Lib. 1. cap. 2.

d Hæreſ. 21.

Hæreſis Cerinthiana quæ ſit.

e Iren. lib. 1. cap 25. Epiph. Hæreſ. 28.

f Hæret. fab. lib. 1. cap. 4.

g Philip. 3. 3.

h Philip. 3. 18.

i In Epiſt. Iudæ verſ. 8.

meritò, ſapientérque Baronius [a] tenet id factum fuiſſe propter hæreticos, qui Chriſtum verè crucifixum negabant, addentes ſolam eius imaginem in cruce viſam eſſe pati, Chriſtum verò ſe ſubſtraxiſſe. Cuius hæreſis Princeps & coryphæus fuit Simon Magus, qui etiam in hoc *Chriſtum ſolum ſaluatorem eſſe negabat*, vt de illo eiúſque gregalibus dicent Petrus & Iudas Apoſtoli. Vnde poſtquam apud S. Irenæum [b] dixit Simon ſe eſſe Chriſtum, *& deſcendiſſe transfiguratum & aſſimilatum Virtutibus, & Poteſtatibus, & Angelis*: addit id feciſſe, *vt & in hominibus homo appareret ipſe cùm non eſſet homo, & paſſum in Iudæa putatum, cùm non eſſet paſſus*. Quæ quidem hæreſis in eius diſcipulos infeliciter propagata eſt, vt idem Irenæus, [c] Epiphanius, [d] aliique tradunt. Eandem & Cerinthus docebat, qui diuidens Ieſum à Chriſto Ieſum paſſum ac reſurrexiſſe dicebat: Chriſtum autem nequaquam, ſed impaſſibilem perſeueraſſe, ipſúmque tempore paſſionis à Ieſu receſſiſſe. Hæc de Cerintho præter citatos patres, [e] ſcribit Theodoretus [f] & alij. B

Addebat Baſilides ex eadem matre vipera, Ieſum, qui portabat crucem, transformaſſe ſuam ſpeciem in Simeonem Cyrenæum, cúmque pro Chriſto fuiſſe crucifixum. Et de iſtis peſſimis hæreticis Chriſti diuiſoribus loquitur Paulus, [g] ſiue C cùm dicit: *Videte canes*, (propter caninam luxuriam) *videte malos operarios* (quia bona opera negabant, *videte conciſionem* (quia diuidebant Ieſum à Chriſto) ſiue dicat; [h] *Multi ambulant, quos ſæpe dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Chriſti, quorum finis interitus, quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum*. Grecè, ὧν θεὸς ἡ κοιλία, καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν. Vbi nomine δόξα Euchariſtiam poſſe intelligi poſtea [i] viſuri ſumus, nomine autem αἰσχύνη inſignis impudentia denotatur, qua ſe gerebant erga ſacram Euchariſtiam. D

Propter iſtos igitur inſignes crucis Chriſti inimicos, eiúſque memoriam abolere conantes in ipſo naſcentis Eccleſiæ principio, patres vt aduersùs eos vehementiùs obniterentur, duobus dictis modis vbíque ſignum crucis vt conſpiceretur curarunt. Primò quidem vt ligneæ vel alterius materiæ cruces erigerentur in titulum, quas Fideles tanquam ſymbolicas ipſius Chriſti figuras venerarentur, eaſdémque diabolus pertimeſceret, *ve-*

Digitized by Google

lut, vt ait Ignatius, [a] *troph eum erectum contra ipſius potentiam: quod vbi viderit, horret & audiens timet*. Item cum nouæ erigebantur Eccleſiæ cruces (vt olim Aſeroth [b]) in titulum ponebantur: vt pluribus probat Cardinalis Baronius [c] inter hæc habet ex Lactantio. [d]

Quiſquis ades, mediíque ſubis ad limina templi.
Siſte parum, inſontémque tuo pro crimine paſſim
Reſpice me, me conde animo, me in pectore ſerua.

De crucibus in cemiterijs, viíſque publicis erectis, idem eſt iudicium. Quod quidem originem trahit à priſcis patribus, & B Patriarchis: quemadmodum legimus de Iacob, qui ad perpetuam viſionis ibi à ſe habitæ memoriam. *erexit lapidem in titulum.* [e] Idémque bis repetit: [f] atque etiam ſuper ſepulchrum Rachelis vxoris nuper defunctæ. [g] Sed notanda, quæ de hoc ſcripſimus. Apertiſſimè verò hoc repræſentatum eſt in ſerpente à Moyſe eleuato in deſerto: [h] quem Crucifixi figuram fuiſſe nemo ambigit. At in illo minimè ſtandum eſt, ſed vlteriùs procedendum vſque ad Patriarcham Iacob; qui hanc ſerpentis ænei imaginem ad repreſentandum mundi Saluatorem in cruce ponendum, faciendam prædixerat. Sed & peculiarem ideo C tribui Dan benedictionem impertitus fuerat propter Ooliab ex ea tribu virum, [i] qui facturus erat eum: ſicut antea cum Beſeleel tabernaculum, & arcam, & propitiatorium cum Cherubis omnibus aiijs ſacris vtenſilibus compegerat. [k] Sic enim prorsùs ad honorem debent intelligi verba benedictionis, Dan: [l] *Erit Dani* (genitiuus enim eſt) *ſerpens in via*) cum Iſrael ex Ægypto iret in terram Chanaan) *ceraſtes in ſemita* (quia ad terram promiſſam parua adhuc reſtabat via) *mordens vngulas equi* (nempe inflicta morſu vulnera, ſuper quæ more equitabat) *vt cadat aſcenſor eius retro* nempe mors. Deinde Iacob vi- D dens in ſpiritu Chriſtum in cruce pendentem, totus hilaris exclamat: *Salutare tuum expectabo Domine*. Et hæc eſt vera ratio, cur in Apocalypſi, [m] vbi mentio fit de ſigno crucis frontibus fidelium impreſſo, inter huiuſmodi ſignatos tribus Dan non annumeratur, quæ in Ooliab tam honorificè ſignata iam fuerat. Sed ampliora de his alibi. [n]

Alio modo ab initio Eccleſiæ ac propter dictam hæreſim exprimi cœptum eſt crucis ſignum: de quo vna nobis ſufficiet

a Epiſt. ad Phil. p. ep. ſt. 8.
b Ante leg. lib. 2 cap 10. lib. 3. cap. 5.
c Anno Chriſti 57. n. 116. 117. & ſeq.
d Carm. de paſſ. Chriſti.
Erectio crucis in titulum à lege naturæ ortum habet.
e Geneſ. 28. 18 22.
f Geneſ. 31. 45 & 35. 14.
g Gen. 35. 20.
Ante legem vbi ſupra.
h Num 21. 8.
i Exod. 35. 34.
k Ibid & cap. 31. 6. 36. 1.
l Geneſ. 49. 17.
Benedictionis Dan vera expoſitio.
m Cap 7. 6.
Cur tribus Dan in Apocalyp. non numeratur inter ſignatos ab Angelo
n Ant. … lib. 3. cap. …

Digitized by Google

a De corona milit. cap. 3. & 4 auctoritas Tertulliani.[a] *Ad omnem, inquit, progreſſum atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad veſtitum & calceatum, ad lauacra, ad menſas, ad limina, & cubilia, ad ſedilia, quæcúnque nos conuerſatio exercet, frontem crucis ſignando terimus.* Hoc ſi,
b Cap. 9. 4. gnum à priſcis Enoſcæis deriuatum oſtendit Ezechiel[b] eiuſdem inſtituti propheta, apud quem præcipit Deus homini veſtito lineis (quibus Enoſcæi, ſeu Nazarei vtebantur) vt ſignaculum formaret litteræ *Thau* ſuper frontes eorum qui gemebant. Eo autem tempore & prioribus ante ſæculis litera Hebraica quæ nunc ita formatur ת habebat perfectam crucis figuram X. Quam prorſus habebant brachia Patriarchæ Iacob, quando benedixit filijs Ioſeph Ephraim & Manaſſe: vtique eodem ſpiritu, quo paulò poſt Saluatoris in cruce leuandi vidit myſterium in ſerpente, quem Moyſes exaltaturus erat in deſerto, vt impertimè vidimus. Ad quod idem ſignum antiquum alluſit Ioannes Euangeliſta ſcribens ſe *vidiſſe Angelum aſcendentem ab ortu ſolis habentem ſignum Dei viui, qui clamauit voce magna quatuor Angelis, quibus datum eſt nocere terræ & mari dicens: Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quoaduſque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum.*[c]

Iacob benedicens filios Ioſeph ſignum crucis expreſſit.

c Apoc. 7.

De aqua luſtrali ſeu benedicta.

d An Chriſti 57. PLura habet Baronius[d] de antiqua conſuetudine, qua ſolebant Chriſtiani ante orationem manus abluere. Idque primo honoris & reuerentiæ cauſa: maximè quia vt patet ex VI.
e Can. 101. Synodo[e] communicantes ſacram hoſtiam excipiebant, non ore, vt iam fit: ſed explicatis in formam crucis manibus, viri nudis, fœminæ puro linteo, quod dominicale vocabant, tectis: vt patet ex Concilio Altiſiodorenſi:[f] inde manibus hoſtiam ori admouentes, ſumebant. Secundò, vt admonerentur puritatis animæ. *Quæ enim*, ait Tertullianus,[g] *ratio eſt manibus quidem ablutis, ſed ſpiritu ſordido orare.* Ad hunc ritum alludit Apoſtolus[h] dicens *volo ergo vos orare in omni loco leuantes puras manus ſine ira & diſceptatione.* Sed & ipſe trita & communi tum Iudæis tum Enoſcæis lotione ſimul cum quatuor viris qui ex Nazaræorum voto comam raddere debebant & offerre ſacrificium, aqua ſanctificatus ſeu purificatus eſt, antequam templum

Lotio manuum apud Chriſtianos olim præcedebat communionem & cur.

f Can. 36.
g De orat. cap. 11.
h 1. Timoth. cap. 2. 8.

A plum ingrederetur: licèt tunc votum ipſe non habens minimè tonderetur, vt ferè omnes malè intelligunt iſta S. Iacobi Apoſtoli ad eum verba, [a] *Hoc ergo fac quod tibi dicimus: Sunt nobis* (quaſi dicat, qui Nazaræi ſumus) *Viri quatuor votum habentes ſuper ſe, his aſſumptis ſanctifica te cum illis* (ſolita nempe in ingreſſu templi per aquam purificatione) nam paulò pòſt dicitur, quod *poſtera die Paulus aſſumptis viris purificatus cum illis intrauit in templum*: deinde templi miniſtros pro quatuor viris alloquitur *annuntians expletionem dierum purificationis donec offerretur*, teſtificans quod finiti erant B dies, quibus expletis offerenda erat poſt comæ tonſionem, *eorum oblatio*.

a Act. 21. 23.

Paulus quo pacto ſanctificatus eſt cum quatuor viris.

Tunc igitur tonſus non fuit Paulus, quia votum non habebat; ſed ſuſceptor ac velut patrinus fuit illis quatuor viris, poſtquam cum illis de more aquâ purificatus, ingreſſus etiã cum illis templum voti eorum tempus eſſe impletum teſtificatus eſt. Quæ lauandi conſuetudo (à Mahumeticis retenta) diu adhuc poſteà remanſit in Eccleſia: Vnum ex millibus de hoc Euſebij [b] teſtimonium ſufficiat. *Deinceps*, inquit, *fontes ex aduerſa fronte templi profluenti aqua redundantes poſiti, quibus* C *omnes, qui in ſanctos templi ambitus introëunt ſordes corporum abluant; qui fontes ſacroſancta baptiſmatis lauacra repræſentant. Atqui hic locus in quo ſinguli introëuntium primùm, vt ſe lauent, morantur, ſicut cuique ornatum & ſplendorem affert, ſic illis qui primis fidei principijs inſtruendi ſunt, manſio percommoda eſt ad quieſcendũ.* Vtrámque ergò Paulus manûs & animæ lotionem docuit. Imò hac de cauſa non tantum lotis manibus, ſed etiam candidis induti veſtibus fideles ingrediebantur Eccleſiam, vt docet S. Chryſoſtomus.[c]

Quando & quomodo tõſus.

b Hiſt. lib. 16 cap. 4.

Atque hac de cauſa præter aquam benedictam, ſiue luſtra- D lem, poſita erat præ foribus Eccleſiæ aqua ad purificationem, vt patet ex Euſebio.[d] Cuius lauacri loco ſucceſſit ac remanſit vaſculum aquæ benedictæ poſitum in ingreſſu Eccleſiæ ad expiationem leuium peccatorum: illa autem mixta ſale eſt, eſt, adhibitis multis benedictionibus iuxtà antiquum Enoſcæorum ritum qui ſalſis & marinis lauari ſolebant aquis, ex quorum ſcholâ erat Eliſæus qui regionis Hierichontinæ aquam in vaſe nouo cum ſale poſitam benedixit dicens: *Hæc*

c Hom. 25. in Matth.

d Hiſt. lib. 10. cap. 4.

Aqua luſtralis ritus antiquus.

 A

dicit dominus, ſanaui aquas has & non erit vltra in eis mors
a Reg. 2. 21. *neque ſterilitas.*[a] Vide quæ dicimus de huiuſmodi variis antiquorum lotionibus cùm ageremus de Sacramento Baptiſmi. A priſcis autem illis legis naturæ patribus, non ſolùm ad Iudæos, ſed etiam ad Gentiles deriuatæ ſunt iſtæ ſanctificationes: De quibus apud Tibullum[b] legitur.

b Lib. 1. Eleg. 1.

Caſta placent ſuperis, pura cum veſte venite,
Et manibus puris ſumite fontis aquam.

Ex tot ſanctificationũ ritibus Eccleſia retinuit aquam luſtralem.

Sapientiſſima mater Eccleſia à ſuo ſponſo edocta reiectâ omni ſuperſtitione aut nimiâ lotionum varietate, mira cum grauitate & modeſtia, præter Sacramentum Baptiſmi ad ſalutem neceſſarium, aquæ luſtralis vſum retinuit, quo ad veram animæ purificationem velut ſigno meliùs excitetur. Lege de hoc Hieronymum Magium,[c] Barnabum Briſſonium,[d] Marſilium Columnam,[e] atque Gretſerum.[f] B

c Lib 4. c. 10.
d In formulis lib. 1. pag 6. 7.
e In Hydrolog.
f Lib. 1. de Cruce cap. 14.

De Ciborum delectu.

Rechabitæ ab Eſſenis oriundi ex præcepto quidem patris, id eſt, magiſtri ſui Ionathæ, ſed iuxta longè priùs anteceſſorum eiuſdem inſtituti præſcriptum abſtinebant à vino: propter quod Deus coram omni populo extulit eos magno præconio.[g] Quam abſtinentiam, licet non ita rigidè, longè ante eos Nazaræi ſeruabant: & poſtea Ioannes Baptiſta eandem vitæ normam profeſſus, atque Eliæ Rechabitarum moderatoris ſpiritu ductus eam ita ſeruauit, vt *neque manducaſſe panem, neque vinum bibiſſe* dicatur,[h] & ab ipſo Chriſto ideò commendetur. Ex eadem & Heberis ſchola ortum habuit ſacerdotum Ægyptiorum frugalitas, quâ carne, vino, ouis, & lacte ſemper abſtinebant, vt purius diuinis rebus vacarent, ardorémque libidinis reſtinguerent. Similiter illa Pythagoræ, Antiſthenis, Diogenis & Apollonij Thyanæi, de qua mira habent Laertius, Plutarchus & Philoſtratus. Idem dicendum de Perſarum Magis, quorum primum genus eloquentia & ſapientia præcellens præter farinam & olera nihil elitabit. Gymnoſophiſtæ apud Indos ſolis arborum pomis oryzâ & farinâ viuebant. Euripides in Creta Iouis vates carne & coctis omnibus abſtinuit. Qui omnes à primis priſciſ- C D

g Ierem. 35. 6. 7.
h Luc. 7. 33.

Sacerdotum ægyptiorum mira frugalitas vnde.

Abſtinentia philoſophorum.

Digitized by Google

A que philoſophis, nempè Enoſcæis hanc abſtinentiam ciborúmque delectum, vt alia multa virtutis exercitia didicerunt.

Multò magis Paulus Apoſtolus ſecta Pharisæus, qui ad Romanos [a] ſcribens, ait: *Bonum eſt non manducare carnem & non bibere vinum, néque in quo frater tuus ſcandalizatur, &c.* Satis apertè indicans adeò peculiare fuiſſe in illa primitiua Eccleſia florentiſsima à carne & vino abſtinere, vt, quantumlibèt fideles iis legitimè vti poſſent, tamen vt rem inſolitam admirati plerique offenderentur, quod ſcandalum vitare ſuadet Apoſtolus.
B De B. Petro ſcribit Gregorius Nazianzenus [b] ipſum lupinis famem pellere conſueuiſſe. S. Iacobus frater Domini, nec carnibus, nec vino vnquam veſcebatur, teſte Hegeſippo. [c] Vtíque, nam Rechabita, vel Enoſcæus erat. S. Matthæus Apoſtolus ſeminibus, baccis, & oleribus abſque carnibus vtebatur, ait Clem. Alexandrinus. [d]

a Cap. 14. 21.

Veterum Chriſtianorum quanta.

b Orat. de amore paup.

c Apud Euſeb hiſt. lib. 2 cap 22.

d Pædagog. lib. 2. c. 1.

CAPVT DVODECIMVM.

C
De Cœlibatu. De Tonſura clericorum & Monachorum.

CVM toties & tam apertè docuerimus quicquid boni aut virtutis docuerint antiqui philoſophi ex Enoſcæorum fontibus hauſtum fuiſſe: nihil mirum, ſi cum aliis multis Ariſtoteles docuerit cœlibatum aptiſſimum eſſe ad ſapientiam omnem acquirendam; & Cicero re ipſa præ-
D ſtiterit, qui cùm Terentiam vxorem repudiaſſet, rogatus cur aliam non duceret, reſpondit, ſe non poſſe ſimul philoſophari & vxori operam dare. multò minùs extraneum videri debet, quòd de Enoſcæorum ſurculo, hoc eſt, ſecta Pharisæorum ſcribit Epiphanius [e] hoc tenore: *Quidam ipſorum cum ſe exercebant, præſcribebant decennium, aut octennium, aut quadriennium virgenitatis & continentiæ: & frequentiùs orantes,*

Philoſophi docuerunt cœlibatum.

e Lib 1. Panar. cap. 16.

Quorundam Phariſæorū continentia.

crebrius certamen hoc aggrediebantur, vt ne videlicet corporale quid eis accideret, aut clandeſtinè per ſomnia, triſtis corporis defluxio contingeret, &c. Item Ioſephus Iudæus, & ipſe ſecta Phariſæus de ſeipſo agens, & de alio itidem Phariſæo qui eum inſtituebat ad ſeruandam caſtitatem, hæc ſcribit:[a] *Cùm audiſſem Banum quendam in ſolitudine viuere, amictum ſibi parantem ex arboribus & alimentis ſponte prouenientibus vtentem, crebríſque nocte, & die lauacris frigidis vti* (videas hîc Eſſenorum rigidioris obſeruantiæ vitam) *ad caſtitatem tuendam, cœpi eius inſtitutũ imitari: exactíſque in eius contubernio tribus annis, poſtquam cupitis ſatis potitus ſum, in vrbem redij*, &c. B

a In vita ſua.

Bani cuiuſdam in victu & veſtitu rigiditas, quam Ioſephus imitari voluit.

Si hæc agebat Ioſephus, ſi quis multo maiora complures aliorum Phariſæorum præſtitiſſe noſcuntur, quid de Paulo Apoſtolo exiſtimandum putamus, qui eo in genere non remiſſus erat aut mollis, ſed, vt ipſe ait,[b] *proficiebat in Iudaiſmo ſupra omnes coætaneos ſuos abundantius exiſtens æmulator paternarum traditionum?* Sanè cœlibem ſe profitetur apertè, poſtquam dixit *bonum eſſe homini mulierem non tangere*[c] ſubdens; *Volo enim omnes vos eſſe ſicut meipſum.* Quòd paulò poſt ſic exponit, *Dico autem non nuptis & viduis, Bonum eſt ſi ſic permaneant, ſicut & ego; quod ſi non ſe continent, nubant: melius enim eſt nubere quã vri.* C Quæ verba cum ab omnibus ferè antiquis Patribus de cœlibatu B. Pauli vnaniter intelligantur, vt manifeſtiſſimè ſonant: non tàm mirum, quàm intolerabile eſt reperire, qui negent Apoſtolum Paulum fuiſſe cœlibem: nec pluribus refutari merentur. Quòd autem alium eiuſdem Apoſtoli locum opponant in quo ait, *Non habemus poteſtatem ſororem mulierem circunducendi ſicut & reliqui Apoſtoli?*[d] ex cœca ignorantia procedit: neſcientes, quod ex antiqua prophetarum conſuetudine ſicut viri prophetæ, qui patres erant Eccleſiæ, ſe inuicem fratres appellabant: ita mulieres propheteſſæ paſſim matres Eccleſiæ, eo quod quædam erga mulieres miniſteria exercebant, cùm vocarentur, ſorores quoque Apoſtolorum dicebantur, & illæ erant quæ Euangelij temporibus Diaconiſſæ vocatæ ſunt. Et has mulieres ſorores Apoſtoli circumducebant, vt latè alibi[e] declaramus. D

b Galat. 1. 14.

c 1. Cor. 7. 1.

Abſurdiſſimum eſt negare B. Pauli Apoſtoli cœlibatum.

d 1. Cor. 9.

Mulieres ſorores apud Paulũ quænam ſint.

e Ante legẽ lib. 1. cap. 11.

Nihil igitur prædicta Pauli verba præpediunt, quin ipſe cœlebs tota vita permanſerit, ac multas ſuo & Apoſtolorũ exem-

A plo ad conſeruandum in Eccleſia à primis ſæculis vſitatũ cœlibatum promouerit. Quod & Iacobus frater Domini fecit, quem ſemper virginem permanſiſſe ſcribit Epiphanius.[a] Hoc apertè prædictum fuit de Enoſcæis, eorúmque poſt Euangeliũ ſectatoribus religioſis, quos Enoſcæos nomine Eunuchorum litteraliter intelligi non dubito, cùm Deus ait per Eſaiam,[b] *& non dicat Eunuchus, ecce ego lignum aridum. Quia hæc dicit Dominus Eunuchis: Qui cuſtodierint ſabbata mea & elegerint* (emittendo vota) *quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum: dabo eis in domo mea & in muris meis locum, & nomen meliùs à filijs &* B *filiabus*, &c. Quemadmodum de iiſdem ſub nomine Rechabitarum à vino & aliis abſtinentium locutus, dixit poſtea.[c] *Propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Non deficiet vir de ſtirpe Ionadab filij Rechab, ſtans in conſpectu meo cunctis diebus.*

a Hæreſ. 78.

b Cap. 56. 5.

Eunuchi apud Eſaiam ſunt Rechabitæ, ſeu Enoſcæi.

c Ierem. 35. 19.

De Tonſura clericorum & monachorum.

MVlta quæ de hac materia ampliſſimè tractat Baronius[d] apud eum videnda relinquo, vt breuiter paucíſque di- C cam quod iam antea[e] tetigi: tonſionem capillorum multo ante legem religioſè ſeruatam à Nazaræis ſicut & comæ protenſionem. Vnde Paulus, ſecta Phariſæus, non iuxta Moſaicã[f] de Nazaræis legem, aut in gratiam Iudæorum, vt eorum legales ceremonias obſeruaret *ſibi totondit in Cenchreis caput, quia habebat votum*:[g] ſed iuxta priſcos Moyſiſque lege multò antiquiores ritus Nazaræorum (quos vel ipſa Lex[h] indicat præſupponere) licet eos legem appellare videatur ſcriptura;[i] cùm narrat Iacobum Apoſtolum, cùm Senioribus Eccleſiæ Ieroſolymitanæ tale Paulo dediſſe conſilium, D *Hoc fac quod tibi dicimus: ſunt nobis viri quatuor* (nempe, vel ex alia Eſſenorum ſecta antiquos Nazaræorum, vt ipſe Iacobus, ritus obſeruantes) *votum habentes ſuper ſe* (comam prolixam radendam ſuper caput habentes) *his aſſumptis, ſanctifica te cum illis* (non raſione capillorũ, ſed communi ante ingreſſum templi lotione, vt dictum eſt, & mox dicetur) *& impende in illis, vt radant capita: & ſciunt omnes* (adhuc Iudaizantes) *quia quæ de te audierunt* (quod diſceſſionem doceas à Moyſe dicens non

d ann Chriſti, 58 §. 121 & ſeq.

e Cap 7.

f Num. 6. 18.

Paulus non ſecundum legem Moſaicam, ſed ſecundum aliam caput totondit.

g Act. 18. 18.

h Num. 6. 2.

i Act. 21. 23. 24.

Digitized by Google

debere eos circumcidere filios ſuos, &c.) [a] *falſa ſunt, ſed ambulas & A*
ipſe cuſtodiens legem. Quaſi dicat: Cùm viderint priſco more te
in ingreſſu tẽpli purificari ac totũ occupari circa iſtos viros, vt
iuxta votũ radãt ſua capita, credẽt te iſta facere iuxta renouatã
à Moyſe de votis Nazaræorũ legem, & proinde te circuncisio-
nem aliáque multa legis Moſaicæ ceremonialia adhuc ſeruãda
docere: licet reuera id facias iuxta antiquã noſtram Nazaræo-
rum legem, quæ non in tam multis ac lex Moyſis deſtruenda
nunc eſt. Et certè Iacobus Rechabita, Paulus Phariſæus, Si-
mon Cinæus, Iudas Labius, & alij Apoſtoli, Chriſtíque diſci-
puli ſicut magiſter, Nazaræi, & ſic appellati ſacræ huius ton- B
ſuræ ritum in Eccleſia ſeruandum eſſe iudicarunt, vt ampliſſi-
mè declarat Iſidorus, [b] nec-non Epiphanius. [c] Legendi quó-
que controuerſiarum ſcriptores: maximè vero Bellarminus
[d] Petrus Gregorius, [e] qui hoc argumentum magna erudi-
tione proſequitur, & præter Baronium [f] Ioannes Langhe-
cracius. [g]

De Templis.

VT de templis, quæ in ſcriptura [h] nonnunquam, & nunc C
vulgò dicuntur Eccleſiæ, breuiter aliquid dicamus à Sy-
nagogis Iudæorum debemus incipere, quæ ſacræ domus erãt,
in quibus ſingulis præſertim Sabbatis ſcribę & doctores ſacras
ſcripturas legebant, & interpretabantur populo, qui ad hoc
illuc conueniebat, vt patet ex Euangelio. [i] Secundò ordinatæ
erant illæ domus ad orandum, ideóque videntur vocari nomi-
ne Eccleſiæ, vt cùm dicitur. *In Eccleſiis benedicam te Domine.* [k]
In Eccleſiis benedicite Domino. [l] Item, *Conuocatus eſt omnis po-
pulus, & per totam noctem* (nota antiquum vigiliarũ morem)
intra Eccleſiam orauerunt. [m] Et quia Eccleſia Catholica didice- D
rat à Chriſto, [n] quòd talis locus præſertim orationis eſt, pro eo
Eccleſiæ nomen elegit. Quamuis apud Iudæos hoc ipſo etiam
reſpectu nomen Synagogæ retineatur, vt cum à Chriſto dici-
tur, quòd Phariſæi *amant in Synagogis & in angulis platearum
orare.* [o] Tertiò, in eo loco iis qui ſontes erant aut eſſe putaban-
tur, pœna pro peccato infligebatur, vel eijciendo eum extra
Synagogam, [p] quod erat excommunicari: vel pœnis corpora-

a Act. 21. 21.
b Hæreſ. 8.
c 1. de Monach. cap. 40.
d 16 Syntagm. c.1.
e Vbi ſupra.
f De diuin. offic. in Concil. Aquisgran. cap.1.
g 2. de vita & honeſtate Eccl. c.1.
h 1.Cor. 11. 22.
Nomina Eccleſia & Synagoga pro locis ſacris.
i Marc.1.21. Matt.23.2. Luc. 4.16. Act.13.14. 15.21.
k Pſal 25. 12.
l Pſal. 67. 27.
m Iudith 6. 2°.
n Matth.21. 13.
o Matth. 6. 5.
p Ioan.9. 22.&12.42.

libus caſtigando, vtpotè verberando, [a] vel etiam flagellando. [b]

In ſingulis Synagogis erant cathedræ ſeu ſedilia, in quibus ſedebant, tùm doctores qui legebant & explicabant ſcripturas, tùm illi qui audiebant: illorum quidem honorabiliora erant ſedilia, iſtorum autem minus honorata. Et hoc voluit Chriſtus indicare cùm ait: *Amant autem primas cathedras in Synagogis,* [c] & Iacobus in ſua epiſtola [d] adhuc hoc nomine vocās domum in qua Chriſtiani ad percipiendam Euchariſtiam (quam, tunc vſitato nomine, appellat *gloriam Domini noſtri*
B *Ieſu Chriſti,* vt poſtea * videbimus) iuxta Græcum, ait: *fratres mei, ne in perſonarum acceptione habeatis fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti gloriæ: Si enim introierit in Synagogam veſtram vir aureum habens annulum in veſte candida, introierit autem & pauper in ſordido habitu, & intendatis in eum qui indutus eſt veſte ſplendida, & dixeritis ei: Tu ſede hìc pulchrè, & pauperi dicatis, Tu ſta illic, aut ſede hìc ſub ſcabello meo,* &c.

a Act. 22.19 & 26.11.
b Matth. 10 17. & 23.34.
Sedilia ſeu cathedra in templis.
c Matth. 23.6.
d Cap. 2.1.
* Iud. v. 8.
Euchariſtia vocatur gloria Ieſu Chriſti.

Iſta autem loca legis naturę temporibus vocabantur tabernacula: de quibus amplè iam egimus, [e] vbi diximus Pſaltem illa diſtinguere à templo Ieruſalem ſeu loco, in quo iugiter
C erat arca cum Cherubis quando dixit: *Diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob.* [f] Vidimus autem ſupra [g] multas in Ieruſalem Chriſti & Apoſtolorum temporibus fuiſſe ſcholas: quarum vnaquæque habebat ſuam Synagogam. Et quia ſæpe diximus Chriſtum & Apoſtolos ſequutos fuiſſe vitā priſcorum prophetarum, quales erant Enoſcæi, ex quibus multos Chriſtianam fidem amplexatos fuiſſe, vel potiùs Chriſtianiſmum ſuos præcipuos ritus accepiſſe dubium non eſt; hinc factum eſt, vt poſt Chriſti aſcenſionem & deinceps Apoſtoli, diſcipuli & fideles in vna domo congregati ſuam quóque Sy-
D nagogam conſtituerent: quæ tunc ſimplici nomine domus appellabatur, de qua dicitur. *Cùm complerentur dies Pentecoſtes erant omnes diſcipuli pariter in eodem loco: & factus eſt repente de cœlo ſonus tanquam aduenientis ſpiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi erant ſedentes.* [h] De qua domo iuxta Græcum in ſingulari dicitur paulò poſt: [i] *& frangentes circa domum panem,* id eſt omnibus vndique confluentibus ad eam pauperibus, eleemoſynam largientes, *ſumebant* in eadem domo, ci-

e Ante leg. lib. 2. c. 5.
f Pſal. 81. 2.
g Cap. 7.
Præcipui Chriſtianorum ritus ab Eſſenis ortū habent.
h Act. 2. 1. 2.
i verſ. 46.
Locus in quo fideles Chriſtiani primò congregati ſunt vocatur domus.

bum cum exultatione (ſanctè poſt paſtum ad benedicendum Deum tripudiando Eſſenorum more, vt mox videbitur) *&* *ſimplicitate cordis, collaudantes Deum, &* (propter eorum erga pauperes liberalitatē) *habentes gratiam ad omnem plebem*. Item, *Circa* eandem *domum non ceſſabant docentes & Euangelizantes Ieſum Chriſtum*.[a] A

a Act. 5. 42.

Quòd autem iſta domus inſtitutum ſeruaret Eſſenorum conijci poſſet ex eo quòd poſtquàm Petrus è carcere liberatus eſt, *Venit ad domum Mariæ matris Ioannis, qui cognominatur Marcus, vbi erant multi congregati fratres & orantes*.[b] Dictum autem priùs fuerat, *Oratio autem erat aſsidua, facta ab Eccleſia ad Deum pro eo*. Igitur Eccleſia congregata erat in domo matris S. Marci, qui iuxta quorundam ſententiā,[c] idem fuit cum Marco Euangeliſta: de quo B. Hieronymus[d] ſcribit, quòd *primus Alexandriæ Chriſtum annuntians conſtituit Eccleſiam*. In qua ciuitate Eſſenorum ſchola florebat, quorum vitæ continentiam Marcus, antequam vocaretur, tenuiſſe videtur. Sed quia meliores auctores tenent Marcum Mariæ filium alium eſſe ab Euangeliſta: nolo inde deducere ſcholam Eſſenorum extitiſſe in domo Mariæ: at ex anteà dictis, móxque dicendis abundè probatur, Chriſtum & Apoſtolos Eſſenorum vitam duxiſſe: cuius exercitia Chriſtiano more ac ſpiritu ibi primò dubium non eſt præſertim ſanctam Euchariſtiæ ſynaxim frequentaſſe: iuxta illa verba, *erant autem perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum* (per lectionem ſcripturarum & eius interpretationes) *& communicatione* (per pias collationes[d]) *& fractione panis*, nempe Euchariſtici. Syrus enim habet, *in fractione Euchariſtiæ*: vt & ferè omnes etiam nouatores intelligunt. Vnde ortū eſt nomen cōmunionis, quia ibi communicabatur doctrina ſimplicibus, bona temporalia pauperibus, & corpus dominicū omnibus. Et quod priùs die Sabbati, nunc octaua die fit, tunc & aliquādiu, poſteà noctu cum lampadibus,[f] & aliis circunſtantiis, quibus apertè videtur ſynaxim Chriſtianam in ea, quæ erat Eſſenorum, habuiſſe fundamentum.

b Act. 12. 12.

c Oecumenius in cap. vlt. primæ Epiſt. Petr. Victor Antioch. & Euthymius in cap. 1. Euang. Marci. Dorotheus in Synopſi. Orig. Dialog. de recta fide & alij.

d Epiſt. ad Philemonē

Chriſtus & Apoſtoli Eſſenorum vitam duxerunt.

e Ionas Aurelian. lib. 3. de imagin. & Antoninus 1. p. hiſt. tit. 6. cap. 2. §. 1.

f Act. 20. 8.

Proinde, iam audemus, quod non audet Baronius,[g] aſſerere, cùm ita loquitur. *Quòd ſi credimus Hieronymo[h] affirmāti Philonem ſub nomine Eſſenorum de Chriſtianis Eccleſiæ Alexandrinæ eſſe locutum, qualia eſſe ſolerent ſacra conuiuia perbellè deſcripſit.*

g An. Chriſti 57 n. 55.

h de ſcript. Ecc.

Et

A Et quidem præmiſerat Baronius iſta prorſus notanda verba Tertulliani [a] loquentis de Agape Chriſtianorum: *Nihil vilitatis nihil immodeſtiæ admittit. Non priùs diſcumbitur quàm oratio ad Deum prægustetur. Editur quantum eſurientes capiunt, bibitur quantum pudicis eſt vtile. Ita ſaturantur, vt qui meminerint etiam per noctem adorandum Deum ſibi eſſe. Ita fabulantur, vt qui ſciant Dominum audire. Poſt aquam manualem & lumina, vt quiſque de ſcripturis ſanctis, vel de proprio ingenio poteſt, prouocatur in medium Deo canere: hinc probatur quomodo biberit. Atque oratio conuiuium dirimit.* Iam candidus lector iudicet, attendat & con-
B ferat noſtram Agapen cum ſacro Eſſenorum conuiuio cuius circunſtantias ita compendioſe reduximus.

[a] In Apolog cap 39. De Agape Chriſtianorum verba Tertulliani.

1. *SEnneum (locus eſt ſynaxis, de quo alibi [b]) habebant, in quo ſeptimo quoque die conueniebant.*

[b] Ante legem lib. 3. cap 16.

2. *Vbi candidati conuenerant, ſigno dato ſumma cum grauitate eleuatis in cælum oculis & manibus, priuſquam decumberent, orabant vt placeret Deo conuiuium.*

C 3. *Poſt preces diſcumbebant ordine non ætatis, ſed religionis, viri ad dextrum latus, fœmiæ ad ſiniſtrum.*

4. *Diſcumbebant ſuper lectiſternia, quæ ſunt tegetes rudes ex papyro & humi aggeſtæ.*

5. *Nulli ibi ſerui, ſed qui miniſtrabant erant ingenui, & ſponte omnia facientes.*

Ordo ſacri conuiuij ſeu Agape Eſſenorum.

6. *Eligebantur iſti miniſtri ex ſodalitate iuniores, qui præclarum aliquod ſapientiæ aut virtutis ediderant.*

7. *Tanquam germani filij libenter alijs miniſtrabant*
D *quaſi parentibus publicis.*

8. *Vt abeſſet ab hoc conuiuio omnis ſeruitutis ſpecies diſcinctis & promiſſis tunicis miniſtrabant.*

9. *Vinum per illos dies non præbebatur, ſed aqua pura, ſenibus calida, cæteris frigida.*

10. *Menſa pura erat à cruentis dapibus, pro cibo opponi-*

Digitized by Google

batur panis, ſal & hyſſopus.

11. *Conuiuis ordine diſcumbentibus nulla ſequebatur compotatio, ſed tale ſilentium, vt ne mutire quidem liceret.*

12. *Proponebat quiſpiam quæſtionem ex ſacris literis, nihil de ſolutione ſollicitus, ſed vt præclaras ſententias animis inculcaret.*

13. *Legem conſiderabant vt quoddam animal, cuius corpus ſint præcepta, anima verò abſtruſiores ſententiæ:*

14. *Totum auditorium attentum auſcultabat, ſolo nutu vel dextro digito ſe vel probare indicans, vel de ijs quæ dicuntur, dubitare.*

15. *Vbi præſes ſatisfacere viſus eſſet, plauſus edebatur ab omnibus.*

16. *Poſt hæc, ille aſſurgens hymnum in laudem primus canit ſiue à ſe compoſitum, ſiue ſumptum à veteribus prophetis.*

17. *Præſulem cæteri imitantur, præterquam in fine hymni: nam tunc omnes ſimul vocem extollunt.*

18. *Abſolutis hymnis ſingulorum, iuniores dictam menſam afferunt cum pane fermentato, ſale & hyſſopo ob reuerentiam menſæ dedicatæ in templi veſtibulo: in qua eſt panis non fermentatus & ſal ſine mixtura.*

19. *Poſt hæc duo chori in medio cœnaculo alter virorum, alter fœminarum modulatè tripudiando exultant in Domino: deinde vnum chorum faciunt promiſcuum.*

Huius autem Eſſenorum cum priſca Chriſtianorum Agape collationem vide poſtea in expoſitione Epiſtolæ S. Iudæ verſiculi vigeſimi.

Digitized by Google

A

CAPVT XIII.

De imaginibus & de reliquiis.

VIdimus aliquando [a] quantùm, ſaltem à diluuio, iu tota Syria, ſed præſertim in ciuitate Edeſſa, quæ poſtea Cæſaræa Philippi nominata eſt, viguerit veri Dei cultus, admirabilis ſapientia, inſignìſque pietas, maximè propter Cinæorum gymnaſia quæ erant in ea, & quo pacto iſta deuotio ibi ſemper ad multa ſæcula perſeuerauerit: vt minimè ſit mirum, ſi viuente adhuc Chriſto, Rex illius vrbis Abagarus, audita miraculorum eius fama, ſcripſerit ad eum epiſtolam, qua & à morbo quodam liberari, & vt ad ſuam ciuitatem venire, ibíque manſionem eligere dignaretur, expoſcit. Quam epiſtolam Euſebius [b] Pamphili è Syriaca lingua in Græcam tranſtulit: néque item mirum, ſi benigniſſimus & clementiſſimus Dei filius reſponſum ei per aliam epiſtolam dare dignatus ſit, vt eiuſdem Euſebij ampliſſimo teſtimonio comprobatur. (B, C)

a Ante leg. lib 1 cap. 17.

b Hiſt lib. 1. cap. 13.

Sed & probabilius valdè redditur, quòd alij multi ex antiquis ſcribunt, [c] ab ipſo Chriſto ſui imaginem, non arte hominis elaboratam, ſed ab ipſomet ſummo rerum architecto & opifice ad eundem Regem fuiſſe miſſam poſt datam epiſtolam: cùm ipſe Chriſtus diuinæ ſuæ faciei admoto pallio, imaginem ſuam ei impreſſiſſet. Sed nec quis legitimè mirabitur, qui nouerit ipſo etiam Chriſto viuente, eius imaginem in eadem ciuitate à Syrophœniſſa muliere ære fuſam conflari iuſſam, eandémque integram ad trecentos & amplius annos, nimirum, ad Iuliani apoſtatæ tempora perduraſſe, quantumlibet grauibus ac propè innumeris Palæſtina fuerit deformata cladibus. Niſi enim, optimè argumentatur Baronius, [d] piè, ſanctè, religioſéque ab ipſis Apoſtolorum temporibus ſacræ imagines in Eccleſia fuiſſent in vſu: paſſuri non fuiſſent fideles per tot annorum ſpatia illam ſolam ſic intactam, illibatámque ſeruari. (D)

c Euagr. hiſt lib. 4. cap. 16. Nicæn. concil. 2. Ioan Damaſ. de fide orthod lib. 4 cap. 17.

Confirmatur hiſtoria de imagine miſſa à Chriſto regi Abarago.

d Anno Chriſt. 57.

Digitized by Google

Nos huius rei talem putamus eſſe rationem: Quod cùm Apoſtoli priſcorum in Galilæa prophetarum veſtigijs inhæſiſſent, qui nouerant antiquos legis naturæ patres & doctores legitimè & deuotè ſanctarum imaginum vſum habuiſſe in Cherubimis, & Theraphimis, Iudæos autem craſsè nimis ac iuſto rigidius accipere verba legis, *Non facies tibi ſculptile*,[a] ac ſi per ea cuiuſcúmque imaginis vſus penitus prohiberetur, quod nos falſiſſimum eſſe docuimus.[b] Ideò illam Saluatoris noſtri ſtatuam, quæ in prædictæ ciuitatis diaconia collocata erat, conuenienti cultu honorari non ſolum permittebant, ſed & alias multas vbique erigi ſinebant. B

a Exod. 20

b Ante leg. lib. 1 cap. 11 & lib. 2 cap. 19 20

Fideles ex Phœnicia ſemper habuerunt imagines.

c Lib. 7. cap. 14.

Audiamus Euſebium[c] de hac ipſa ſtatua, aliiſque ita differentem: *Nec planè mirum, eos qui ex Gentilibus*, (præſertim ex Phœnicia, quæ Galilæa gentium dicebatur) *prognati à Saluatore, dum inter homines viuebat, beneficijs affecti fuiſſent, iſta feciſſe: cùm & nos Petri & Pauli Apoſtolorum, vel Chriſti etiam ipſius imagines in picturis colorum varietate expreſſas, conſeruatáſque aſpexerimus. Idque propterea, ſicut veriſimile eſt, quòd maiores noſtri ad Gentilis conſuetudinis* (citra idololatriam) *ſimilitudinem quam proximè accedentes, eos qui tanquam Saluatores illis fuiſſent, hoc eſt, qui aliquid ſalutis & ſubſidij illis attuliſſent, apud ſe honore in hunc modum afficere conſueuerant.* Cùm verò non quorumcúmque, ſed Saluatorum (quos vocabant Soteras, ſeu ſeruatores) duntaxat faciebant ſtatuas; ab antiquis hoc didicerant, qui imagines huiuſmodi virorum, *Teraphim*, quaſi *Thau Raphaim* appellabant, id eſt, *ſigna ſeruatorum*. Et hoc ſanè eſt quod paulo ante dicebamus: ad confundendam Simonis magi hæreſim, qui negabat Chriſtum ſolum eſſe mundi Saluatorem, erectam ab initio fuiſſe vbique ſanctæ crucis ſignum. Eadem quoque de cauſa iſte mundi Saluator optimè repræſentabatur ſub figura paſtoris ouem è lupi faucibus liberatam ſuper humeros geſtantis, idque præſertim in vaſis ſacris & calicibus, vt auctor eſt Tertullianus.[d] Ad idem Saluatoris nomen exaltandum talem Apoſtoli de imaginibus fecerunt canonem, quo & Iudæorum craſſus error, & Gentilium ſuperſtitio condemnatur: & media, regalíque via oſtenſa, ſanctarum imaginum antiquiſſimus ac legitimus cultus conſeruatur ac deffenditur. *Ne decipiantur ſaluati* (ſic vocat fideles in Chriſtum ſaluatorem

d Lib. de pudic. c. 7. & 10.

581

credentes) *ob idola: ſed pingant ex oppoſito diuinam humanámque manufactam impermixtam effigiem Dei veri & Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, ipſiuſque ſeruorum contra idola & Iudæos: neque errent in idolis, neque ſimiles ſint Iudæis.* Iſte canon omni reuerentia digniſſimus eſt: quippe qui ſit Synodi Antiochenæ Apoſtolorum nuncupatæ: & ita legitur in manuſcriptis codicibus Synodi ſeptimæ: & apud Turrianum in Apologia pro canonibus Apoſtolorum aduerſus Centuriatores.[a] Non meum eſt iſta diffuſius extendere: ſed ſolùm oſtendere vſum ſacra-

Notatu digniſſimus canon Apoſtolorum pro imaginibus retinendis.

[a] Apol.c. 25.

B rum imaginum ab ipſis legis naturæ temporibus in Eccleſia fuiſſe: & ſi quid ſuper hoc ſcrupuli, vel etiam tumultuoſæ perturbationis ab Iconoclaſtis, aut noſtro ſæculo nouatoribus hæreticis excitatum fuit: hoc totum procedit ex inueterata Iudæorum ſuæ legis Moſaicæ ignorantia & falſiſſima interpretatione: quam nonnulli ex noſtris ſequentes, tenuerunt & docuerunt, illud præceptum, *Non facies tibi ſculptile* omnem abſolutè imaginum picturam, aut ſculpturam prohibere. Quod nos prorſus falſum & erroneum eſſe iam docuimus loco nuper citato.

Error Iconoclaſtarum & proteſtantiorum hæreticorum circa imagines vnde procedit.

C

De reliquijs ſanctorum.

SI, iuxta quod in præcedenti capite ex Euangeliſta Ioanne[b] laudauimus, *Teſtimonium Ieſu eſt ſpiritus prophetiæ*, hoc eſt, doctrina Chriſti eſt ſecundum mentem & ſpiritum, vel eodem prolata ſpiritu, quo ij, qui in ſcriptura propriè *prophetæ*, & *prophetæ à ſæculo* ſemoti dicuntur, locuti ſunt, & ſi eos legis naturæ doctores extitiſſe poſt tot de hoc ante poſita teſtimonia vix liceat dubitare: facile inde colligitur: quòd ſi qui illorum ritus manſerint in Eccleſia poſt Chriſtum illos non ad figurales

[b] Apoc. 19.10.

D & typicas legis Moſaicæ, quæ temporales erant, cæremonias attinuiſſe: ſed ad eas quæ lumini naturali ita conueniunt, vt etiam diuini ſpiritus dictamini cohæreant. Inter quos numerandus eſt ſanctarum reliquiarum cultus, cuius in Eccleſia antiquitas tot probatur auctoritatibus & exemplis, vt ad hoc probandum nec planè neceſſarium, nec inſtituto meo conſentaneum vllatenus eſſe videatur.

Iuxta ſpiritum prophetiæ, qui & Chriſti eſt, ſeruantur ſanctorum reliquiæ in Eccleſia.

Cùm igitur ſanctorum defunctorum corpora & reliquias

Digitized by Google

miracula multa edidiſſe ſit certiſſimum; & ob id tanquam res eorum qui Deo placuerunt, & per quas Deus ſe in ſanctis ſuis præbet mirabilem, eas honorare ac decorare magna pietate ſoleat Eccleſia: id non ſine priſcorum patrum facit exemplo, vt de lypſanis & oſſibus Iacobi & filij eius Ioſeph, quæ, vt ſtatuerant, honorificè conſeruata & tandem ab Iſraelitis in terra Chanaan iuxta Sichem ſepulta ſunt. Sed inter alia ritus ille conſiderandus eſt: quo non ſatis videbatur ob accepta à ſanctis martyribus beneficia memoriam ſeu templum illis erigere; ſed etiam ipſorum [a] reliquijs conſecrabatur altare, quod eſſet eorum ſepulchrum: etiam iuxta illud Apocalypſis,[b] *Vidi ſub altare Dei animas interfectorum*. Ita vt, vel etiam vnius martyris corpus in plures quandóque partes diuidi ſoleat, ac recondi in diuerſis altaribus, quæ prædictorum verborum auctoritate ſepulchra ſunt martyrum. Qua ratione Baſilius [c] ait: Quadraginta illos martyres dici eſſe conditos in varijs ciuitatibus, quia quælibet ipſarum partem aliquam reliquiarum poſſideret.

a Conc. Africanum c. 50.
b Cap. 6.
c Orat. in 40 Marty.

Sanctorum reliquiarum cultus vnde ortum habuit.

Sed vnde quæſo promanauit iſte ritus, vel ſanctorum reliquias honorandi modus, vt ſub ſacro altari ponantur, in quo incruentum corporis Christi ſacrificium immolatur? Nullum profecto de hoc in lege Moyſi vel tantiſper conſpici poteſt veſtigium, aut ſub eorum cruentis altaribus ſimile quid fuiſſe detegitur. Bene comperio apud Ethnicos, qui à priſcis legis naturæ ſectatoribus mutuati multa ſunt quod diuerſa Æneæ ſepulchra multis in locis monſtrabantur. *Quod ſi hoc quem perplexum facit*, ait Dionyſius Halicarnaſſæus, [d] *quod non poſſit niſi vno eſſe conditus: cogitet hanc dubitationem eſſe vulgarem, & intelligat, quod quamuis vnicus locus capiat corpora talium, apud multos tamen monumenta eis facta ſunt in gratiam acceptam vtilitatis cuiuſpiam*. Quod profecto de Ioſepho patriarcha verificatur. Cùm enim viderent Ægyptij, ſui principis Ioſephi, prout ipſe ordinauerat, oſſa diligenter ab Iſraelitis in arca recondi, atque ſuper eam poſitum fuiſſe propitiatorium cum Cherubis: vt eum quoque honorarent lypſanothecam eius fecerunt & ſuper eam poſuerunt Cherubum eius in forma tauri, vel vituli, quem colere pro Deo cœperũt ſub nomine Serapis, quaſi σόρος ἄπιος, id eſt, arca in qua ſeruatur Apis: puto autem nomen Apis, eſſe nomen Ioſeph, ſeu Iſaph, inuerſum. Et veriſimile admodum eſt, illos amore, vel violentia partem oſſium Ioſephi ha-

d Lib. 1.

Digitized by Google

buiſſe ab Hebræis alioquin illa area σορὸς ἄπις verè dici non poterat in qua nihil eſſet Apis: & ſicut nunc ſanctorum reliquiæ huc & illuc diuiſæ feruntur. Arcam autem Iſraelitarum illam eſſe diximus, cum qua tranſierunt mare rubrum, & ſuper quam cùm eſſet propitiatorum, hoc eſt, thronus Dei inter duos Cherubim Iacobi & Iudæ, dicebatur, quod Deus operiebat oſſa Ioſeph. Sic enim de iſtis oſſibus legimus: *Et oſſa eius viſitata ſunt* (iuxta Græcum ſupertecta fuerunt) *à Domino & poſt mortem prophetauerunt,*[a] vt latè exponimus alibi.[b]

Quod ſanctorum reliquæ ſub altari repo nantur, unde habet originem.

a Eccli. 49.18.

b Ante leg lib 3.cap.14.

B. Quemadmodum arca teſtimonij ob id cæterorum tabernaculi vtenſilium pars erat digniſſima, eo quod Deum in propitiatorio ſedentem velut pro operculo habebat: ſic altaria templorum noſtrorum ſub quibus ſunt oſſa, vel reliquię ſanctorum tanquam in ſepulchro, cuius velut epitaphium & operculum eſt ipſe Chriſtus qui quotidie ſuper illa offertur in ſacrificium. Et ita altaria noſtra ſanctorum aut martyrum ſepulchra ſunt: vt altare dedicari non debeat niſi ibi ſint reliquiæ. Vnde conſtat quantum Chriſtus honoret ſanctos ſuos, quorum oſſibus ad inſtar gallinæ ſuper oua ad futuram reſurrectionem iugiter manentis, quaſi fouens operculum ſe conſtituat. Ergo & iſte re-

C liquiarum cultus in lege naturali habet fundamentum.

CAPVT XIV.

De oratione, & de vtriúſque ſexus religioſis.

AB ipſo populum ad orationem conuocandi ritu inchoandum eſt: Dum enim Lucianus [c] ſcribit apud Syros (cum in Syria primò

D floruerit Eccleſia) in ſacris adhiberi ſolita tintinnabila: facile ab eis Græcos grandiorum tintinnabulorum vſus peruenit, quibus deinde Gentiles ad thermas & operas homines conuocabant.

c De merced. conduct.

Tintinnabulorum vſus unde.

Redde pilam, ſonat æs thermarum, ludere pergis?[d]

Item: *Tot pariter pelues & tintinnabula dicas.*

Pulſari: iam nemo tubas atque æra fatiget.[e]

d Martial. lib.14.

e Iuuenal. Saty.6.

Aſt Hebræi hunc, vt alios antiquorum & paganorum, ritum A
facile contemnentes, ne illos imitari viderentur, per ſacerdotem ex eminenti turri tubæ ſonitu indicabant Sabbata, vt ſcribit Ioſephus.[a] Nos autem Chriſtiani tintinnabula reſumpſimus. Male igitur Scaliger[b] vellicat Enoſcæorum, nec non Chriſtianorum quorundam (nollet enim ex illis eſſe) qui etiam hodie in ſacris ἐπορχοῦνται, & muſicis inſtrumentis, tympanis æneis & alijs eiuſmodi perſtrepunt, vt Bacchantes, inquit, putes. Qui mos (ſcilicet) a veteri Eccleſiæ ritu alienus eſt.

a De bello Iud. lib. 5. cap. 9.
b In Elencho contr. hæt. cap. 29.

Oratio autem publica quæ per pſalmodiam fit, à mundi principio vſurpata eſt ab Enoſcæis, vt ample vidimus[c] cùm B
loqueremur de Enos Adami nepote *qui cœpit inuocare nomen Domini.*[d] Quod confirmatur ex libro Iob, vt cùm dicitur, *Donec impleat Deus riſu os tuum, & labia tua exultatione.*[e] Item, *Orabit ad Deum & bene volet ei, & videbit faciem eius in iubilo.*[f] Quod vltimum nomen ferè ſemper pro pſalmodia ſumitur quæ olim cum tripudiatione fiebant.[g] Similiter idem Iob profeſſione Cinæus de ijs qui dictæ iubilatione vacabant[h] ex profeſſo loquitur, cùm de quibuſdam Enoſcæis deſerticolis ait; eos pingui Minerua ac ruſticè pſallere: *Inter arbuſta ludebant ſubter vrticam congregabantur*, id eſt, ſacros ſuos cœtus facie- C
bant, *& nunc canticum eorum fui eis in ſermonem*[i] ab iſtis per traditionem ad Eſſenos, quos philo[k] vocat Therapeutas, & quorum paulò ante modum vidimus, quo tripudiando cantabant, fluxit pſalmodia: item ordo quo in ſuis ſacris cõuentibus tum viri, tum mulieres ſedebant, & alia multa quæ prioribus Eccleſiæ Euangelicæ temporibus ſeruabantur: quorum non pauca etiam nunc apud nos maximè inter miſſarum ſolemnia diſcernuntur indicia. Et certè dictæ tripudiationi, quæ Chriſtianæ modeſtiæ non ſatis conuenire viſa eſt, ſucceſſit grauis illa, prorſuſque reuerẽda duorum acoluthorum in choro deam- D
bulatio, nec non quas proceſſiones vocare ſolemus, & de quibus ſcribunt antiquiſſimi patres: vt cum Tertullianus[l] ait: *Si procedendum erit, nunquam magis familiæ occupatio adueniat.* Et Hieronymus[m] *Martyres tibi quærantur in cubiculo tuo numquam cauſa deerit procedendi, ſi ſemper quando neceſſe eſt, progreſſus ſis.*

c Ante leg. lib. 1 cap. 12.
d Geneſ. 4. vlt.
e Iob 8. 21.
f Iob 33. 26.
g 2 Reg. 6. 15 1 Parab. 15. 28.
2. Paral. 15 14.
h 1. Paral. 2. 55.
i Iob. 30. 7. 8.
k Lib. de vita contemplat.
Cantorum in choro deambulatio vnde ortum habuit.
l Ad vxorem lib. 2. cap. 4.
m Ad Euſtochium.

Quantùm ad modum orandi cum proſtratione totius cor-

Digitized by Google

586

potis in terrã, quem ipſe Adam primò fideles docuit, & ab eo
Nephilim, id eſt, *proſternentes ſe* vocari voluit, vſurpatus à Chri-
ſto eſt, quando *procidit in faciem ſuam orans* [a] *& procidit ſuper*
terram & orabat. [b] Quem & nonnulli in maximis præſertim
anguſtiis ſectati ſunt Chriſtiani, vt exemplo eſt tota illa Chri-
ſtianorum legio, quæ ſub Marco Aurelio Antonino ſic Deum
precata hoſtibus internecionem & Romanis militibus vltimo
diſcrimine laborantibus ſalutem obtinuit. [c]

Quod etiam ad orientem verſi ſolemus orare à primis
Chriſtianis accepimus, qui per Apoſtolos ab antiquis legis na-
B turæ prophetis & patribus hunc ritum Hebræis quidem in le-
ge probibitũ, [d] ne Gentiles, qui eo abuſi fuerant imitarentur,
poſt ablatam idololatriam reſumpſerunt, ac reuiuiſcere fece-
runt: non vt Solis adoratores, quales ab Ethnicis ideò voca-
bantur, [e] ſed eâdem mente ac ſincerâ intentione, quâ priſci illi
patres idem faciebant, qui cùm creationis beneficiũ ac myſte-
rium in ſuis ceremoniis ad memoriam reducere ac celebrare
potiſſimum intenderent: totius mundi opificem cœlorumque
habitatorem in ea præſertim cœli parte adorabant, in qua pri-
mò lucem creatam fuiſſe [f] & apparuiſſe credebant. A qua in-
C tentione eorum poſteri Iudæi Gentiles imitati ità deuiarunt,
vt diſtinctè ne Solem & Lunam adorarent fuerint à Deo præ-
monendi. [g] Apud Gentiles autem tam frequens affectatúſque
fuit ille cultus, vt Macrobius multa eorum numina conetur ad
Solem reuocare, ex Orphæi, Heſiodi Homeri, Platonis teſti-
monio: Plinius, [h] ſi quis eſſet Deus, non alium credidit, quàm
Solem.

Certè Chriſtus Sol iuſtitiæ, qui ſua luce omnes huiuſmodi
Iudæis & Gentilibus tenebras auferre venerat, priſcorum pa-
trum ſanctiſſimos ritus tanquam ex diuino ſuo ſpiritu ſeruatos
D olim fuiſſe debuit oſtendere, ac per Apoſtolos approbare, vt &
diaboli zizania in agro ſuo per idololatriam ſeminantis mali-
tia pateſceret, & ſanctæ, legitimæque ceremoniæ ab Eccleſia
probarentur, vel etiam poſt impletas de Chriſto figuras nouas
vires aſſumerent, vt de iſto ad orientem adorationis ritu vi-
dere eſt. Nam præter illam antiquorũ huius ceremoniæ cauſã,
quam B. Thomas [i] afferre videtur dicens id à nobis fieri *pro-*
pter diuinæ maieſtatis indicium, quod nobis manifeſtatur in motu

a Matth. 26. 39.
b Marc 14. 35.
Proſtratio totius corporis antiquus eſt orandi ritus
c Iuſt. Martyr poſt orat. ad Antoninum.
d Ezech. 8. 16.
Adoratio versá facie ad orientem.
e Tertull. in Apolog. cap. 16.
f Geneſ. 1. 2. ex ſententia Bedæ in Hexam. Hugonis lib. 1. de Sacram. part. 1 cap. 29. Magiſt. Sent. lib. 2. diſt. 13. Bonauenturæ & Caietani
g Deuter. 4. 19. 17. 3.
h Lib. 2. cap. 22. & 23.
i 22. q. 84. ar. 3. ad 3.

Digitized by Google

cœli, qui eſt ab Oriente, aliæ ſolent adduci: vtpotè propter Chriſtum qui eſt lux mundi & 2. vocatur Oriens:[a] & quia deſuper
a Zachar. 6 12. monte in Oliuarum, qui erat in Oriente Ieroſolymæ *aſcendit*
b Pſal.67. 34. *ſuper cœlum cœli ad Orientem*,[b] & quia ab Oriente venturus eſt ad iudicium, vt colligitur ex verbis Matthæi,[c] & quia cùm eſ-
c Cap.24. 7. ſet in cruce verſam habebat faciem ad occaſum, cùm ſic eum adoramus ad Orientem reſpicimus: & propter alias conuenientes huiuſmodi cauſas.

Patet etiam ex iis, quæ ſupra de ſacro conuiuio Therapentarum, id eſt Enoſcæorum, attulimus, ab eis proceſſiſſe antiquiſ-
d Ante leg. lib 1 cap.19. ſimus vigiliarum vſus in Eccleſia. Docui aliquando antiquos B
Enoſcæos, qui ab Hebraico nomine *Raphaim*, poſtea Græcè θεραπευταὶ vocati ſunt, nomen quóque ἐγρήγοροι, quod eſt *vi-*
e In Pædag. lib 2.cap 9. *giles* habuiſſe: ad quod S. Clemens Alexandrinus,[e] ſacrarum antiquitatum indigator diligentiſſimus reſpexiſſe videtur, cùm
De vigiliis Chriſtianorum. de Chriſtianorum vigiliis ita loquitur: *Quocirca, ſæpe etiam noctu è lecto ſurgendum eſt, Deúſque eſt laudandus: beati enim, qui in ipſum vigilarant ſeipſos aſſimilantis Angelis, quos nos ἐγρηγόρους, hoc eſt, vigilantes vocamus*. Sanè vnus ex eis, quos ex Enoſcæo-
f Cap.26. 9. rum inſtituto Angelos ſæpe vocari docuimus, Iſaias[f] phopheta nocturnis ſe huiuſmodi vigiliis exercuiſſe docet cum ait: C
g Eſa.62. 6. *Anima mea deſiderauit te nocte*. Nec de aliis ipſe[g] loquitur, cùm ait, *Super muros tuos Ieruſalem conſtitui cuſtodes, tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt. Qui reminiſcimini Dominũ* (tales autem inter alios ſunt prophetæ) *ne taceatis, & ne detis ſilentium ei*, &c. & paulò poſt: *Quia qui congregant illud* (triticum & vinũ, vtpotè, in vno ſacrificio, nam quod ſequitur eos circunloquitur) *comedent, & laudabunt Dominum*: *& qui comportant illud, bibent in atriys ſanctis meis*. Sic igitur *Paulus & Silas* eiuſdem
h Act.16. 25. inſtituti, ſed etiam Chriſtiani, *cùm multas plagas accepiſſent &*
i Epiſt. 53. *miſſi fuiſſent in carcerem interiorem haberéntque pedes ſtrictos li-* D
k In Pſal. 118.62. *gno: media nocte orantes laudabant Deum, & audiebant eos qui in*
l in Act c 16 *cuſtodia erant*.[h] Vnde egregium colligunt exemplum dictarum vigiliarum multi Patres Hieronymus,[i] Hilarius[k] Chryſoſto-
m De Virginib. mus,[l] Athanaſius,[m] & Baſilius.[n]
n Regul.37. in fuſis. Sed de celebri ad ſacrũ Euchariſtiæ conuiuiũ vigilia facta ad inſtar illius antiquæ Enoſcæorũ quam ſingulis Sabbatis facere
o Act.20. 7. conſueuerant, vt vidimus, ille eſt inſignis locus apud Lucam:[o]

Digitized by Google

A *Vna autem ſabbati cùm conueniſſemus ad frangendum panem, Paulus diſputabat cum eis profecturus in craſtinum, protraxitque ſermonem vſque in mediam noctem. Erant autem lampades copioſæ in cœnaculo vbi eramus congregati.* Erat enim non dies Sabbati, quo Eſſeni ſuum conuiuium celebrabant: ſed prima Sabbati, quam vocamus Dominicam: quámque iam Chriſtiani pro ſua Agape celebranda ſtatuerant, vt optimè exponunt Chryſoſtomus[a] & Auguſtinus,[b] nec eſt qui diſſentiat. Secundò, conuenerunt ad frangendum panem iuxta Syrum, *ad frangendam Euchariſtiam*, & Gloſſa intelinearis cum Beda *ad myſteria celebrãda.* Auguſtinus[c] vocat *fractionem, qualis ſit in Sacramento corporis Chriſti.* Ita quoque ſentiunt Bellarminus,[d] de Valentia[e] Baronius,[f] Catharinus,[g] & alij, qui probant & circunſtantiis diei Dominicæ, cænaculi capacioris, conuocationis fidelium, diſputationis, ſeu tractatus de rebus diuinis, quam exemplo Chriſti addo (Eſſenorum more) præmittere ante vſurpationem Euchariſtiæ. Sed & Thomas Bozius[h] id confirmat ex participio συνηγμένων, quo denotetur *Synaxis*, hoc eſt, conuentus ad Euchariſtiam. Ideò ſtabilimur in ea, quam jam deduximus, ſententia, Iacobum Apoſtolum de iſta loqui Syna-
C xi, cùm vtitur nomine συναγωγὴν dicens: *Etenim ſi introierit in conuentum veſtrum*, (in Synagôgam veſtram) *vir aureum annulum habens*, &c. Sed & ipſos aduerſarios noſtros id confitentes habemus Lutherum[i] Melanctonem,[k] Bullingerum,[l] & ipſum Caluinum.[m]

Tertiò erant ibi lampades multæ, non tantùm ad pellendum noctis tenebras, ſed etiam ad decorem ac ſanctæ Euchariſtiæ reuerentiam, vt docet Baronius,[n] & alij. Denique Hebræos, quos Seneca[o] ſcribit ſolere *lucernas accendere Sabbatis potiſſimùm*, illas ab Enoſcæis in ſuo ſacro conuiuio accepiſſe,
D vel Senecam Hebræorum nomine ipſos Eſſenos intelligere non dubito.

a In Act. c. 20.
b Epiſt 86. Sacri conuentus ad ſumendam Euchariſtiã.
c Vbi ſupra.
d Lib. 2 de Miſſa c. 14 & lib 3 de cult. ſanct. cap. 11.
e Legitimi vſu Euchariſt. c 11.
f An. Chriſti
g 3. con. Caiet. ſub finem.
h 11 de ſignis Ecc.
i Serm. de Euchar.
k Lib de vſu Sacram.
l In Act. 20.
m Ibid.
n An Chriſti 58.
o Epiſt. 96.

De vtriuſque ſexûs religioſis.

IAM ſuperuacaneũ prorſus eſt multis oſtẽdere vnde vtriuſq; ſexûs religioſi, qui à mundo ſegregati viuunt, atque in veſtitu viuendique modo prorſus alieni ſunt (quos poſteritas

Digitized by Google

Monachorũ & monialiũ inſtituta ab Enoſcæis ortum accepiſſe certiſſimũ.

Monachos & moniales appellauit) ortum habuerint. Tria tantùm de antiquis dixerim quæ prorſus cum noſtris quadrãt, Primùm quidem, quòd ſicut noſtri ſub diuerſis ritibus & conſtitutionibus viuentes, omnes tamen in vno religioſorum nomine conueniunt, & in tribus, quæ eſſentialia vocamus, nempe in Obedientia, Paupertate, & Caſtitate, quæ Patres paſſim ex his Chriſti verbis colligunt, *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.*[a] ita licet antiqui prophetæ & religioſi in multas ſcholas eſſent diſtincti, vtpotè Enoſcæorum, Cinæorum, Cenezæorum, Hebræorum, Saducæorum, Phariſæorum aliorúmque multorum: omnes tamen in nomine Enoſcæorum conueniebant, quorum ſi inſtitutum modusque viuendi diligenter conſideretur, præſertim eorum qui rigidiùs viuebant: inuenietur ad illa tria capita reduci, quæ Chriſtus nuper expreſſit: adhibito voto, quod etiam in lege naturæ frequentatum fuiſſe legimus.[b] B

a Math 16. 24.

b Geneſ 5. 11.24 6 9. 17. 40.

Secundò dicimus, quòd quemadmodum religioſi noſtri diuerſo à ſecularibus indumẽto vtuntur: ita & illi, vt patet in Helia Rechabitarum patre, qui priſcorum Enoſcæorum more, quaſi primorum parentum veſtibus à Deo factis pelliceis indutus *zonâ pelliceâ accinctus erat renibus*:[c] Ioannes quoque Baptiſta deſerticola, & eiuſdem cum Helia ſpiritus & inſtituti *habebat veſtimentum de pilis camelorum & zonam pelliceam circa lumbos ſuos*,[d] eorum nempè more, qui à mundi principio *circuibant in melotis in pellibus caprinis quibus dignus non erat mundus.*[e] Alij videntur ſubrufis iſtis pellibus appoſuiſſe albas laneáſque veſtes eo modo, quo Patres Carmelitæ induuntur, vt illis ſub nomine Nazaræorum rectè conueniat iſtud dictum, *Candidoris Nazaræi eius niue nitidiores lacte: rubicundiores ebore antiquo* (qui ſubrufi camelinique coloris eſt) *ſapphiro pulchriores.*[f] Alij verò ſolius albi coloris, ſed lineis ac byſſinis vtebantur, vt illi Rechabitæ, quorum vitam Iacobum Minorẽ Apoſtolum ſectatum fuiſſe inde colligitur, quòd cùm lineis indutus incederet, quidam ſacerdos Rechabita eius interfectores grauiter reprehendit, quòd virum iuſtum & innocentem occiderent. C D

c 4 Reg 1. 8.

d Math. 3. 4. Marc 1. 6.

e Heb. 11. 37.

Forma & color habitus P.P. Carmelitarum à Nazaræis deriuari videtur.

f Thren. 4. 7.

Monialium Velamẽ olim fuit mulierũ propheti dũ.

Tertium eſt, Deo ſacratas virgines poſt Euangelium tegi ſacro velamine, ſed olim in Eccleſia conſuetum fuiſſe. Hinc Hie-

A ronymus ad Demetriadem, [a] *Scio ad imprecationem Pontificis flammeum virginale ſanctum operire caput*. De quo multi alij Patres, vt Ambroſius, [b] Tertullianus, [c] Gelaſius Papa, [d] Auguſtinus, [e] & alij. Sed vnde iſta ceremonia? Certè, iam diximus ſanctas mulieres prophetides, qualem credimus fuiſſe Saram Abrahæ ex Hebræorum [f] ſchola prophetę [g] vxorem, & præſertim cùm aliis præeſſet propheti ſſi-, ſanctiſque mulieribus [h] ſicut vir eius viris, in iſtius ſuperioritatis ſignũ velamen capitis habet, vel aliis pretioſius, aut forma diſtinctum: de quo interpretatus ſum [i] iſta Regis piiſſimi Abimelechis ad eam verba: *Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecum ſunt*, [k] &c. Et confirmabam iſtis iuxta Hebrę̃ verbis, quibus Deus ſuperiores prophetiſſarũ alloquitur. *Væ illis* (prophetiſsis) *quæ conſuunt velamina ſuper caput omnis ſtaturæ*, [l] &c. & paulò poſt, [m] *Et dirumpam velamina veſtra, & liberabo populum meum de manu veſtra*, &c. Sed amplior iſtorum verborum expoſitio videnda alibi [n] eſt. Vbi etiam vidimus, [o] mulieres, quæ menſis miniſtrabant [p] aliiſque multis ſacris vacabant miniſteriis, dicebantúrque Diaconiſſæ, & quas cenſemus antiquo nomine dictas fuiſſe etiam poſt Euangeliũ C prophetiſſas, [q] ſucceſsiſſe iis quæ & *matres in Iſrael*, & prophetiſſæ ſimiliter appellabantur.

Quantum ad modum viuendi communiter, ab eadem deriuatus eſt ſcaturigine: de quo inſigne prorſus eſt quod refert Iuſtinus [r] his verbis: *Italiæ Rex Saturnus tãta iuſtitiæ fuiſſe dicitur, vt neque ſeruierit ſub illo quiſquam, neque quicquam priuatæ rei habuerit, ſed omnia communia & indiuiſa omnibus fuerint, veluti vnum cunctis patrimonium eſſet. Ob cuius exempli memoriam, cautum eſt, vt Saturnalibus exæquato omnium iure, paſſim in conuiuiis ſerui cum dominis recumbant*, &c. Quis igitur ex D tot antiquis ceremoniis & ritibus etiam poſt Euangelium ritè & ſapienter ab Apoſtolis in Eccleſia retẽtis, non videt eas apud Gentiles benè etiam fuiſſe ſeruatas, ſi veri Dei cultui non idolis applicatæ fuiſſent; vel ſi eadem, qua primò à veris Dei cultoribus edocti fuerant, mente eas cuſtodiſſent? Sed hæc fuit principis huius mundi vafricies, vt remanente cultu exteriori, quod eſſentiale, intrinſecum, ac præcipuum erat ſibi tribueretur. Et in hoc duntaxat ſenſu intelligenda cenſeo Tertulliani [s]

a Epiſt. 8.
b aduerſ. Symmachũ Epiſt. 12. & ad virginem Lapsã.
c De veland. virg. c. 15.
d Ad Epiſc. Lucan. cap. 14.
e Epiſt. 179. in fine
f Geneſ. 14. 13.
g Geneſ. 10. 7.
h Geneſ. 12. 5.
i Ante leg. lib. 1. c. 4.
k Geneſ. 20. 16.
l Ezech. 13. 18
m Verſ. 21.
n Ante leg. lib. 3. c. 4. & 18.
o Lib. 2 c. 11.
p Act. 6. 2.
q Luc. 2. 36. Act. 21. 9.
r Hiſt. lib. 43.
Modus viuendi religioſorum ab Enoſcatir quoque eſt.
s de præſcr. cap. 40.

verba notatu digniſsima, quibus docet multa, quæ ſunt ex lege diuinâ ſtatuta à Diabolo in ſuperſtitionis cultum eſſe transfuſa, quæ enumerans, ait: *Huius ſunt partes inuertendi veritatem, qui ipſas quoque res Sacramentorum diuinorum in idolorum myſteriis æmulatur. Tingit & ipſe quoſdam vtique credentes & fideles ſuos: expiationem delictorum de lauacro repromittit, & ſic adhuc initiat Mithræ: ſignat illic in frontibus milites ſuos, celebrat & panis oblationem, & imaginem reſurrectionis inducit, & ſub gladio redimit coronam. Quid? quòd & ſummum Pontificem in vnis nuptiis ſtatuit? habet & virgines, habet & continentes? Cæterum, ſi Numæ Pompilij ſuperſtitiones reuoluamus, ſi ſacerdotalia officia, inſignia & priuilegia, ſi ſacrificalia miniſteria, & inſtrumenta, & vaſa ipſorum ſacrificiorum ac piaculorum & votorum curioſitates conſideremus, nonnus manifeſtè diabolus moroſitatem illam Iudaicæ legis imitatus eſt? Qui ergo ipſas res, de quibus Sacramenta Chriſti adminiſtrantur, tàm æmulanter affectauit exprimere in negotiis idololatriæ, vtique & idem & eodem ingenio geſtijt, & potuit inſtrumenta quoque diuinarum rerum & ſanctorum Chriſtianorum ſenſum de ſenſibus, verba de verbis, parabolas de parabolis profanæ & æmulæ fidei attemperare.* Ex quibus collige quod vſque nunc latè oſtendimus, non ſolùm magnam eſſe legis Euangelicæ cum naturali acoluthiam: ſed etiam multas vſque nunc in Eccleſia Romana ceremonias obſeruari, quæ ab Apoſtolis inſtitutæ fuerunt, & ideò perperàm & ignoranter à nouatoribus deridentur. Quod quidem vt meliùs intelligatur, & quaſi practicè capiatur, ſtatuimus breuiſsimam S. Iudæ Apoſtoli Epiſtolam conciſè & hiſtoricè pro modulo noſtro interpretari.

Cultus qui olim vero Deo datus fuerat idolis remanſit.

IACOBI BOVLDVC

ORDINIS FRATRVM MINORVM CAPVCINORVM PRÆDICATORIS

In Catholicam B. Iudæ Apoſtoli Epiſtolam commentarius.

In quo ſimilia ſecundæ B. Petri verba pariter exponuntur.

Digitized by Google

IN EPISTOLAM IVDÆ, APOSTOLI

PRÆLVDIVM.

OCTO potiſſimùm de hac epiſtola breuiter ſunt elucidanda: quiſnam illius fuerit auctor: qua occaſione & vbi ſcripſerit: quo tempore: qua lingua & ſtylo: quodnam epiſtolæ argumentum: ad quos ſcripſerit: cur vocetur epiſtola Catholica, & quænam ſit eius vtilitas. Quantum ad primum, vt ferè cætera, ex ipſamet epiſtola cognoſcitur (quod à paucis, vt dignum erat & congruum, obſeruari reperio) cum ſe dicit fratrem Iacobi, qui alterius Iacobi cognomento Alphæi, vel (quod idem eſt) Cleophæ filius erat, ideòque vocatur Iacobus Minor & Iacobus Alphæi. Multa ſanè dicit, præſertim Iudæis nuper conuerſis ad quos ſcribit, qui ſciebant patrem Iacobi & Iudæ inſignem quendam fuiſſe virum inter doctores Eſſenos, qui cognominabantur Alphæi, vt vidimus: a inde quoque notum erat eis, Iudam ex eadem Eſſenorum ſchola eſſe, qui cognominabantur Labij, quod cognomen propter eius inter eos celebritatem facile retinuit: nouerant inde, fratrem eſſe Simonis cognomento Cinæi, propter Cinæos qui inter eos eo temporè ſub Græco nomine Zelotæ

Quis huius Epiſtolæ auctor.

a Poſt legem cap. 7.

A lotæ dicebantur & maximæ erant auctoritatis. Vt inde quoque bene nos confirmatum habeamus, quod ſub nomine Thadæi de noſtro Iuda narrat Euſebius: [a] anno quadrageſimo tertio à Chriſti natali Edeſſam Syriæ profectum conuertiſſe ad fidem Abgarum Regem & populum Edeſſenum: illúmque vnum ex duobus Chriſti fuiſſe diſcipulis, quos ipſe Chriſtus adhuc viuens inter mortales, per epiſtolam, quam eidem Abgaro ſcripſerat, miſſurum ad eum promiſerat, poſt ſuam in Cœlum aſcenſionem. In eo tamen merito S. Hieronymus [b] diſſentit ab Euſebio, quod hunc Thaddæum non ex ſeptuaginta duorum diſcipulorum, ſed ex duodenario Apoſtolorum numero (vt verè fuit) fuiſſe tradit. Quæquidem Euſebij hallucinatio procedere facilè potuit ex nomine Thadæi, quem alium à Iuda multi malè ſunt arbitrati. Confirmatur autem quod Euſebius ſcribit ex eo quod cùm S. Iudas vir doctus extiterit, & præterea frater Chriſti conſobrinus, facile à Chriſto electus ſit, vt ad dictum Regem & populum Edeſſenum conuertendum mitteretur.

Zelota apud Iudæos magna fuerunt auctoritatis.
a Lib. 1. hiſt cap. 13.
Thadæus & Iudas idem ſunt.
b In Matth. cap. 10.

B

Quantum ad ſecundum: ex ipſo quoque textu Epiſtolæ [c] poſtea deducemus, quod cùm, vt omnes fere concedunt, S.
C Iudas ſcripſerit aduerſus pſeudo Apoſtolos, *qui Dei noſtri gratiam* (quo nomine Euchariſtiam intelligi putamus) *transferebant in luxuriam & ſolum Dominatorem & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negabant*, & præterea abque bonis operibus nos ſaluari poſſe docebant, Apoſtolus noſter auſam ſcribendi arripuerit ex Simonis Magi doctrina, quæ inter fideles per totem Iudæam Galilæam & Samariam circa prædicta capita diſſeminabatur. Vbi autem ſcripſerit, colligitur ex ſequenti paragrapho.

c verſ. 4.
2. Qua occaſione ſcripſerit.

Quantùm ad tertium de tempore quo ſcripſit, deducimus
D ex eo, quod cùm indicet ſe præſertim agere contra dictos pſeudo Apoſtolos, qui circa ſacram Euchariſtiam turpiſſima ac fœdiſſima opera patrabant & Ieſum Chriſtum ſolum mundi Saluatorem negabant, non ita eorum contra bona opera præmens hæreſim: tunc putamus ſuam contra eos epiſtolam emiſiſſe, quando illa impudiciſſima & ſalaciſſima opera perſpici & ab illis hæreticis exerceri, doceri, & in notitiam Apoſtolorum ve-

Digitized by Google

nire cœperunt. Quod quidem falſi ac nefandi dogmatis initium latet in iſtis verbis. *Subintroierant enim quidam homines impij, &c.* Quemadmodum aliam de fide ſine operibus hæreſim, à quo paulatim antea Simon cœperat animas peruertere, putamus à B. Iacobo vigilantiſſimo Ieroſolymorum antiſtite ac Iudæ noſtri fratre paulò ante refutatam fuiſſe ac ſuam ad Iudæos conuerſos epiſtolam propterea ſcripſiſſe antequam illæ horrendæ contra Euchariſtiam, Chriſtique ſupremum in Eccleſia dominium blaſphemiæ innoteſcerent, contra quas ex profeſſo S. Iudas agit in iſta epiſtola. A

a Verſ 4.

Cùm autem ex Irenæo poſtea [a] viſuri ſimus, Simonem magum anſam accepiſſe rebellandi contra Apoſtolos, ſuumque in eos & Eccleſiam virus euomendi ex repulſa quam à S. Petro recepit his ad eum verbis: *Pecunia tua tecum ſit in perditionem,* &c. [b] quæ repulſa, iuxta Baronium, [c] contigit anno Chriſti trigeſimo quinto: congruum eſt cogitare, poſt duos circiter annos peſſimam Simonis ſectam eiuſdémque de fide ſine operibus hæreſim apparuiſſe. Contra quam tunc B. Iacobus ſtylo benigniſſimo ſcripſit ſuam epiſtolam, vt rectè idem Baronius [d] ſcribit. Deinde cum eadem ſecta quotidie in peius proficeret ac multitudine creſceret, & tandem eo dementiæ perueniſſet, vt ſalaciſſimi eorum cœtus & turpitudines inciperent apparere: Iudas noſter frater Iacobi, hoc eſt, illius qui iam contra primum de fide ſine operibus errorem ſcripſerat, aliam contra horrendas iſtas turpitudines ſcripſit epiſtolam. Nempe, anno Chriſti circiter quadrageſimo. Anno verò ſequenti quadrageſimo primo rectè putat Baronius, Matthæum Euangeliſtam ſuum Euangelium protuliſſe. Itáque, primus omnium Eccleſiæ Euangelicæ ſcriptorum fuerit B. Iacobus, ſecundus Iudas noſter: tertius Matthæus, qui Euangeliſtarum primus ſcripſit. B C D

b Act 8 20. c Anno Chriſti 35. n. 3. *Quo tempore ſcripta fuit.* d An. Chriſti 63 n. 11. e An Chriſti 41 n. 16. *Iacobus primus poſt aſcenſionem, Iudas ſecundus, & Matthæus tertius ſcriptor fuit.*

Et quoniam cum iſta Iudæ epiſtola ſimul ſecundam Petri exponimus quam, vt ex eiuſdem verbis colligitur, ſcripſit morti proximus, id eſt, anno Chriſti ſexageſimo ſeptimo vel octauo: inde colligitur, non Iudam ex Petro, vt multi perperam exiſtimant; ſed potius Petrum ex Iuda quæ ſcriſit accepiſſe. Imò, cum Petrus adhuc manſiſſet in Iudæa vſque ad annum

Non Iudas à Petro, ſed Petrus à Iuda aliquid accepit.

Digitized by Google

Chriſti quadrageſimum quartum, quo (poſtquam ſeptennio rexit Eccleſiam Antiochenam circa quam virus Simoniacum eruperat & creuerat) Romam veniſſe conſtat ex Baronio: ipſemet proprijs oculis iſta & alia multa Simonis & gregalium eius viderat ſcandala, peſſimáque dogmata. Quæ tamen cum eſſet Romæ, quantumuis ab eodem Simone diuerſimodæ ibi laceſſitus prudenter diſſimulat; ne Gentiles ad luxurias & huiuſmodi inter ſacra ſua exercitas obſcœnitates nimium procliues, talia dogmata facile reciperent potius quàm puriſſimam fidei Chriſtianæ doctrinam, & ne qui ex Gentibus crediderant,
B tali contagio velut tenelli adhuc infantes faſcinarentur. Donec morti proximus, & cum præuideret hæreſim iſtam ex Iudæa & Galilæa in Europam, imò per Simonem magum in multorum mentes irrepſiſſe: cœpit per epiſtolam commouere de his, non omnes, ſed prælatos & Eccleſiæ proceres, vt iam & poſt obitum ſuum ab iſta peſtifera doctrina caueant. Epiſtola igitur Iudæ viginti ſeptem circiter annis ante ſecundam Petri ſcripta fuit: neque Petrus quod ſcripſit per epiſtolam Iudæ didicit, vel eius verba eligere voluit, ſed quod ipſemet in Galilæa proprijs oculis viderat, cùm opportuum fuit, &
C quibus decebat, ſcripſit. Et hæc ſit de huius epiſtolæ tempore noſtra ſententia.

Quæ Petrus viderat de Simone Mago non ſtatim ſcripſit ſed opportuno tempore.

De quarto, nempe, qua lingua & ſtylo ſcripſerit S. Iudas: ſatis in commentario noſtro apparebit & ferè conſtabit, non alio quem Hebraico, vel Syrochaldaico, qui pro Hebræo habebatur, ſcripſiſſe ſermone. Et confirmatur ex eo quod antea [a] ex ſcriptura probauimus, poſt aduentum ſpiritus Sancti inter Doctores ex circuncisione fideles priſcam adhuc diuiſionem apparuiſſe Hebræorum & Græcorum, hoc eſt, eorum qui ſacra Biblia non niſi Hebraicè legenda tenebant, & eorum qui
D Septuaginta interpretum verſioni mordicus adhærebant: & Apoſtolos alióſque Chriſti diſcipulos prioribus ita fauiſſe, vt qui per eos ad munia publica deſtinabantur & eligebantur ex Hebræorum ſola ſectæ aſſumerentur: vnde contigit *& factum* aliquando *eſt murmur Græcorum aduerſus Hebræos, eo quod deſpicerentur in miniſterio quotidiano viduæ eorum.* [b] Ergo tenendum cenſeo, Iacobum, Iudam & Matthæum, & ſi

4. Quo lingua & ſtylo ſcripta eſt.

a Poſt leg. Cap. 5.

b Act. 6. 1.

Rationes cur Hebraicè potius ſcripſerit Iudas quam Græcè.

Digitized by Google

qui alij ſcripſerint antequam Apoſtoli ex Iudæa per totum orbem diuiderentur, non alibi, neque alio quàm Hebræo, quod in Biblijs tantopere reuerebantur, idiomate ſcripſiſſe. Et maximè dum ſcribunt aduerſus primum hæreſiarcham, qui eo nomine tam ardenter perſequebatur Apoſtolos, quod linguam Hellenicam, ſeu Græcam, quam ipſe colebat, à ſynagogis Doctorúmque cœtibus arcere penitus viderentur: vt nos antea [a] cum ſub pellicis ſuæ Helenæ indignè tractatæ fabula voluiſſe docuimus.

a Poſt leg. Cap. 5.

Adde quod ſi B. Iacobus (vt de eo dicamus) lingua Græca non Hebraica ad duodecim Iudæorum tribus diſperſas ſcripſiſſet, non tam libenter approbaſſet aut toleraſſet Matthæi ad eoſdem Iudæos Hebraicè ſcribentis Euangelium: quod, ſicut aſſerit Athanaſius [b] *Expoſitum ſeu tranſlatum eſt à Iacobo fratre Domini ſecundum carnem qui & primus conſtitutus eſt Epiſcopus à ſanctis Apoſtolis in Ieruſalem.* De Matthæo omnes conſentiunt, De noſtro Iuda, nec dubito aut dubitandum cenſeo propter dictas rationes: & ex eo quod Arabicè ſcripta fuit, vt conſtat ex tranſlatione Petri Kyſterni, nec non Syriacè, quam tranſtulit Balthazarus Etzelius, non obſcurè deducitur ex Hebræo in has linguas redditam fuiſſe.

b In ſynopſi.

5. Quodnam ſit huius epiſtolæ argumentum.

Quintum quod quærebatur erat de huius epiſtolæ argumento: & facile ex ſecundo colligitur, & eius verbis nimirum, Eccleſiæ prælatos ad quos ſcribit feruenter hortatur, vt ab irruentibus in gregem Domini lupis hoc eſt, Simonianis hæreticis qui & Chriſti mundi Redemptoris ſupremum in Eccleſia dominium negant & multis luxuriæ ſordibus ſanctam Euchariſtiam blaſphemant: prædicit multis priſcorum pſeudoangelorum hoc eſt, eiuſdem inſtituti pſeudoprophetarum exemplis, futuram eorum ruinam & confuſionem. Probat exemplo S. Michaelis Archangeli, qui ſe reuerenter geſſit ergo Diabolum ſuum naturali ordine ſuperiorem, quàm præpoſterè & iniquè faciant iſti pſeudoapoſtoli, dum Ieſum Chriſtum caput Eccleſiæ Dominum ac Dominatorem eſſe negant. Præterea eos ad quos ſcribit hortatur, vt ab illis diligenter caueant, eóſque fugiant: & tandem eos ad mutuam

Digitized by Google

charitatem, aliáſque virtutes amplectandas excitat. Commune porrò iſti argumentum cum epiſtolis Iacobi, Petri, & Ioannis rectè facit Auguſtinus: [a] quoniam opinio erat exorta ſine operibus fidem ſufficere. An vero id contigerit occaſione ſumpta ex epiſtolis Pauli, vt dicere proſequitur Auguſtinus, non facile de hac epiſtola admitterem, quæ longe antè Epiſtolas Pauli ſcripta eſſe videtur, ex nuper dictis. *a lib. de fide & oper. c. 14.*

Sextum quæſitum ita concludimus: Quod ſicut certum eſt, non præcisè aduerſus Gnoſticos hanc epiſtolam fuiſſe ſcriptam, quorum hæreſis fuit poſterior Apoſtolicis temporibus, vt conſtat ex Irenæo, Epiphanio, aliíſque hæreſeologis; ſed directè contra ipſorum principem & auctorem, ipſumque primum hæreſiarcham Simonem cuius peſſima dogmata ab eo & eius aſſeclis per totam tunc Iudæam Samariam & Galilæam graſſari incipiebant: ita quoque dicimus, Iudam Apoſtolorum ad nuper conuerſos illarum præſertim regionum Iudæos ſcribere: non quidem omnes, quos de huiuſmodi putida doctrina informare non decebat: ſed ad paſtores, doctores, alióſque miniſtros Eccleſiæ, quorum erat aduerſus huiuſmodi hoſtes decertare & ſubintrantes lupos arcere. Quamuis & alios ex Gentibus conuerſos, maximè paſtores, facile etiam voluerit in ſua ſalutatione comprehendi. Nec obſtat quod Petrus in ſua ſecunda epiſtola ſcribat ad huiuſmodi Eccleſiæ proceres, qui de Gentibus ad Iudaiſmum erant conuerſi, vt viſuri ſumus. Nam cùm ſcripſit eam ex Roma, nondum Simoniana hæreſis in Europa planè cognita erat. Et ideo quod S. Iudas in Iudæa dicit in præterito tempore *ſubintroierunt enim quidam homines, &c.* [b] Petrus per futurum exprimit, *in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis, &c.* [c] *6. Ad quos ſcripta ſit.* B C *b Verſ. 4.* *c 2. Petr. 2. 1.*

D Quantùm ad ſeptimum quæſitum, Cur iſta Epiſtola vocetur Canonica, vel Catholica. Prius nomen à recentioribus expoſitoribus vſurpatur, vt peculiare ſeptem epiſtolis, quæ poſt epiſtolas Pauli & aliorum Apoſtolorum in canonem relatæ ſunt: vel quia ad Canonicam ſcripturam pertinent: vel quia auctores Canone Sanctorum comprehenduntur, cùm ſint Apoſtoli: vel quia continent canones & regulas credendarum, agen- *7. Cur vocetur Canonica.*

datúmque rerum. Biblia Complutenſis ſolam Iacobi cum titulo nominant, & quidem *Canonicæ*. Sed merito Iodocus Clictoneus, [a] Feuardentius [b] & alij ſuſpicantur imperitia ſcriptorum factum eſſe, vt commutatis aliquibus mediarum ſyllabarum literis, pro Catholicis Canonicæ dictæ ſint: omnes enim ſeptem epiſtolæ Catholicæ perpetuò vocantur à Hieronymo: [c] ſicut apud omnes Græcos in Catalogo librorum. Sic Iſidorus nominat epiſtolas Petri, & frequentius nomen eſt his datum epiſtolis: cuius rei cauſam affert Oecumenius, [d] nec non Leontius [e] & Iſidorus, [f] quòd non ad vnam ſcribantur gentem velut Pauli epiſtolæ, ſed generaliter ad omnes.

a In Damaſc.
b In epiſt. Iacobi.
c Lib de viris illuſtr. cap.7.
d In epiſt. Iacobi.
e De ſectis actione 1. tom.4 Bibliothec. patrum
f 6. Etym c 1.

Iacobi & Iudæ epiſtolæ præſertim vocantur Catholicæ & cur.

Sed planè notandum: quod emendata Biblia Latina & Sixtiana hoc nomen non appinxerint niſi primæ, quæ eſt Iacobi, & vltimæ, quæ Iudæ: imò, in commentario Clementis Alexandrini, ſola noſtra hæc Iudæ nomen habet Catholicæ: cuius cauſa apud me eſt, non quia ad omnes fideles ſcriptæ ſint, cum ad ſolos paſtores eas præciſè credimus fuiſſe mandatas: ſed quia continent ea, quæ omnes generaliter credere tenentur. Quo pacto & ſenſu paulo antequam ſcriberentur, ſymbolum fidei factum fuerat, in quo nomen iſtud vel agnomen datum fuerat Eccleſiæ Chriſtianæ in illo articulo *Credo ſanctam Eccleſiam Catholicam.* Vnde conijcitur Iacobi & Iudæ epiſtolas primis illis ſcriptas fuiſſe temporibus: quando primò nomen iſtud cœpit vſurpari.

8. Quæ ſit eius vtilitas.

Octauum & vltimum quæſitum de huius epiſtolæ vtilitate ſic complectimur: vt cum R. P. Feuardentio Minorita doctiſſimo dicam, adeo breui ſermone ſingula fere capita religionis noſtræ tum ad fidem, tum ad mores pertinentia hîc comprehendi, vt vel iſto nomine rectè Catholica nominetur: & de hac affirmari poſſit, quod Tertullianus in re ſimili ſcripſit, detractam & exertam eſſe, & ipſa ſui breuitate fœcundam. Siquidem in ea deprehendi poteſt perſonarum Trinitas cum vnitate naturæ: [g] in verſiculo primo, Pater; ſæpe filius; & vigeſimo Spiritus ſanctus: ſalus per Chriſtum cunctis hominibus parta, [h] eius meritum, & ſupremum in Eccleſia dominium, [i] ſacroſanctæ Euchariſtiæ myſterium [k] aduen-

g Verſ. 1.
h Verſ.25.
i Verſ 4.
k Verſ 4.8.

A tus Chriſti ad iudicium [a] exhortatio ad virtutes morales & a Verſ. 14.
Theologicas amplectendas ad cauenda vitia præſertim luxu- 15.
riæ, inobedientiæ & rebellionis in Deum & homines, qui b Verſ. 4 5.
magiſtratum gerunt, [b] admonitio ad paſtores & prælatos Ec- 6 7 8 10.
cleſiæ pro vigilantia adhibenda contra pſeudoprophetas & 12. 16. 20. 22.
hæreſiarchas: [c] multiplex cognitio myſteriorum legis, præ- c Verſ. 3 23. 24.
ſertim naturalis, cum exemplis quorundam prophetarum,
quorum punitio vergit in exemplum poſteriorum & maximè
neotericorum hæreticorum, qui ſuis hic omnibus coloribus
apprimè depinguntur, certíſque ſuis notis indicantur. [d] Et d Verſ. 4. 8 10 12. 16.
B tandem, comperitur in multis, quanta fuerit Eccleſiæ primis 18. 19.
Euangeliis temporibus, cum ea quæ ab Adam vſque ad Moyſen
fuit, analogia.

Digitized by Google

574

EPISTOLA
B
CATHOLICA
B. IVDÆ APOSTOLI.

1. IVDAS Ieſu Chriſti ſeruus, frater
autem Iacobi, his qui ſunt in Deo
Patre dilectis, & Chriſto Ieſu
conſeruatis & vocatis.
C 2. Miſericordia vobis & pax &
charitas adimpleatur.
3 Chariſſimi, omnem ſolicitudinem faciens ſcribendi vo-
bis de communi veſtra ſalute, neceſſe habui ſcribere
vobis: deprecans ſupercertari ſemel traditæ ſanctis fi-
dei.
4. Subintroierunt enim quidam homines (qui olim præ-
ſcripti ſunt in hoc iudicium) impij, Dei noſtri gratiam
transferentes in luxuriam, & ſolum Dominatorem
D & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negantes.
5. Commonere autem vos volo, ſcientes ſemel omnia,
quoniam Ieſus populum de terra Ægypti ſaluans, ſe-
cundò eos, qui non crediderunt, perdidit.
6. Angelos verò, qui non ſeruauerunt ſuum principatum,
ſed dereliquerunt ſuum domicilium, in iudicum ma-

gni diei, vinculis æternis ſub caligine reſeruauit.

7. *Sicut Sodoma & Gomorrha & finitimæ ciuitates ſimili modo exfornicatæ, & abeuntes poſt carnem alteram, factæ ſunt exemplum, ignis æterni pœnam ſuſtinentes.*

8. *Similiter & hi carnem quidem maculant, dominationem autem ſpernunt, maieſtatem autem blaſphemant.*

9. *Cùm Michaël Archangelus cum diabolo diſputans altercatur de Moyſi corpore, non eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ: ſed dixit, Imperet tibi Dominus.* B

10. *Hi autem, quæcúmque quidem ignorant, blaſphemant: quæcúmque autem naturaliter, tanquam muta animalia, norunt, in his corrumpuntur.*

11. *Væ illis, quia in via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effuſi ſunt, & in contradictione Core perierunt.* C

12. *Hi ſunt in epulis ſuis maculæ, conuiuantes ſine timore, ſemetipſos paſcentes, nubes ſine aqua, quæ à ventis circumferuntur, arbores autumnales, infructuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ.*

13. *Fluctus feri maris, deſpumantes ſuas confuſiones, ſidera errantia: quibus procella tenebrarum ſeruata in æternum.*

14. *Prophetauit autem & de his ſeptimus ab Adam Henoch, dicens: Ecce venit Dominus in ſanctis millibus ſuis.* D

15. *Facere iudicium contra omnes & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impie egerunt, & de omnibus duris, quæ locuti ſunt contra Deum peccatores impij.*

Digitized by Google

A 16. *Hi ſunt murmuratores queruloſi, ſecundum deſideria ſua ambulantes, & os eorum loquitur ſuperba, mirantes perſonas quæſtus cauſa.*

17. *Vos autem chariſſimi, memores eſtote verborum, quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

18. *Qui dicebant vobis, quoniam in nouiſſimo tempore venient illuſores, ſecundum deſideria ſua ambulantes in impietatibus.*

B 19. *Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales, Spiritum non habentes.*

20. *Vos autem, chariſſimi, ſuperædificantes voſmeipſos ſanctiſſimæ veſtræ fidei, in Spiritu ſancto orantes.*

21. *Voſmetipſos in dilectione Dei ſeruate, expectantes miſericordiam Domini noſtri Ieſu Chriſti in vitam æternam.*

22. *Et hos quidem arguite iudicatos.*

C 23. *Illos verò ſaluate, de igne rapientes. Alijs autem miſeremini in timore: odientes & eam, quæ carnalis eſt, maculatam tunicam.*

24. *Ei autem qui potens eſt vos conſeruare ſine peccato, & conſtituere ante conſpectum gloriæ ſuæ immaculatos in exultatione in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

25. *Soli Deo Saluatori noſtro, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, gloria & magnificentia, imperium &*
D *poteſtas ante omne ſæculum, & nunc et in omnia ſæcula ſæculorum. Amen.*

Digitized by Google

B. Iudas. P. Petri Epiſt. 2. Cap. 1.

Verſ. 1. *Iudas Ieſu Chriſti ſeruus frater autem Iacobi his qui ſunt in Deo Presbyter dilectis & Chriſto Ieſu conſeruatis.*

Verſ. 1. *Simon Petrus & Apoſtolus Ieſu Chriſti, ÿs qui coæqualem nobiſcum ſortiti ſunt fidem in Iuſtitia Dei noſtri, & Saluatoris Ieſu Chriſti.* B

IVDAS. SIMON PETRVS.

B PETRVS, qui in ſua priori epiſtola ſolum Petri nomen vſurpauerat in titulo, cùm in iſta idem tractet ac S. Iudas argumentum, Simonem quoque ſe vocat, vel vt per additionem nominis Petri, ſe diſtinguat à B. Simone fratre Iuda, vel potiùs à Simone mago, contra cuius diſcipulos, & aſſeclas ſcribere præſertim intendit, vt optimè ſentit Adamus Salbout. Quamuis & in titulo Syriaco prioris epiſtolæ iungatur iſta duo Simon Cephas. C

Quantum ad noſtrum Apoſtolum tribus nominibus illuſtratur; vocatur enim Iudas, Thadæus & Lebæus. De primo nomine optimè notarunt Serarius,[a] & Lorinus,[b] Iudæis olim morem fuiſſe, vt ſi quis tres vel quatuor litteras ineffabilis nominis Dei יהוה haberet initio ſui nominis, non temerè illo nomine, præſertim in colloquio familiari, appellaretur, ſed alio factitio, quod vel ſimile foret, vel rem eandem proximè ſignificaret. Et certè, cum apud eos multa & D ferè omnia nomina propria aliquid generale ſignificent propter euentum, aliamve cauſam, propter quam imponuntur, vt Seth, poſitionem; Abel, luctum; Ioſue, vel Ieſus, ſaluationem; Iuda, vel Iudas, confeſſionem, & ſic de aliis multis: facile eſt per literas quas vocant ſeruiles, ſignificatione manente, nomina mutare; vt aliquando vidimus [c] de nomi-

a Tract. de Apoſtolis cap 98.
b In Act. Apoſtol. c. 1. verſ. 13. & in epiſt. Iudæ v. 1.
Iudæi mutabant nomina quæ plures litteras habebant nominis Iehoua.
c Ante leg. lib. 2. c. 2.

Digitized by Google

A ne בִּינָן *Cainam*, quod eſt, *ſicut columba*, mutato in nomen יונתי *Ionathi*, id eſt, columba mea: & idem dicere poſſumus de nominibus Hebraicis אַלְפַּי *Alphi* Latinè Alphæus, & כְּלְאַפִּי *Cleophi*, id eſt, ſicut Alphæus, Græcè verò χλεοπας, quod Iacobi Minoris progenitoris cognomen eſſe viſuri ſumus. Similiter nomen יְהוֹשֻׁעַ *Iehoſuagh*, id eſt, ſalus aut ſaluatio eiuſdem notionis eſt in voce יְהוּדָה *Theſoughah*. Idem eſt de nominibus יְהוּדָה *Iehoudah*, & תּוֹדָה *Thoudah*, vel *Thoda*, quæ Latinè dicimus Iudas & Thadæus, vtrúmque enim importat confeſsionem: idémque eſt ali-
B quem vocari Thadæum, (vt apud Matthæum [a] & Marcum [b] Apoſtolus noſter appellatur) ac vocari Iudam. Quòd vltimum nomen tam in ſcripturis vtriuſque teſtamenti, quàm apud Ioſephum & alios frequentiſsimum eſt: ſicut ab ipſo noſtro Apoſtolo in huius epiſtolæ principio electum eſt, & alteri præpoſitum eſſe videtur: vt in illo primum huius nominis virum, ex cuius ſtirpe oriundus eſt Ieſus Saluator mundi, cuius ſe mox humilem ſeruum profitetur, tantùm honoraret: quantùm alius omnium mortalium ſceleſtiſsimus filij Dei proditor tale nomen in ſe polluerat, & execra-
C bile reddiderat. Adde quod ex iis quæ in tota hac ſubiungit epiſtola prudentiſsimè ac veriſsimè oſtendit, quantum inter ſe & Iſcariotem ſit diſcriminis.

Hinc factum eſſe videtur, vt poſt Euangeliſtas Lucam [c] & Ioannem, [d] Eccleſia hoc iſtius Apoſtoli nomen deinceps retinere non dubitauerit, tam in Martyrologio & Calendario, quàm in officio Eccleſiaſtico: quamuis in Litaniis & Canone Miſſæ Thadæi nomen vſurpet, Marcum & Matthæum imitata. Quòd autem Iudas noſter Zelotes appellari legitur apud Hieronymum, [e] Sophronium [f] Iſidorum [g] &
D alios: quamuis qui Lebæus vocatur, poſsit, & Cinæus, id eſt Zelotes, appellari, eo quod Lebæi & Cinæi eiuſdem eſſent inſtituti, vt vidimus: [h] meritò tamen Baronius [i] nominum in noſtro Apoſtolo confuſionem eſſe dicit. Nec admittendum quod Dorotheus [k] habet, Simonem cognomento dictum eſſe Iudam: ſed pro certo tenendum, Simonem & Iudam duos fuiſſe Apoſtolos: idémque eſſe Thadæum & Iudam, neutrum eſſe cognomen. Cùm ergo Simon & Iudas fratres

a Cap. 10. 5.
b Cap. 3. 18.
Cur Apoſtolus noſter Iudæ, non Thadæi nomen elegit.
c Cap. 6. 16. & Act. 1. 13.
e Cap. 14. 42.
Idem quoque nomen elegit Eccleſia.
e in epiſt. ad Galat. c. 4. & contra Heluidiũ.
f apud Hieronym. de ſcript. Eccl.
g in Simone.
h Poſt leg. Cap. 6.
i An. Chriſti 68.
k in Synopſi.
Iudã non eſſe cognomen Simonis Apoſtoli.

Digitized by Google

eiuſdem eſſent inſtituti, nempe ex ſcribis & doctoribus, & primus eſſet ex ſchola eorum qui cognominabantur Canæi, ſed legitimè Cinæi, alter verò ex ſchola eorum qui dicebantur Labæi: idcò Simon cognominabatur Cinæus, id eſt, Zelotes: Iudas verò, Lebæus. Quod ex antea [a] dictis & Latinis expoſitis compertum omnino fit. Et hæc de tribus Iudæ nominibus.

a Poſt leg. cap. 6.

B. Iudas.	B. Petrus. Epiſt. 2. Cap. 1.
Verſ. I. *Chriſti ſeruus.*	Verſ. I. *Seruus & Apoſtolus Ieſu Chriſti.*

QVemadmodum Iudas agens ex profeſſo contra hæreticos, *qui ſolum Dominatorem & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negabant*, quaſi contrariũ profitendo ſe Ieſu Chriſti ſeruum appellat: ſic B. Petrus ſe eiuſdem Ieſu Chriſti ſeruum nominat vt, inſuper, ſe dicat Apoſtolum, tanquam primum inter Apoſtolos, & totius Eccleſiæ militantis viſibile caput & paſtorem: cuius eſt dubia in rebus fidei exponere, & expoſita confirmare. Vnde conijci poteſt, non Iudam poſt Petrum, ſed potius poſt Iudam Petrum contra iſtos ſcripſiſſe, vt Iudæ verbis pondus & auctoritatem tribueret: & hæreticos Iudæ doctrinam fortaſſe parui pendentes, & in ſuo errore perſeuerantes ſupremæ ſuæ auctoritatis fulmine contereret.

B. Iudas ſcripſit ante B. Petrum.

Porrò, qui in Galilæa ex ſcribarum doctorúmque Synagogis electi à Chriſto, & ad Apoſtolatum vocati ſunt (quales fuiſſe diximus Bartholomæum, Iacobum Minorem, Simonem & Iudam, & ſuſpicari poſſumus de Philippo, qui poſtquã à Chriſto vocatus eſt, ita, velut in lege & prophetis verſatus dixit viro docto Nathanaëli, *Quem ſcripſit Moyſes in lege & prophetæ inuenimus Ieſum filiũ Ioſeph à Nazareth,* [b] nam ex his eius verbis idem colligunt Auguſtinus, [c] Cyrillus Theophylactus, Enthymius, Rupertus, & alij) illum pro magiſtro & domino ſeque eius diſcipulos & ſeruos ſtatim & deinceps agnouerunt, vt patet ex Nathaelis, id eſt, Bartholomæi profeſſione, cùm dixit Chriſto, *Rabbi, tu es filius Dei, tu es Rex Iſrael.* Dum enim D

b Ioan. 1. 45.
c Tract. 7. in Ioan.

Nathanaelis ad Chriſtum verba exponuntur.

Digitized by Google

A iſte Iſraëlita legis doctor vocat eum Rabbi, vt poſtea paſſim ab alijs cœpit appellari pro doctore & magiſtro eum agnoſcit: cum vocat eum filium Dei, vnigenitum Patris eterni, eique conſubſtãtialem eſſe profitetur, ad quem ſolũ omnes prophetæ, qui per gratiã filij Dei dicebantur & erant, ſuas prophetias dirigebant: quaſi dicat, tu es filius Dei naturalis omnium filiorum Dei corypheus. Cum verò nominat eum Regem, & velut rectorem, Iſrael: eodem ſenſu id facit, quo quondã in Galilæa Eliſæus magiſtrũ ſuum Eliã vocauerat *currum Iſrael & aurigã eius*, a id eſt, generalem prophetarum archimandritam, in quo, a 4. Reg.
B velut in curru, qui ſpiritu Dei ducebãtur, erant aggregati & ad nutum eius moderati. Niſi quod longe dignior eſt honoris titulus, ſolique Meſſiæ conueniens, vt ſit Rex Iſraël, id eſt, priſcorũ prophetarũ ſupremus & digniſſimus moderator. Quippe qui verbum Dei à mundi principio *multifariam multiſque modis loquebatur patribus in prophetis*, [b] & eorum ora mentéſq; b Heb. 1. 1.
implebat dirigebat ac moderabatur. Agnoſcit ergo eum Nathanaël ſupremum prophetarũ magiſtrũ; ſecundò, filium Dei naturalem: tertiò dignißimum cum plenitudine poteſtatis omnium Dominum.

C Quæ tria, & præſertim ſecundum & tertiũ vno verbo comprehẽdit Iudas noſter cum ſe vocat Ieſu Chriſti ſeruum: idque in principio epiſtolæ, cuius intentũ præcipuuſque finis eſt con- *Cur S. Iudas ſe ſeruũ Chriſti nominat.*
fundere pſeudo apoſtolos qui tunc oriebantur in Simone mago & eius aſſeclis *ſolum dominatorem & Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtũ negantes*. c At ſi priuſquã eorum hæreſim aggrediatur c Infra verſ. 4.
refellere, ſe veram & ex diametro oppoſitã doctrinam tenere profiteatur. Quod & alij qui poſt eum ſcripſerunt Apoſtoli diligenter obſeruarunt, Petrus, [d] Paulus, [e] & Iacobus [f] nec non Ioannes, qui ſe Dei ſeruum vocat in Apocalypſi [g] vbi etiã ſer- d Epiſt 2. 1. e Epiſt ad Rom Tit & Philip. f Initio Epiſt g In principio
D uos Dei, & Chriſti nominat Epiſcopos omnéſq; fideles, vt faciunt quoque Petrus [h] & Paulus. [i] Et Petrus, qui in priori ſua epiſtola Apoſtolum Ieſu Chriſti ſe nominat in ſecunda, quam contra eoſdem pſeudo apoſtolos ſcribit, Apoſtoli titulo præponit nomen ſerui eadem ſerie & mente quã noſter Iudas. h Epiſt 1. c. 2. 16 i 2. Timoth. 2.

Nimirum, tanti ponderis eſt, vt Ieſum Chriſtum filium Dei Dominũ noſtrũ noſque ſeruos eius agnoſcamus, & vt Deus, & vt filius hominis eſt: vt ipſe in qua nocte tradebatur, quaſi hanc Rom 6. 22. 1 Cor 7. 22. Ephe. 6. 6.

à tuis profeſsionem exigens dixerit eis *Vos vocatis me magiſter & Domine, & bene dicitis, ſum etenim.*[a] Proinde ab eiſdem pro articulo fidei datũ nobis eſt, vt *credamus in Ieſum Chriſtũ filium Dei vnicum Dominum noſtrũ*. Verè autem magna dignitas eſt, ſeruum eſſe Ieſu Chriſti, qui Deus eſt: quo nomine paſſim ſe vocat & gloriatur Rex Dauid.[b] Quo ipſemet Deus Satanam alloquens ſemel & iterum vocauit dilectiſsimum ſuum Iob.[c] Nóſque alibi de hac honorifica ſeruitute tractãtes notauimus, ferè omnes Patriarchas Deíque amicos pro maximo habuiſſe appellari ſeruos Dei, & ab eo prçſertim tempore, quo ſanctiſsimus & ſapientiſsimus Noe benedicens filiis ſuis vim & culmen ſuarũ benedictionũ in hoc poſuit, vt omnes eius filij, vel etiam Cham & Chanaan (nam plures tribus genuiſſe non credimus) eſſent ſerui Dei. Hoc enim exigit textus originalis *Benedictus Dominus Deus Sem, & ſit Chanaan ſeruus eis.*[d] Eſt enim ſenſus: Deum ſolum eſſe dominum Sem propter eius in Eccleſia ſupremam ſub Deo auctoritatem: cui & Deo Chanaan ſeruire debet, id eſt, inferiorem ac ſubditum eſſe. Similiter cùm addidit, *Dilatet Dominus Iapheth & habitet in tabernaculis Sem, & ſit Chanaan ſeruus eis*: ſenſus eſt, Iaphethum præfici debere locis ſacris, ſuper quæ ſummam habet Sem auctoritatem: & quod Chanaan ſeruus erit Dei, Semi & Iaphethi.

A — a Ioann. 13. 13. — *Seruum Ieſu Chriſti nominari valde eſt honorificum.* — b Pſal 18. 1. 30. 17. 77. 70. 79. 5. 85. 2. & alibi ſæpe — c Iob 1. 8. 2. 3. 42. 7. 8. — B — d Geneſ. 2. 26.

Antiquiſsimus ergo çquè ac nobiliſsimus eſt titulus ſerui Dei, & qui in Apoſtolatu Deo miniſtrarunt, tam illuſtres eius diſpenſatores extiterunt; vt principes totius orbis terræ fuerint: quem etiam nunc valde decet Iudam priſcorum prophetarum humilitatis ac pietatis ſectatorem, qui nondum audet ſe Apoſtolum aut Dei nuncium appellare, quia nodũ forſitan ad longinquas regiones miſſus fuerat. Sicut nec B. Iacobus in ſua epiſtola, qui vſque ad mortem manſit in Ieruſalem. In quo & modeſtiam agnoſcunt Dionyſius, Richelius, Carthuſianus & Lyranus ſimul cum prudentia, vt ſe ſeruum non Apoſtolum inſcripſerit. Quod tantò magis in Iuda nos facimus, quantò ſancti fratris imitator ſic modeſtiùs ſe habet agens contra eos hæreticos, qui falsò ſe jactabant Apoſtolos & Ieſum ſolum dominatorem eſſe negabant. Quod dictum ſit propter illos, qui ex eo quod B. Iudas vocat ſe ſeruum Ieſu Chriſti, male prorſus inferunt non fuiſſe Apoſtolum. D

Frater

Frater autem Iacobi.

EX eo quod poſtea [a] viſuri ſumus Iacobum hunc Ieroſolymorum Epiſcopum & S. Iudæ fratrem ſuum primo contra eoſdem hæreticos, contra quos ſcribit nunc Iudas, ſcripſiſſe epiſtolam, optima ratio deducitur, cur nunc iterum contra eos certandi neceſſitate compulſus Iudas ſe fratrem eius eſſe dicat, qui & authoritate ſpeciali & inſigni doctrina eadem de re ante ſe ſcripſerat. Sed inſuper alia communis eſt ratio,
B quod tanti faciat huius viri ſanctitatem & merita, vt poſtquam ſe Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruum eſſe profeſſus eſt ac nominauit, ſtatim quaſi pro inſigni & honorifico titulo ſe vocet fratrem Iacobi. Ideo operæpretium eſt breuiter oſtendere, quis quantúſque vir fuerit iſte Iacobus: de quo propterea quatuor præſertim videnda ſunt, nempe, qui ſint eius progenitores, quot & quæ habuit nomina, quod vitæ genus aut ſtatus antequam eſſet Apoſtolus, & quanta fuerit eius ſanctitatis præſtantia.

a Verſ. 4.

Cur B. Iudas ſe fratrem Iacobi nominat.

Quantum ad primum ſoluenda prius eſt illa quæſtio, An
C tres fuerint qui Iacobi dicerentur, vt pote: Iacobus frater Ioannis Euangeliſtæ, filiúſque Zebedæi; Iacobus, qui Alphæi dicitur; & Iacobus, qui & frater Domini & minor & iuſtus cognominatur? Sunt enim qui tres diſtinctos eſſe tenent: ita vt duo primi ſint Apoſtoli; tertius verò primus Ieroſolymorum Epiſcopus, ſed non Apoſtolus. Huius ſententiæ ſunt Epiphanius, [b] Hieronymus, [c] Nicephorus, [d] Cyrillus Ieroſolymitanus, [e] Dorothæus, [f] & ex recenſioribus Turrianus, [g] qui multos citat Patres, dicentes Iacobum Ieroſolymorum Epiſcopum ordinatum fuiſſe à Petro, Ioanne & Iacobo eius fratre.
D Vnde inferunt; parem cum Apoſtolis non habuiſſe poteſtatem, & proinde non fuiſſe Apoſtolum.

Quæſtio de tribus Iacobis ſoluitur.

b Hæreſ. 76.
c In Eſa. 17 & 1 ad Galat.
d 2. hiſt. cap. 44.
e Catech. 14.
f In ſynopſi.
g In Clem. libros Conſt. lib. 6. cap 12.

Quorum Patrum de tribus Iacobis ſubſcribo ſententiæ: in hoc tamen ſenſu, vt vnus dicatur Iacobus cognomento Cleophas, vel Alphæus, quod idem eſt: ſecundus ſit Iacobus eius filius & cuius comparatione Minor cognominatur, & etiam Iacobus Alphæi, ſupple filius, nec non frater Domini, Oblias & Iuſtus, cuius ſe nunc vocat fratrem S. Iudas: tertius eſt Ia-

548

Digitized by Google

Iacobus non vocatur minor reſpectu Iacobi qui eſt filius Zebedæi: ſed reſpectu ſui genitoris, qui vocabatur Iacobus.

cobus filius Zebedæi & Ioannis Euangeliſtæ germanus, quem male nonnulli dici maiorem putant reſpectu Iacobi noſtri. Iſta enim maioritas & minoritas eſt inter patrem & filium, vt nunc quoque paſſim videmus fieri: inter Iacobum, inquam, Alphæum & inter Iacobum Iacobi Alphæi filium. Vt autem ſciamus iſtius patrem duplici cognomine donatum fuiſſe nempe Alphæi & Cleophæ, meminiſſe debemus eorum quæ paulo ante diximus, apud Hebræos ſæpe nomina quæ conueniunt in radicalibus, per additionem literarum ſeruilium notionem non mutare: Ita vt Iudas & Thodas idem ſignificent, Ionathi idem quod Cainan; Teſoughagh idem quod Ieſouagh: ſic ad propoſitum Cleophas idem denotat quod Alphæus. Dum enim dico Alphæus, intelligo virum, qui Alphæorum more viuit: cum dico Cleophas, hoc eſt, ſicut Alphæus, idem prorſus ſignifico. Quod in alijs linguis oſtendere non poſſumus niſi circumloquendo: vt ſi diceremus Romanus & Romanè viuens. B

Nomina Cleophas & Alphæus idem ſignificant.

Cùm igitur Cleophas & Alphæus idem ſignificent: idem quoque eſt Iacobus Cleophas, & Iacobus Alphæus. Vnde Baronius [a] optimè iudicat Iacobum Minorem eſſe filium viri qui vocabatur Alphæus: idque poſt Athanaſium [b] qui vocat eum *filium Alphæi*. Quòd autem pater Iacobi Minoris ita vocetur, patet: quia cùm iuxta conſuetudinem Iudæorum & aliorum gentium vxores à viris cognomen accipiant, illa mulier, quæ propter filios in Euangelio [c] vocatur *Maria Iacobi & Ioſeph mater, & Maria Iacobi minoris*: eadem propter maritum & *Maria Iacobi*, [d] & *Maria Cleophæ* nominatur, hoc eſt, vxor viri, qui nomine Iacobus, cognomine Cleophas aut Alphæus, pater eſt Iacobi Minoris. Ita vt, pater ſit Iacobus maior, filius verò, Iacobus minor: idémque ſit Iacobus maior ac Iacobus Cleophas & Iacobus Alphæus: ſicut idem eſt *Iacobus minor*, [e] & *Iacobus Alphæi* [f] nempe, filius. Nam ſicut vxores à maritis, ita & filij à primibus cognominantur. Quod autem mater Iacobi minoris vocetur abſolutè *Maria Iacobi* non propter filium, ſed propter maritum patrem Iacobi minoris, patet ex eo quod iuxta textum Syriacum primi capitis Actuum Apoſtolorum, [g] Iudas noſter frater Iacobi, vocatur filius Iacobi, ſicut & fratres eius, Simon qui vocatur zelotes, &

a An. Chriſti 63.
b In ſynopſi.
c Matth. 27. 56. Marci 15. 40.
d Marc. 16. 1. Luc. 24. 10.
e Marc. 15. 40.
f Matth. 10. 3. Marc. 3. 18. Luc 6. 15. Act. 1. 13.
g Verſ. 13.

noſter Iudas: & in Euangelio Lucæ [a] legimus *Simonem Zelotem & Iudam Iacobi*, nempe filios. a Cap 6.15.

Itáque virorum quatuor, nempe Iacobi minoris, Ioſephi, qui cognominatus eſt iuſtus, Simonis & Iudæ pater vocatur Iacobus cognomento Cleophas aut Alphæus. Et ſic tres erunt Iacobi; Iacobus Zebedæi filius, Iacobus Cleophas aut Alphæus, & Iacobus Alphæi: quorum primus & tertius fuerunt Apoſtoli: ſecundus autem minimè.

Cum igitur illa, quæ dicitur *Maria Iacobi, & Maria Cleophæ*; ſit ſoror matris Ieſu, nempe B. Virginis, vt patet ex Ioanne: [b] & cum illa viueret adhuc tempore paſſionis Chriſti quando *ſtabat iuxta crucem Ieſu mater eius:* [c] piorum omnium auribus intolerabilis, ſed & falſa ſententia eſt illa, quæ tenet S. Ioſeph B. Virginis ſponſum eodem tempore duas habuiſſe vxores, nempe Mariam Iacobi minoris matrem & ſanctiſſimam Dei genitricem. Perit quoque ſententia Epiphanij [d] & aliorum multorum, qui dicunt dictam Iacobi & Ioſeph matrem fuiſſe vxorem B. Ioſeph. Imò eum ſemper integerrimum virginem extitiſſe nullíque vnquam matrimonio iunctum quàm Mariæ Deiparæ, communior iam ſententia eſt. Quamuis admittendum videatur Cleopham ſeu Iacobum Alphæum, patrem Iacobi minoris, fuiſſe Ioſeph ſponſi B. Virginis fratrem: & tenendum quod male negat Baronius [e] Mariam Cleophæ eandem eſſe ac Mariam quæ in Euangelio vocatur mater Iacobi minoris & Ioſeph, ſororque B. Mariæ. Sanctus ergo Iacobus eſt filius Iacobi cognomēto Cleophæ vel Alphæi & Mariæ ſororis Virginis Dei paræ, nec non frater ac germanus noſtri Apoſtoli Iudæ, Chriſti verò conſobrinus.

b Cap. 19. 25.

c Ioan. 19. 25.

B. Ioſephum alteram cum B. Virgine vxorem habuiſſe nempe Mariam Cleophæ falſum eſt.

d Hæreſ. 78.

e In apparatu.

Non igitur, vt Epiphanius, Hieronymus, Cyrillus Ieroſolymitanus & alij ante citati Patres dicebant, alius eſt Iacobus Alphæi & Iacobus minor, qui & frater Domini & iuſtus cognominatur: ſed vnus ac idem homo eſt, qui & primus Ieroſolymorum Epiſcopus fuit, parémque cum Apoſtolis alijs habens auctoritatem: proinde non à B. Petro & duobus fratribus Iacobo & Ioanne ordinatus, vt ipſi patres dicebant; ſed fortaſſe de eorum conſilio, communíque conſenſu Eccleſiæ Ieroſolymitanæ pontificatum accepit. Sic enim intelligo quod Euſebius, [f] ex Clemente Alex. citat his verbis: *Clemens in ſex-*

Iacobus Alphæi idem eſt qui Iacobus minor, frater Domini & iuſtus cognominatur.

f In Chronic. & in hiſt lib. 2. cap. 1.

Digitized by Google

ὑποτυπώσεων de Iacobo ſcribens refert: Petrum & Iacobum & Ioannem poſt Saluatoris ad cælos aſcenſum, cùm eſſent à Domino ſummum dignitatis gradum adepti, non de gloria & honore contendiſſe inter ſe, ſed vno conſenſu Iacobum iuſtum Ieroſolymorum Epiſcopum deſignaſſe. De quo Paulus ait: [a] *Alium Ieroſolymis Apoſtolorum vidiſſe neminem, niſi Iacobum fratrem Domini*, nempe conſobrinum, vt patet ex dictis: quem etiam cum *Cepha & Ioanne Eccleſiæ columnam* nominans, ſatis apertè oſtendit, eundem eſſe Apoſtolum vt Petrum & Ioannem. Quam ſententiam ſequitur nominatim Euſebius Cæſarienſis, [b] Clem. Alexandrinus, [c] Hieronymus, [d] Chryſoſtomus, [e] Iſidorus, [f] Baronius, [g] Lorinus, [h] & alij.

a Galat. 1. 19.
b 2. hiſt. cap 1.
c Lib 6. ſtrom.
d Ad Heluid.
e Hom. 33. & 44. in Matth & 47. in Ioan.
f De vita Sanct. cap. 7.
g An. Chriſto 44.
h In act. cap 1. verſ. 13.

Ad ſecundum quod quærebamus de Iacobi nominibus iam facile fit ſatis: vocatur enim Iacobus Alphæi, Iacobus minor, frater Domini, iuſtus & Oblias. Quod vltimum nomen Baronius [i] latine interpretatur populi præſidium & iuſtitiam: quo, ſicut & nomine iuſti cognominatus eſt, propter ſingularem iuſtitiæ præſtantiam. Quamuis in libris Machabæorum, & apud Ioſephum ſicut in nouo teſtamento multi alij eandem ob cauſam iuſti cognominentur, ex priſcorum patriarcharum more, qui ferè omnes hoc etiam cognomine donati leguntur, vt vidimus. [k]

i An. Chriſti 63
k Poſt leg. cap 2.

Quantum ad tertium quæſitum, iam ſupra [l] non ſemel diximus, eum quando à Chriſto vocatus eſt, ex doctorum ſynagoga fuiſſe quæ dicebatur Alphæorum: licet enim pater eius ille ſit, qui Alphæus propriè cognominatur, Iacobus autem minor non Alphæus, ſed Alphæi, nempe filius, appelletur: ipſum tamen eiuſdem cum patre religioſæ profeſſionis extitiſſe vix licet ambigere propter admirabilem vitæ puritatem & ſanctimoniam, quam ſemper iuxta priſcorum Enoſcæorum & Rechabitarum prophetarum modum viuendi ſeruauiſſe mox videbitur. D

l ibidem. Cap 6.

Iacobus Apoſtolus non Alphæus ſed Alphæi cognominatur.

Pro quarto quæſito dicimus, Iacobum minorem, omnium Iudæorum ſuffragio, admirabili præ cæteris ſanctitate fuiſſe cõſpicuum, vt etiam teſtantur eximia encomia quæ Egeſippus, Epiphanius, Hieronymus, Chryſoſtomus, Euſebius, aliique hiſtorici Eccleſiaſtici de eo viuo & moriente prodiderunt: qui tradunt incredibilem eius fuiſſe abſtinentiam, orandi ſtudium,

Digitized by Google

indefeſſum: propter quod ita calum genibus obduruerat, vt duritie cameli pellem imitaretur, lineis quoque veſtibus, Nazaræorum more, vtebatur: & tanta apud omnes vigebat de eo opinio ac veneratio. vt, iuxta, Hieronymum, [a] Euſebium, [b] Originem, [c] Iſidorum, [d] & qui id aſſerit, Ioſephum, [e] innocentis interfectio exiſtimata fuerit cauſa excidij Ieroſolymitani. Ad hanc quoque ſolam referri videtur, quod dicti auctores ſcribunt, illi ſoli licuiſſe ingredi in ſancta ſanctorum: quod non niſi ſemel in anno ſummo licebat pontifici. Et hoc quidem B ſecundum legem titúlque Moſaicos verum eſt: ſi verba Pauli [f] ita debeant intelligi.

a Lib. de ſcript. Eccleſ.
b 2 hiſt. cap. 22.
c Lib. 1. contr. Ceſſ.
d De vita & morte ſanct. cap. 79.
e Antiq. lib. 20 cap 8.

Sed quia tunc ſacerdotium Aaronicum admodum langueſcebat, *antiquabatur, ſeneſcebat, ac prope interitum erat* [g] miniſtri quoque eius ac ſacerdotes erant, veluti *homines morientes*, [h] vigebatque & ſacerdotium, & Pontificatus Melchiſedechianus, ſaltem paulo antè, apud Aſſamonæorum, id eſt, Cedmonæorum, ſeu antiquorum prophetarum familias, qui ex qualibet tribu eſſe poterant, & ad quos iure antiquo pertinebat dignior pars templi, quæ vulgò *ſanctum & ſancta ſanctorum* dicebatur, à Paulo verò *ſanctum ſæculi, & ſtatuta latriæ* [i] nuncupa- C tur; quia priſcorum patrum ante legem temporibus inſtituta fuerat: ideo Iacobus antiqui inſtituti ſacerdos Nazaræus, Alphæus, aut Rechabita in illam partem, quæ *ſanctum* dicitur ingrediebatur facillimè, cùm vel etiam Aaronicis id liceret: ſed vt quis ſancta ſanctorum ingrederetur (quod lege Moſaica Aaronico Pontifici non niſi ſemel in anno permittebatur) vigente tunc priſco ſacrificio, eius quoque ſacerdotes Moſaicis legibus minimè adſtricti dicti temporis ſpatia non ſeruabant, licet pro loci reuerentia raro illum locum ingrederentur: D quem Iacobus propter inſignem ſanctitatem cùm ad orandum, iramque diuini numinis tunc maximè in mortales excandeſcentem precibus placandum ſæpius adire permitteretur, hinc fama increbuiſſe videtur, quod ei ſoli ad illum ingredi liceret. Proinde non debuit R. Pater Petauus quod optimè S. Epiphanius [k] de loco, qui *ſancta ſanctorum* vocabatur, (ad quem ſoli Iacobo permittebatur ingredi) ſcripſerat, ad illum qui *ſanctum* dicebatur reſtringere.

f Heb 9. 12.
g Hebr. 8. 13.
h Hebr. 7 8.
Quo ſenſu dicitur ſoli Iacobo licitum fuiſſe ingredi in ſancta ſanctorum.
i Heb 9. 12.
Sacerdotes Melchiſedechiani omni tempore poterant ingredi in ſancta ſanctorum.
k Hæreſ. 29.

Ex dictis quoque collige, Iacobum Ieroſolymorum Epiſ-

 A

copum bracteam, ſeu laminam auream, quam in capite gerebat, [a] à priſcis quoque ante legem Pontificibus, à quibus ad Aaronitos deriuauerat, accepiſſe. Item, perpetuæ virginitatis obſeruantiam [b] ab eunuchis Rechabitis [c] didiciſſe. Et præſertim veriſſimum eſſe confirmatur quod indicat VI. Synodus, [d] primum fuiſſe qui ſacrificio Chriſtiano, ſaltem ſolemniter, operatus eſt. Eius quoque Diaconum Stephanum propriè fuiſſe ſcribit. Ignatius, [e] nempe Ieroſolymis, vbi ſedit Epiſcopus, vt paſſim omnes fatentur.

Conſtat igitur, quòd S. Iudas, vt dicendis auctoritatem conciliet, vocat ſe fratrem Iacobi. Alias Lorinus hic profert cauſas, & præſertim, vt ſe à proditore diſcernat. Adde, vt prudenter & eleganter Iacobum omnium ad quos præſertim ſcribit, caput & principem eſſe demonſtret, vt mox videbimus. 1

a Euſeb. hiſt lib 5. cap 33.
b Epiphanius Hæreſ 29.
c Ierem. 34 19 35. 19. Eſai. 56 3. 4.
d De conſecrat. Diſt 1 can. Iac.
e Epiſt ad Her.

B. Iudas.	B. Petrus Epiſt. 2, Cap. 1.
Verſ. 1. *His qui ſunt in Deo Patre dilectis, & Chriſto Ieſu conſeruatis & vocatis.*	Verſ. 1. *Iis qui coæqualem nobiſcum ſortiti ſunt fidem in iuſtitia Dei noſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti.*

C

QVi ſe Iacobi, hoc eſt, tanti apud omnes viri fratrem ſecundum carnem vocauerat, dum ſtatim eos ad quos ſcribit appellat *dilectos in Deo Patre*, inſinuat, ſe quoq; illos fratres vocare ſpirituales, qui communem ſecum habent patrem Deum, eóſque ſpiritu Charitatis diligere, qui non velut infantes ſunt ad quos amandos naturali ducimur cordis teneritudine: quo pacto Ioannes [f] ex abundantia charitatis ſuos diſcipulos vocabat *filiolos*, & ante miſſionem ſpiritus ſancti Chriſtus ſuos: [g] ſed qui tanquam adulti & grandiores ſunt dilectionis diuinæ capaces. Quod etiam facit exemplo eius, quem fratrem ſuum appellauerat, qui in ſua quoque epiſtola [h] tam ſæpe vtitur *fratrum* vocabulo: vt diſcamus, quam benigne & amoroſe quos alloquimur tractare debemus. Quod autem addit *in* D

f 1. Ioan. 2. 1. 12. 18. 28. 3. 7.
g Ioan. 13. 31.
h Iacob. 1. 2. 9 16. 19. 2. 1. 5. 14 15. 5. 1. 10. 11. 4 11. 5. 7. 9 10. 12 19.

Digitized by Google

Deo Patre, indicat, noſtrum amorem bene ordinatum eſſe debere: ex vſitato namque Pauli modo loquendi *diligere aliquem in Deo* eſt ſyncerè, ſeriò & gratuito diligere ad ſummum bonum, & ad communem noſtrum, qui in cœlis eſt, patrem intentiones noſtras & actus amoris duntaxat dirigere. *Dilecti in Deo Patre qui vere dicantur.*

Quod nonnulli pro ἀγαπημένοις *dilectis* legunt ἡγιασμένοις *ſanctificatis* ſuſpicionem excitat, vtrumque olim in textu fuiſſe: vt ex vltimo nomine ſubobſcurè iam appareat (quod magis compertum fiet) Iudam, non ad omnes ſcribere fideles, ſed ad
B Chriſti diſcipulos, Eccleſiæque Doctores ac prælatos, qui per ſacerdotium præ alijs ſanctificati ſunt, ſanctitatemque profitentur & ad eam ſectandam peculiariter vocati ſunt: quos & *in Chriſto vocatos* mox appellaturus eſt. Quemadmodum cum ait Paulus.[a] *Et nunc commendo vos Deo & verbo gratiæ ipſius, qui potens eſt ædificare* (nempe per paſtores Eccleſiæ) *& dare hæreditatem in ſanctificatis omnibus*, per ſacramenta quæ dantur à ſacerdotibus, loqui præſertim videtur de ijs quos alloquitur, qui paulo ante dicti fuerant *maiores natu Eccleſiæ Epheſinæ*. Similiter Chriſtus ſuos præſertim quos alloquitur diſcipulos intelligit, cum orat: *Pater, ſanctifica eos in veritate*, &c. *vt ſint &*
C *ipſi ſanctificati.* [b] Ad huiuſmodi quoque prælatos ſcribere videtur Paulus [c] his verbis: *Paulus vocatus Apoſtolus Ieſu Chriſti, &c. ſanctificatis in Chriſto Ieſu vocatis ſanctis*: quod (vt etiam ex toto conſtat epiſtolæ curſu) viris Eccleſiaſticis ſpecialiter conuenit, ſicut cæteris fidelibus quod ſequitur, *Cum omnibus qui inuocant nomen Domini Ieſu Chriſti*. Item quod addit, *in omni loco ipſorum & noſtro* loca Iuridictionis & diœceſes ſignificare videtur. Tales igitur Eccleſiæ præpoſitos nunc potiſſimùm Iudas vocat *ſanctificatos*.

Iudas non ad omnes fideles, ſed ad quoſdam prælatos ſcribit.

a Act. 20. 32.

b Ioan. 17. 19.

c 1 Cor. 1. 2.

Cùm autem ſubdit *& Chriſto Ieſu conſeruatis & vocatis*, præ-
D poſitio *in* priùs poſita ſubintelligi vel repeti debet: vt ſicut in Deo patre dilecti, ita & in filio eius conſeruati & vocati ſint. Quaſi dicat, Sicut propter merita vnigeniti filij Dei Ieſu Chriſti & in eo ab eius patre ab æterno, à nobis autem in tempore dilecti ſunt: ita per eundem Ieſum Chriſtum eadem bonitate qua ad fidem, gratiam & ſanctificationem vocati fuerunt, in ea vſque nunc conſeruati ſunt. Et maximè valet iſte ſenſus, ſi, (vt in Græco) ſine copula legatur *conſeruatis vocatis*. Vocatis, in-

Conſeruati qui propriè dicantur.

Digitized by Google

quam, non ſolùm ad fidem, quod omnibus conuenit fidelibus, A
ſed etiam ad ſanctificationem: quod eorum eſt, quorum mini-
ſterio alij ſanctificantur, nempe ſacerdotes & paſtores. Iſti
a Verſ. 21 enim illimet ſunt, quibus [a] poſtea dicturus eſt, *Voſmetipſos in di-*
lectione Dei ſeruate, &c. *illos vero ſaluate de igne rapientes*, &c. *Ei*
autem qui potens eſt vos conſeruare ſine peccato & conſtituere ante
conſpectum gloriæ ſuæ immaculatos in exaltatione in aduentu Do-
mini noſtri Ieſu Chriſti. Quæquidem exaltatio in die iudicij erit,
quando ij *qui propter Chriſtum reliquerunt omnia ſedebunt ſuper*
b Matth. 19. 28. *ſedes iudicantes duodecim tribus Iſrael.* [b]

Paſtores igitur ſunt ad quos ſcribit: tales enim & conſeruan- B
tur à Deo & alios ſeruant à peccatis per Ieſum Chriſtum: ſed
ſpecialiter vocat *in Chriſto Ieſu*, id eſt, per Ieſum Chriſtum in
Ieſu Chriſti fide conſeruatos eos, qui à graſſante tunc maxima
quæ plurimos infecerat pſeudoapoſtolorum, falsò Angelo-
rum ſibi nomen aſſumentium, hæreſi & contagio, ex ſpe-
ciali Dei priuilegio præſeruati fuerant: tota enim epiſtola in
eorum deſcriptione ac dogmate refutando verſatur. Ad pa-
c Verſ. 3. ſtores etiam attinet quod paulò poſt [c] dicturus eſt, quod *neceſ-*
ſe habuit ſcribere eis, deprecans ſupercertare ſemel traditæ ſanctis
fidei ſicut nomine *ſanctorum* omnes fideles intelligit, & eos C
quos pro defenſione fidei iterum certare precatur tanquam ex
officio, non alios quam prælatos velle dicere ſatis apertè inſi-
nuat.

B. Petrum ad eoſdem quoque ſcripſiſſe colligitur ex titulo
ſecundæ epiſtolæ *Simon Petrus ſeruus & Apoſtolus Ieſu Chriſti*
ijs qui coæqualem nobiſcum ſortiti ſunt fidem in iuſtitia Dei noſtri
& Saluatoris Ieſu Chriſti. Quemadmodum enim eos ad quos
priorem dirigit tanquam paſtores animarum, dicit *reportaturos*
finem fidei ſuæ ſalutem animarum, cui, nempe, toti incumbunt ex
officio: ita phraſi Hebraica vocat *electos*, hoc eſt, eos qui per D
manuum impoſitionem presbyterij ad ſacerdotium aut anima-
rum curam electi, præfectique fuerant: & cùm addit, *aduenas*,
eos intelligit, qui non eſt circuncisione erant, ſed ex Gentibus:
ſic eos ad quos mittit alteram, vocat *ſcientes & confirmatos in*
d 2. Petr. 1. 12. *præſenti veritate:* [d] quos Iudas [e] noſter appellat *ſcientes ſemel*
omnia. Et quos iſte nominat *in Chriſto Ieſu conſeruatos & vocatos*
e Verſ. 5. Petrus dicit *ſortitos fuiſſe fidem in iuſtitia Dei noſtri & Saluatoris*
Ieſu

Digitized by Google

A *Ieſu Chriſti*. Quo loquendi modo intelligere videtur legem
ſeu doctrinam Euangelicam, quæ eſt *Iuſtitia Ieſu Chriſti Sal-*
uatoris perficiens legem naturalem, quæ vt mundi creatio,
Deo patri attribui poteſt, ideóque dici *Iuſtitia Dei noſtri:*
quemadmodum B. Iudas & ſæpe Paulus ad vtrámque legem
quaſi reſpiciens, vocat fideles *eos qui ſunt in Deo patre dilectos*
& in Chriſto Ieſu conſeruatos & vocatos. Sed cum inſigni pror-
ſus, nec apud alios noui teſtamenti ſcriptores reperto honoris
titulo eos ad quos ſecundam ſcribit donat, his verbis, *Simon Pe-*
trus ſeruus & Apoſtolus Ieſu Chriſti, ijs qui coæqualem nobiſcum
B *ſorti ſunt fidem*, paſtores præſertim, alióſque qui in prælatos ele-
cti fuerant, videtur intelligere, non quoſlibet fideles. Licet
enim æqualis, eadémque ſit fides omnium, quantum ad obie-
ctum: illa tamen quam magis explicitè talibus dabant Apoſto-
li, quam ex ipſius Chriſti doctrina & miraculis acceperunt im-
mediatè, longè præſtantior ac dignior eſſe videtur, iuxta illud
Beati oculi qui vident quæ vos videtis. [a] Vnde quod interpres — a Luc 10.
tranſtulit *coæqualem*, propriè honoratam ac prætioſam verti — 23.
poſſet.

Ex Vrbe igitur Petrus ſub finem vitæ ſuæ & *cùm velox eſſet*
C *depoſitio tabernaculi ſui*, [b] ad ſuos in miniſterio coadiutores, — b 2. Petr 1.
quos in ſua priori vocat *electos aduenas* qui erant in Aſia, Ponto, — 14.
Galatia, Cappadocia & Bithynia, ſecundam etiam ſcribit: [c] in — *Vnde Petrus*
qua eos monere videtur, pſeudoprophetas Simonis aſſeclas — *ſcripſit ſe-*
iam hæreſim ſuam ſparſiſſe inter fideles Iudææ & Samariæ in- — *cundam epi-*
colas (quos nomine *populi* videtur intelligere) qua multas eo- — *ſtolam.*
rum ad quos ſcribit citò, quoque inficiendos prædicit. Ita nam- — c 2. Petr 3. 1.
que puto intelligenda iſta eius verba, *fuerunt & pſeudoprophetæ*
in populo (Iudæorum) *ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces*
qui introducent ſectas perditionis, &c. [d] Vnde confirmatur quod — d 2 Petr.
D iam diximus, S. Iudam ſuam ante Petrum epiſtolam contra — 2.1.
iſtos pſeudoprophetas in Iudæa vel Samaria ſcripſiſſe paulò — *Iudas ſcrip-*
poſtquam ibi à Simone excitata eſt: cùm autem aliquot poſt — *ſit priuſ-*
annos, Europæos quoq; doctores eſſet infectura; S. Petrus hoc — *quam Pe-*
præuidens in ſpiritu, vel etiam ex certa ſcientia cognoſcens, im-
minenti malo occurrit, quod ideo vehementiori etiam quam
B. Iudas ſtylo facere comperitur. Proinde iſta Petri verba *fue-*
runt verò & pſeudoprophetæ, &c. non ad antiquos aſtutia Satanæ

R

A

ſemper excitatos ſubdolos doctores & magiſtros qui ſanam doctrinam peruerterint, credo referri, quales erant prophetæ Baal, [a] Sedecias, [b] Hananias, [c] & alij: [d] ſed ad nuperos Simonis Magi ſectatores hæreticos, contra quos S. Iudas iam ſcripſerat.

a 3. Reg. 18. 19 cap. 22. 2. lib. 4. 3. 13. b 3 Reg. 22. 11 c Ierem. 28. 1. d Eſa 9. 15. Ierem 2. 8. 26. 30.

B. Iudas.	B. Petrus Epiſt. 2.
Verſ. 2. *Miſericordia vobis & pax & charitas adimpleatur.*	Verſ. 2. *Gratia & pax adimpleatur in cognitione Dei, & Chriſti Ieſu Domini noſtri.*

B

SAnctus Auguſtinus [e] aſſerit per hæc tria vocabula miſericordiæ, pacis & charitatis, cum antea nominatus eſſet Deus Pater, & Dominus Ieſus Chriſtus, Iudam intelligi voluiſſe Spiritum ſanctum, hoc eſt, donum Dei, gratiam quoque & pacem ſine miſericordia & charitate intelligi non poſſe. Attribui quoque poteſt cum Salmerone & Feuardentio miſericordia, Patri; pax, filio; & caritas Spiritui ſancto. Concordat quoque Petri ſalutatio, in qua pro miſericordia ponitur pax: ſiquidem miſericordia condonantur peccata; pace reconciliatio fit etiam quantum ad pœnam & declinatio à malo: charitas indicat infuſionem donorum gratiæ, per quæ grati Deo operemur etiam bona. Quod autem Petrus, iam ſtylo diffuſiori ac feruentiori quàm Iudas agere incipiens, addit, *in cognitione Dei & Chriſti Ieſu Domini noſtri*, declarat optare ſe vt in eis ad quos ſcribit per Dei gratiam fides augeatur, qua vſque nunc crediderunt & cognouerunt Ieſum Chriſtum eſſe Deum, ſolúmque Dominum noſtrum, vt meliùs ac feruentiùs certare poſſint contra citò venturos pſeudo apoſtolos & hæreticos, *qui* (vt ipſe Petrus [f] paulo poſt dicet) *eum qui emit eos Dominum negant*. Ad quem de Chriſti ſupremo dominio, fidei articulum mentibus eorum meliùs inculcandum, antequam de dictis pſeudoprophetis & hæreticis diſtinctius agat, totum primum caput inſumit: primò oſtendens omnes virtutes & gratiæ dona diuina ipſius virtute nobis donata fuiſſe. [g] Secundò, eos hortatur, vt ex fidei abun-

C

D

e In Epiſt. ad Romanos.

f Epiſt. 2. cap. 2. 1.

g 2. Petr. 1. 3.

Digitized by Google

dãtia perfectè virtutes omnes & prælertim patientiam & conſtantiam exerceant bonis operibus. [a] Tertiò, oſtendit quam inde mercedem ac fructum etiam in hac vita percepturi ſint. [b] Quartò, iam datæ eis de Chriſti diuinitate doctrinæ ſe oculatum teſtem fuiſſe proteſtatur. [c] Deníque antiquorum prophetarum de hoc firmiſſimum adfert teſtimonium, quos non humano, ſed ſancto ac diuino ſpiritu locutos fuiſſe dicit. Et ſtatim in ſecundo capite incipit agere de pſeudoapoſtolis.

a Ibid. verſ. 5. 6. & ſeq.
b Verſ. 11. & ſeq.
c Verſ. 17. & ſeq.

B

B. Iudas.	B. Petrus epiſt. 2. cap. 3.
Verſ. 3. *Chariſſimi omnem ſollicitudinem faciens ſcribendi vobis de communi veſtra ſalute, neceſſe habui ſcribere vobis.*	Verſ. 1. *Hanc ecce vobis chariſſimi ſecundam ſcribo epiſtolam, in quibus veſtram excito in commonitione ſinceram mentem.*

C VTérque Apoſtolus egregium tradit exemplum prælatis ac paſtoribus, vt inferiores tractent honorificè, dum, videlicet, cultores animarum vocat dilectos & chariſſimos, nempe in ſpiritu charitatis, quæ facit, vt ſuperior cum Paulo [d] dicat, *Quis infirmatur & ego non infirmor? quis ſcandalizatur & ego non vror.* Cum autem in originali Iudæ ſolùm legamus περὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας *de communi ſalute*, Gagneius ait referri ad γράφειν in hoc ſenſu, Cùm tenerer vehementi deſiderio ſcribendi ad vos de communi ſalute, neceſſarium duxi ad vos ſcribere. Et optimè; decet enim Apoſtolum, eíque ex officio incumbit quod ad communem fidelium ſalutem, vel è contra D ad ruinam & damnationem vergit animarum ac de imminentibus in Eccleſia ſcandalis minores prælatos inſtruere & commonefacere, vt per eos prouideat. Sic Paulus [e] maiores natu Eccleſiæ Epheſinæ & Mileti admonet à futuris cauere lupis rapacibus aliiſque malis: ſic *eiuſdem eſt inſtantia quotidiana ſollicitudo omnium Eccleſiarum* [f] idem, *cupit* paſtores Hebræos [g] ad quos ſcribit, *eandem oſtentare ſollicitudinem ad expletionem ſpei vſque in finem.* Sic ideo ſcribit ad prælatos Timothæum,

d 2. Cor. 11. 29.
Sollicitudo & vigilantia decet prælatos.
e Act. 20. 17
f 2. Cor. 11. 29.
g Hebr. 6. 11.

Digitized by Google

a Cap.1.5. Titum & Philemonem. Sic Petrus in ſecunda [a] tales hortatur, *vt omnem curam ſubinferentes miniſtrent* alijs *in fide virtutem, &c.* Cùm autem Iudas noſter dicit ſe *facere omnem ſollicitudinem*, inſinuat totum ſeipſum dedere, vt munus ſuum dignè & fideliter exequatur, etiam per litteras ad quos ſpectat, prouidendo. Sic Paulus [b] eadem, ait, *ſcribere mihi quidem non pigrum, vobis autem neceſſarium.* Item; *Scripſi vobis ad manifeſtandam ſollicitudinem noſtram, quam habemus pro vobis coram Deo.* [c] Certè Iudæi ſuos doctores vocabant Scribas, eo quod circa ſacras literas verſabantur: quorum officum erat ſacram ſcripturam incorruptam ſeruare, correctæ eius deſcriptioni inuigilare, illam interpretari, tum ſcripto, tum voce, & inde reſponſa conſcribere vel enarrare, vt habet Epiphanius. [d] B

b Philip. 3.1.
c 2.Cor. 7. 12.
Scribarum officium quale ſit.
d Hæreſ. 16.

Secundò, iſta B. Iudæ verba docent, quod ad communem fidelium ſalutem ſpectat, hæreſes tum incipientes, tum graſſantes extirpare: de quibus mox acturus eſt. Nomine autem *ſalutis* Beda, Gloſſa & Thomas Anglicus fidem intelligunt, maximè *quæ per charitatem operatur.* [e] Admittit Lorinus fidem peculiariter intelligi poſſe, quam mox ab alijs (nempe hæreſiarcis, qui fidem præſertim impugnant) deprauatam fuiſſe dicet. *De qua ſalute* (dixerat Petrus [f]) *exquiſierunt atque ſcrutati ſunt prophetæ, qui de futura in nobis gratia prophetauerunt.* C

e Galat 5. 6.
f Epiſt.1. cap.1 10.

Tertiò, ſicut *ſine fide impoſſibile eſt placere Deo*, [g] & proinde: ſaluari: ita non ex ſola decentia, aut congruentia, ſed de neceſſitate ſalutis debet prælatus alios ſub ſe paſtores & doctores verbo vel ſcripto monere quo ſe modo gerere debeant, vt ingruentes hæreſes extirpare conentur: & illi viciſſim ſuperioris ad hoc ſibi facta mandata fideliter exequi. Et hoc velle videtur tranſlatio noſtra: iuxta quam B. Iudas præmittit *Chariſſimi omnem ſollicitudinem faciens ſcribendi vobis de communi veſtra ſalute.* Quaſi dicat: Cùm ex debito tenear etiam ſcriptis D communem omnium procurare ſalutem, eadem ducor ſollicitudine monere vos, vt ſaluti veſtræ attendentes, veſtris quoque ſubditis exhibeatis monita ſalutis.

g Hebr.11. 6.

Quartò, ſubindicat, valde premi & vrgeri ab hæreſiarcis, de quibus loquuturus eſt, & quorum falſis dogmatibus multi quotidie pereunt, vt quamprimùm remedium adhibeatur, ideo dicit ſe ſcribendi neceſſitatem habere. Veriſimile autem

Digitized by Google

valde eſt, B. Iudam de hac nuper in Iudæa & Samaria graſſante hæreſi S. quoque Petrum, qui Romæ tunc erat, per literas commonefeciſſe: quod tamen Petrus per aliquod tempus electis aduenis Galatiæ Bityniæ & alijs detegere non cenſuit opportunum, donec comperiret hoc virus iam Europæ proximum eſſe: & tunc ſecundam ſcripſit epiſtolam.

B. Iudas de exorta in Iudea hæreſi commonefacit Petrum, qui Romæ degebat.

B. Iudas.

B

Verſ. 3. *Deprecans ſupercertari ſemel traditæ ſanctis fidei.*

TAnquam Eccleſiæ proceres & paſtores benignè reuerentérque precatur eos: nimirum, *non vt dominantes in cleris* dominio violento *cum auſteritate & potentia,* [a] *ſed forma facti gregis ex animo.* [b] Sic optimè S. Leo [c] Papa I. *Licet nonnunquam,* inquit, *accidant in ſacerdotalibus reprehendenda perſonis, plus tamen in corrigendos agat beneuolentia, quàm ſeueritas, cohortatio, quàm commotio, charitas, quam poteſtas. Sed ab his, qui quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti facile ab hac lege diſceditur:*
C *& dum dominari magis, quàm conſulere ſubditis quærunt, placet honor, inflat ſuperbia, & quod prouiſum eſt ad concordiam, tendit ad noxam.* Proinde, bene notauit in hoc loco Lorinus, Hugonem & Anglicum non ſatis recte ex *deprecandi* verbo colligere, Iudam non habuiſſe generalem legationem & auctoritatem: ſed verè habuiſſe, nec minùs quàm cæteros Apoſtolos, quámque Paulum, qui toties deprecandi formulis vtitur.

a Ezech. 14. 4
b 1. Petr. 5. 3.
c Epiſt. 84. cap. 1.

Supercertari. Græcè ἐπαγωνίζεσθαι, quod deponens eſſe poteſt & actiuam notionem habere, vt quidam habent codices,
D *ſupercertare.* Thomas autem Anglicus *ſupercertare fidei* exponit, certamini interiori, quo *captiuatur intellectus* [d] addere certamen exterius, quo confundatur hæreticus: & *corde quidem credatur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* [e] Bene quoque Oecumenius interpretatur quaſi rogaret Apoſtolus, vt qui ſemel tradiderunt fidem, pro fide decertent, non remiſsè ac negligenter: ſed viribus omnibus contendant vt fidei huic magis ac magis inculcent. Adhuc meliùs feuardentius obſeruat in

d 1. Cor. 10. 5.
Supercertare quid importet.
e Rom. 10. 10.

hoc verbo compoſito magnum & continuum certandi ſtudium contra fidei aduerſarios tam Eccleſiæ perſecutores, quàm hæreticos.

Nos, qui ad Eccleſiæ paſtores hanc epiſtolam dirigi putamus, ad quos præſertim & ex officio incumbit *certare bonum certamen fidei* [a] Catholicæ, *curſum* continuè pugnando *conſummare & fidem* ſibi ſuiſque *ſeruare*: ſicque *militare bonam militiam* [b] *militando Deo nec ſe implicando ſæcularibus negotijs*, [c] *& laborare certando ſecundum operationem quam Chriſtus operatur in eis in virtute.* [d] Hos, inquam, nunc à noſtro Iuda rogari putamus, B vt denuò iterúmque certamen ineant aduerſus aut exurgentes, aut ſenſim graſſantes hęreticos traditæ iam fidei perturbatores. Quem ſenſum, non, vt Gagneius facit, deduco ex particula ἐπὶ in compoſitione verbi ἐπαγωνίζεσθαι, quaſi valeat *pro*; ſed ex Hebraiſmo, quo *certare*, aut *ſupercertare traditæ ſanctis fidei* (in caſu datiuo) idem eſt ac pugnare pro iam tradita ſanctis fide. Quo pacto apud Zachariam, [e] de iis qui pro Deo certant. Deus ipſe ait, *Qui militant mihi euntes & reuertentes*. Et Paulus [f] de Eccleſiæ paſtoribus *nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſæcularibus*. Nam apud Hebræos datiuus, quem dicunt fauoris, ritè apud Græcos & Latinos per præpoſitionem *pro* de- C claratur.

a 1. Timoth. 6. 12.
b 1. Timoth. 1. 18.
c 2. Timoth. 2. 4.
d Coloſſ. 1. 29.
e Cap. 9. 8.
f 2. Timoth. 2. 4.

Quòd ſi S. Iudas obnixè precando excitat Eccleſiæ prælatos, vt iterum certamen ineant: inde licet colligere, iam priùs alia vel pluribus vicibus illos certaſſe pro fide tuenda: & cùm mox dicturus ſit aſſumendum eſſe certamen aduerſus hæreticos, quorum duo præcipua erant dogmata, quæ mox proferet, nempe, *gratiam Dei transferre in luxuriam, & ſolum Dominatorem & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negare.* [g] Et quia viſuri ſumus iſtos fuiſſe, qui tum Nicolaitæ, tum Gnoſtici, tum Simoniani, aliiſque vocabantur nominibus: ideo D videndum, quodnam ſit certamen quod nunc reſumendum eſſe dicit.

g Verſ. 4.

Prima Eccleſiæ certamina quæ & quot fuerunt.
I. Certamen.

Sciendum igitur eſt, multas contra Eccleſiam vel etiam Apoſtolos excitatas perſecutiones, quæ tandem certamina dici poſſunt, ex hiſtoria Apoſtolica legi poſſe: in quibus Apoſtoli tam ex plebe quàm ex prælatis Deíque miniſtris fideles ad viriliter certandum excitabant. Primum quidem fuit quando poſt

hominis claudi in porta templi curationem & eius occaſione factam à Petro & Ioanne in templo de reſurrectione prædicationem, ambo à Iudæis præſertim Saducæis & magiſtratibus templi *poſiti ſunt in cuſtodiam,* [a] & deinde interrogati dimiſſi ſunt: qui venientes ad ſuos vnanimiter benedicebant Dominum, petentes ab eo gratiam loquendi cum fiducia verbum Dei. Secundum certamen contigit, quando omnes Apoſtoli propter multitudinem miraculorum quæ faciebant, iterum à Principe ſacerdotum & Saducæis poſiti ſunt in cuſtodia publica, vnde per Angelum mirabiliter educti ſunt. *Omni autem die*
B *non ceſſabant in templo & circa domos docentes & euangelizantes Chriſtum Ieſum.* [b] Tertium certamen domeſticum dici poteſt, eo quod inter ipſos fideles Dei miniſtros excitatum eſt, quando *factum eſt murmur Græcorum aduerſus Hebræos, eo quod deſpicerentur in miniſterio quotidiano viduæ eorum:* [c] propter quod electi ſunt ſeptem Diaconi. Quartum certamen fuit, quando *quidam de Synagoga quæ dicebatur Libertinorum, Cyrenenſium & Alexandrinorum & eorum qui erant à Cilicia* poſt diſputationem cum B. Stephano, ſubmiſerunt quoſdam & commouerunt plebem falſóſque teſtes aduerſus eum: qui tandem cru-
C deliter lapidatus eſt. [d] Quintum certamen excitatum eſt contra totum corpus Eccleſiæ quando lapidato Stephano, *facta eſt in illa die, perſecutio magna in Eccleſia, quæ erat Ieroſolymis, & omnes diſperſi ſunt per regiones Iudææ & Samariæ præter Apoſtolos.* [e] Ante quam fidelium diſperſionem (quæ iuxta Baronium contigit anno Chriſti trigeſimo quinto) veriſimile admodum eſt ſymbolum fidei, quo ex tunc vſq; eſt Eccleſia, traditione ac verbo tenus datum fuiſſe fidelibus, per quod ab alijs tunc in magno numero vigentibus ſectis diſtinguerentur, eſſentque *parati ad ſatisfactionem omni poſcenti eos ra-*
D *tionem de ea quæ in eis erat ſpe;* [f] vel, vt multi [g] legunt, *fidè & ſpe*: præſertim iuxta ſymboli Apoſtolici articulos, quæ breuem noſtræ fidei doctrinam ſimpliciter continent.

Hos ego crediderim à S. Iuda intelligi cùm dicitur *ſemel,* id eſt, primò, vel paulò ante *traditam ſanctis,* hoc eſt, fidelibus fidem, pro qua nunc iterum decertandum à paſtoribus monet & hortatur. Non quidem propter dictam per regiones Iudææ & Samariæ fidelium diſperſionem, in qua quo diſper-

a Act. 4. 1 2. & ſeq.

II. Certamen.

b Act. 5. 18. & ſeq.

III. Certamen.

c Act. 6. 1. & ſeq.

IV. Certamen.

d Act. 6. & 7.

V. Certamen.

e Act. 8. 1. & ſeq

Symbolum fidei quando ab Apoſtolis digeſtum fuit.

f 1 Petr. 3.

g S Thomas 2 2. q. 2 a 2. vlt. *Beda & reliqui Latini expoſitiones.*

ſi ſunt inculcatæ ſibi fidei doctrinæ arma ſecum ac munimenta tulerunt: ſed quia paulò poſt ex eadem Samaria *ſubintroierunt quidam homines impij* (vt mox [a] ſubiunget S. Iudas.) *Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negantes:* id eſt, qui iam ſecundum traditi nuper ſymboli articulum cum alijs quibuſdam negantes, nouum aduerſus Eccleſiam bellum ſuſcitarunt. Et iſtud ſextum dici poteſt certamen, quod ex *ſupercertandi* verbo rite poſſumus elicere; pro quo non verbo tantùm & miraculis, quibus vſque modo ab Apoſtolis decertatum eſt Ieroſolymis; ſed etiam ſcriptis & per epiſtolas huc illucque mittendas ad Eccleſiæ proceres cum alijs diſperſos, vt à ſubintroeuntibus lupis & pſeudoprophetis ſe ſuoſque ſubditos tueantur, tanquam nouo militandi modo pugnare conuenit: & maximè cum iam paulo ante Iacobus frater Iudæ per ſuam epiſtolam contra eoſdem certauerit, vt paulò poſt videbitur.

a Verſ. 4.

VI. Certamen.

Semel traditæ fidei. Male hîc negat Lorinus, quod optimè Richelius affirmat, hæc verba intelligi de fide ab Apoſtolis tradita. De qua ſic eleganter Niſſenus: [b] *Quemadmodum*, inquit, *periti athletæ ſubeuntes corpus aduerſariorum per quandam artificioſam agilitatem atque habilitatem grauiorem lapſum illis ſtruunt, ita magnus quoque Stephanus humi proſtratus grauem illam aduerſarijs confuſionem effecit. Hinc in orbem terrarum Diſcipuli currere cœperunt: hoc omnes in partes ſermonis diuulgationis initium eſt: nam niſi ab illius cæde populus Iudæorum in diſcipulos ſæuiſſet, forſitan ſolummodo Ieroſolymis Euangelij gratia incluſa eſſet: nunc verò agitati à Iudæis, alius aliò gentium per orbem diſperſi ſunt, vndique per myſteriorum doctrinam Diabolum exturbantes: hoc modo Samaria verbum recepit: hoc modo obiter in via ſalus Eunuchi à Philippo conficitur, &c.* Quod autem Niſſenus vocat *myſteriorum doctrinam per quam Diabolus exturbatur*, nihil ſanè aliud eſt quam ſymbolum Apoſtolorum & quod nunc Iudas Apoſtolus vocat *ſemel traditam ſanctis fidem*: ſemel, inquam, bene, breuitérque digeſtam, ac verbo tantùm traditam fidelibus, poſtquam valdè multiplicari cœperunt: aut ſaltem antequam diſpergi coacti ſunt. *Tradunt*, ait Auguſtinus, [c] *quod poſt aſcenſionem Domini & Saluatoris noſtri ad patrem cum per aduentum Spiritus ſancti diſcipuli*

b In orat. de S. Stephano.

Symbolum fidei vocatur tradita fides.

c 181 ſerm. de tempore.

A *diſcipuli eius inflammati, linguis omnium loquerentur, ad ſingulas quaſque nationes, vt Dei verbum prædicarent, ituri ac diſceſſuri ab inuicem, normam priùs ſibi futuræ prædicationis in commune ſtatuerunt, ne localiter ab inuicem diſcedentes diuerſum vel diſſonum prædicarent his, qui ad fidem Chriſti inuitabantur.* Idem habet S. Clemens,[a] Ambroſius,[b] Ruffinus,[c] & alij. Quod autem non ſcripto ſed ſola traditione datum ſit, S. Irenæus[d] ita declarat: *Quid autem ſi neque Apoſtoli quidem ſcripturas reliquiſſent nobis, nonne oportebat ordinem ſequi traditionis, quam tradiderunt ijs, quibus committebant Eccleſias?*

B *Cui ordinationi aſſentiunt multæ gentes Barbarorum eorum qui in Chriſtum credunt, ſine caractere vel atramento ſcriptam habentes per ſpiritum in cordibus ſuis ſalutem & veterem traditionem diligenter cuſtodientes, in vnum Deum credentes fabricatorem cæli & terræ, & omnium quæ in eis ſunt, per Chriſtum Dei filium,* S. quoque Hieronymus:[e] *In ſymbolo fidei & ſpei noſtræ*, inquit, *quod ab Apoſtolis traditum non ſcribitur in charta & atramento, ſed in tabulis cordis carnalibus poſt confeſſionem Trinitatis & vnitatem Eccleſiæ*, &c. Itaque ſymbolum fidei verbo non ſcripto traditum eſt, & quidem *poſt aſcenſionem*

C *Domini cùm per aduentum Spiritus ſancti diſcipuli erant inflammati*, vt dicebat Auguſtinus: qui illud *tradiderunt ijs quibus committebant Eccleſias*, vt aiebat S. Irenęus. Hoc autem contigit potiùs quando *omnes* fideles, qui poſt mortem B. Stephani erant Ieroſolymis, *diſperſi ſunt per regiones Iudææ & Samariæ præter Apoſtolos*,[f] quàm in ipſorum ad diuerſas Orbis prouincias profectione, vt vult Baronius.[g] Nam in illa diſperſione neceſſe fuit, vt fideles iam ſibi traditam fidei teſſeram ſecum deferrent, vt in doctrina ſicut in charitate eſſent vnanimes. Quod iuſto tardiùs factum fuiſſet in Apoſtolorum

D per orbem diuiſione. Imò abſurdum non eſt cogitare illas 3000. animas (id eſt, perſonas) qui in die Pentecoſtes poſt S. Petri prædicationem baptizatæ & fidelibus appoſitæ leguntur,[h] hoc ſacro ſymbolo paulò poſt ſenſim fuiſſe cathechizatas, déque eo intelligi quod ſubiungitur, *Erant autem perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum*. Quod vix facere potuiſſent, niſi certam de illa teſſeram ac regulam habuiſſent.

Vis quoque eſt in voce *ſemel*, vt quod ſemel à Spiritu ſan-

a Epiſt. 1. ad fratrem Domini.
b Serm. 38.
c in expoſit. ſymb. Apoſtol.
d Aduerſ. hæreſ. lib. 3. cap. 4.
e Ad Pammachium epiſt. 61.
f Act. 8. 1.
g An. Chriſti 44. n. 15.
h Act. 2. 41.

Digitized by Google

 A

ſto per Apoſtolos de fide traditum eſt, nullatenus immutetur: ſed velut depoſitum pretioſum à prælatis quibus cuſtodiendum datum eſt, omni diligentia conſeruetur illibatum. Vnde poſtquam Apoſtolus [a] dixit. *O Thimothea depoſitum cuſtodi*, ſtatim addit, *deuitans profanas vocum nouitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ*; alludens, vt optimè putant Chryſoſtomus & Theodoretus, ad Simonis Magi diſcipulos, qui ſe *Gnoſticos*, hoc eſt, ſcientes nominabant, vt ſimplicibus ſuaderent ſibi licere nouas voces inuenire, ſéque Apoſtolicorum dogmatum ſimplicitati audaciùs opponere. Priora autem verba ſic explicat Vincentiùs Lirinenſis, [b] *O Epiſcope! ò Sacerdos! ò Doctor! ò exclamationis eſt & præſcientia & charitatis: præuidebat enim futuros quos prædolebat errores: cuſtodis propter fures propter inimicos depoſitum, id eſt, doctrinam ſanam quæ tibi quaſi Epiſcopo credita eſt à me & à Chriſto non quæ à te inuenta, quam traditione accepiſti, non quam excogitaſti, cuius non auctor eſſe debes, ſed cuſtos. Secundò, depoſitum cuſtodi, id eſt, talentum Catholicæ fidei inuiolatum illibatúmque conſerua: aurum accepiſti, aurum redde: ne plumbum ne æramenta ſupponas: eadem quæ didiciſti ita doce, adorna, illuſtra, vt cum dicas nouè non dicas noua. Tertiò, depoſitum, id eſt, doctrinam Catholicam vniuerſalem, vnam eandémque per ſingulas ætatum ſucceſſiones, incorrupta veritatis traditione manantem, & vſque in ſæcula ſine fine manſuram cuſtodi*, &c.

Sanctis. Hoc nomine Chriſtianos olim appellatos conſtat ex innumeris noui teſtamenti [c] locis, quæ ad marginem ſufficit aſſignaſſe. Sed & hoc vt alia multa ab Eſſenis ſeu Enoſcæis, priſciſque patribus & prophetis ad nos deriuaſſe dubium non eſt. Illi enim præ aliis ac ſpecialiter nomine Hebr. חסידים Hhaſidæi, id eſt, *ſancti* nuncupabantur, vt multis alibi [d] oſtendimus, & præſertim ex libris Machabæorum [e] in quibus Aſsidæorum nomine non alij quàm Eſſeni intelliguntur. Eiuſdem notionis vocabulo quidam eorumdem inſtituta profeſsi ſeſe קדושים Kadoſcim, id eſt, ſanctos appellarunt: ex quibus hæretici Saducæi deriuarunt, vt diximus. [f] Inter quos libenter annumerarem Simonem Magum: qui hoc nomen ita affectauit, vt & Deum & ſanctum appellari voluerit. *Simon quidam Samaritanus*, ait S. Iuſtinus, [g] *in vico cui nomen Gitthon*

a 1. Timoth. 6. 20.

b lib. aduerſ. hæreſ.

Depoſitum cuſtodire quid ſignificat.

c Rom. 1. 7. 12. 13. 15. 25. 1 Cor. 1. 2. 16. 1. 2. Cor. 1. 1. 8. 4. 9.

d Ante leg. lib. 1. c. 9. & 13.

e 1. Mach. 7. 13. 2. Mach. 14. 6.

Chriſtiani paſſim vocantur ſancti ſcriptura.

f Poſt leg. c. 6.

g Apolog. pro Chriſtianis.

B

C

D

eſt natus: hic ſub Claudio Cæſare efficacium dæmonum arte in Imperiali vrbe veſtra Roma, propter magnificas quas exhibuit virtutes, Deus habitus eſt, & ſtatua apud vos velut Deus honoratus: quæ ſtatua in amne Tiberi inter duos pontes eſt erecta, Latinam hanc habens inſcriptionem SIMONI DEO SANCTO. Baronius [a] tamen bene oſtendit & probat, dictam ſtatuam erectum non fuiſſe Simoni mago, ſed Deo, qui & Semus, & Sancus vocabatur. De quo nos quoque alibi. [b]

Multis aliis ſanctitatem ac perfectionem redolentibus nominibus primos olim Chriſtianos fuiſſe donatos multis oſten-
B dit Card. Baronius: [c] vtpotè *fratres* ex teſtimonio locupletiſsimo Tertulliani, [d] Athenagoræ, [e] Iuſtini Martyris, [f] & Minutij Felicis: [g] qua nomenclatura ſæpe vſus eſt Chriſtus. [h] Item, Nazaræi vocati ſunt: licet à Iudæis ignominiæ cauſa. At reuera honorabile fuit, & maximè vſurpatum pro iis qui etiam Eſſenorum vitam agentes Deo *conſecrati erant*, quod hoc nomen ſignificat, vt vidimus. Galilæi quoque per contemptum vocabantur: ſed huius nominis gloriam ab Angelis antea didicimus. Et tandè à Chriſto Chriſtiani ſunt appellati: idque primò in Antiochia Syriæ, vbi à primis mundi ſæculis
C vera fides, & religio viguit & Enoſcæorum collegia ſemper floruerunt. Probabile tamen eſt, priuſquam Chriſtiani dicerentur, Sanctos vocatos, præſertim ſub Aſidçorum vocabulo apud eos qui Hebraicum ſectabantur idioma. Ob id potiſsimùm quod *Sanctus Dei*, quaſi diceres ſanctiſsimus, vinum ſit ex præcipuis Chriſti nominibus, vt patet ex Euangelio. [l] Vt nihil mirum ſit, ſi peſsimus ille eius æmulator & ſimia Simon Magus hoc quoque nomen vſurpare voluerit.

a An Chriſti 44.
b Ante leg. lib. 1 c 5.
c An. Chriſti 43.
d In Apologet c 39.
e Orat. pro Chriſtianis.
f Orat. ad Anton Piũ.
g In Octauio
h Matth. 23. 8. Luc 22. 32. Ioan 20 17.
k poſt leg. cap. 4.
Simon magus cur ſanctum ſe vocari cupiebat.
l Marc. 1. 24. Luc. 4. 34. Act. 2. 27. 4. 27.

D

Digitized by Google

 A.

B. Iudas.	B. Petrus. Epiſt. 2. cap. 2.
Verſ. 4. *Subintroierunt enim quidam homines (qui olim præſcripti ſunt in hoc iudicium) impij, Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam & ſolum Dominatorem & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negantes.*	Verſ. 1. *Fuerunt & pſeudo prophetæ in populo, ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducēt ſectas perditionis & eum qui emit eos, Dominum negant, ſuper inducentes ſibi celerem perditionem. Et multi ſequētur eorū luxurias, per quos via veritatis blaſphemabitur: quibus iudicium iam olim non ceſſat, & perditio eorum non dormitat.* B

Subintroierunt enim quidam homines. Particula *enim* cauſam continet, propter quam B. Iudas ad ſuos Dei coadiutores ſcripſerit, quam priùs declarauimus, vt ingruentibus ſeſe hæreticis opponerent: quos nunc quaſi per contemptum quoſdam vocat homines, ſi vera eſt obſeruatio S. Chryſoſtomi,[a] Gregorij,[b] Bedæ,[c] & aliorum de dictione *quidam*, vt cùm dicitur, *Homo quidam erat diues.* Sed quia continua non eſt, cùm ſæpe *homo quidam* pro ſtudioſo ac probo viro vſurpetur,[d] ægrè admitti debet iſte ſenſus: ſed ſolùm in communi hominum notione, vt adiectiuum *impij* declarat. Niſi probabiliter dicamus, vt ex ſequentibus deducitur, S. Iudam, tanquam Hebræo idiomati delectatum, Hæbraicè ſcripſiſſe. Ideóque nunc cùm de iis falſis prophetis loquuturus ſit, qui priſcorum Enoſcæorum inſtituta profitebantur, antiquo nomine nuncupari eos *quoſdam Enoſcæos impios*, quemadmodum quod iuxta Latinam verſionem legitur in Geneſi[e] *viri famoſi*, & ſecnndum 70. *viri nominis*, ſecundum Hebræum eſt *Enoſcæi nomine*, vt alibi[f] oſtendimus. Et certè in libro Iob[g] peſſimi ac falſi prophetæ, quales ſunt iſti de quibus Iudas intendit ſcribere, appellantur Hebr. אנשי און *Enoſce auen, Eno-* C D

a Hom. de diuit. & Lazaro.
b Hom. 40. in Euang.
c In Lucam.
d Luc. 1. 5. 16. 19.
e Cap. 6.
f Ante leg. lib. 1. c. 14.
g Cap. 34. 36.

Digitized by Google

A *cæi mendacij, vel iniquitatis*, hoc eſt, mendaciſſimi vel iniquiſſimi vbi legimus, *Ne deſinas ab homine iniquitatis.* Item vbi habemus, *Nunquid ſemitam ſæculorum cuſtodire cupis, quam calcauerunt viri iniqui*:[a] nempe Cainitæ, de quibus ibi præciſè loquitur Eliphaz, vt alibi[b] docuimus. Quo ſenſu nunc B. Iudas diceret, ſuo tempore inter veros Enoſcæos quoſdam eiuſdem inſtituti, ſed mendaces ſubintroijſſe: quos Petrus Europæis Græcè ſcribens vocat Ψευδοπροφήτας. Et confirmatur ex interiecta parentheſi (*qui olim præſcripti ſunt in hoc iudicium*) ſi ita legeremus *ſubintroierunt enim quidam Enoſcæi* (qui *olim*,
B in iis qui diluuio perierunt, *præſcripti ſunt in hoc iudicium*) *iniquiſſimi*. Ac ſi diceret, iam ſurrexerunt noui quidam pſeudo prophetæ, quales olim fuerunt ante diluuium illi qui dicebantur Enoſcæi peſſimi. Ex qua phraſi Hebraica conijcitur S. Iudam ſcripſiſſe Hebraicè.

a Iob. 22. 15.
b Ante leg. lib. 1 cap. 8.

Quemadmodum ex eo quod quos B. Iudas ſimpliciter ſubintroijſſe dicit, vbi ſubintroierint non exprimendo, B. Petrus quaſi exponens *in populo*, nempe (vt Oecumenius ritè interpretatur) Hebræorum vel Iudæorum fuiſſe dicit; non obſcurè Iudam Iudæis, ſicut Petrum Græcis ſuas epiſtolas dire-
C xiſſe perſpicitur: quòd non parum confert ad id quod iam diximus & mox iterum videbimus B. Iudam adhuc exiſtentem inter Iudæos ſiue in Iudæa ſiue in Samaria longè ante quam ſecundam ederet Petrus, ſcripſiſſe epiſtolam ſuam. Petrus enim referre videtur & apertiùs exponere quod ex Iudæ epiſtola laconica didicerat, quoſdam falſos prophetas in Iudæa ſurrexiſſe. Nomen autem *populi* pro Iudæorum natione κατ' ἐξοχὴν ſumi aliquando videtur; vt vbi Deus ait Paulo. *Exurge & ſta ſuper pedes tuos eripiens te de populo & gentibus in quas nunc ego mitto te.*[c] Mittebatur enim tunc ad Iudæos &
D Gentiles; à quorum erroribus ſe eripere & extricare iubetur: maximè ſi Gentilium nomine intelligamus Iudæos, qui erant in Phœnicia & Galilæa gentium[d]

Iudas Iudæis Hebraicè, Petrus Europæis Græcè ſcripſit.

c Act. 26. 17.

Cùm igitur Petrus ait, *fuerunt verò pſeudoprophetæ in populo*, intendit loqui de iis, quos vel per epiſtolam Iudæ vel cùm adhuc eſſet in Iudæa nouerat nuper in Iudæa & Samaria ſubintroiiſſe, id eſt, furtim in populo ſurrexiſſe pſeudoprophe-

d Vide ſup. præpoſt leg. cap. 4.

Digitized by Google

tas. Cùm autem addit, *ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis*, loquitur de iis hæreticis prædictorum ſectatoribus, qui nondum in Europa apparuerant, ſed paulò poſt exurgere debebant, vt in Spiritu Dei præuidet & noſcit. Quod puto contigiſſe anno Chriſti circiter ſexageſimo, quo tempore in Europa apparere cœpit in ſpecie quidem humilis & deuota, ſed reuera impiiſſima Angelorũ, id eſt, iſtorum Simonianorum religio. De qua velut exurgente tunc ſcripſit Paulus ad Coloſſenſes. [a] *Nemo vos ſeducat, volens in humilitate & religione Angelorum, quæ non vidit ambulans fruſtra inflatus ſenſu carnis ſuæ, & non tenens caput ex quo totum corpus*, &c. Et quemadmodum eos qui in Iudæa ſurrexerunt, vocauerat pſeudo prophetas: ſic iſtos, qui in Europa ſurrecturi ſunt, appellat *magiſtros mendaces* eodem Hebraiſmo quo S. Iudas ſuos ex Samaria vocauerat *Enoſcæos mendacij*, ſeu mendaciſſimos.

Quo tempore Simonianorũ, quæ & Angelorum, ſecta apparuit primò in Europa.

a Cap. 2.

Porrò, in B. Iudæ verbis tres præſertim hæreticorum proprietates notare ſolent expoſitores: prima in verbo *ſubintroierunt*, quòd ſeipſos intrudunt. Quod Patres vrgere ſolent aduerſus eos, vt faciunt Irenæus, [b] Optatus, [c] Auguſtinus [d] & alij. Meritò autem Cyprianus [e] de his ſcribit inſiſtens crebro in eadem ratione: [f] *Ij ſunt qui ſe vltro apud temerarios conuenas (ipſorum cœtui nomen conuenit oppidi Conuenarum, quo à Iugis Pyrenæis abactos latrones compulit Pompeius conuenire*, de quibus erat Hieronymo [g] teſte Vigilantius) *ſine diuina diſpoſitione præficiunt, qui ſe præpoſitos ſine vlla ordinationis lege conſtituunt, qui nemine Epiſcopatum dante Epiſcopi ſibi nomen aſſumunt*. Secundam proprietatem agnoſcunt cùm nominantur *quidam-homines*, nempe ignoti & obſcuri nominis. Obſeruant Beda & Gloſſa ordinaria de ſeruili ſtirpe procreatos fuiſſe, qui primi aduerſus Chriſti fidem rebellarunt. Conſtat ſanè, impiiſſimum Manetem, ſiue Manichæum, qui initio vocabatur Curbicus, viduæ ſeruum emptitium fuiſſe. [i] De Mahomete conſtat fuiſſe camelorum paſcendorum curæ præpoſitum & addictum fuiſſe ſeruitio potentis cuiuſdam viduæ, vt eius paſceret camelos: qui factus demum eſt per ſummam vafritiem dominæ ſuæ maritus. [k] Alia de iſtis ſubticeo exempla cauſa breuitatis. Nos antea [l] oſtendimus Chriſtum ſuos

b Lib. 3. c 3.
c Contr. Parmen.
d Epiſt. 165. contr part. Donati & alibi.
e Lib. de ſimplic Prælat.
f Vt lib 1. epiſt 6. lib 4 epiſt 2.
g Contr. Vigilant.
h In cap 6 Act.
i Cyril Hieroſ. Cathec. 6.
k Theophanes & Cedrenus in Annalib.
l Poſt leg. cap. 5.

A elegiſſe Apoſtolos, vel ex Doctorum ſcholis, vel ex honeſtis familiis notiſque parentibus licet quidam ex eis mediocris fortunæ fuerint. Tertia proprietas continetur in nomine *impÿ*. Extat Perpiniani [a] oratio de hæreticis impiis: & ipſe noſter Iudas de iſtis dicturus eſt, [b] Chriſtum Dominum *venturum in ſanctis millibus ſuis facere iudicium contra omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum quibus impie egerunt, & de omnibus duris quæ locuti ſunt contra Deum peccatores impÿ*. Sunt impij Græcè ἀσεϐεῖς propriè qui peccant in Deum, quem propriè ac per ſe reſpicit pietas & εὐσέϐεια. In hoc ta-
B men loco impietas quæ contra veritatem æternam eſt, nempe, falſitas & mendacium, quod hæreticis ac fidei inimicis proprium eſt, ſub hac Hebraica phraſi latere videtur, vt diximus.

a Orat. ad Lugdun.
b verſ. 15.
Nomen impij qui propriè ſignificat.

Qui olim præſcripti ſunt in hoc iudicium. Aduerbium *olim* non male Lorino videtur deductum ab Hebr. עולם *Gholam* quod priſcum importat & antiquitus, atque hoc in loco debet ponderari: videtur enim Iudas hac voce breuiter alludere ad priora mundi tempora, quem etiam concisè B. Petrus [c] *originalem mundum* & *mundum impiorum* appellaturus
C eſt: ad quem ipſe Iudas [d] alludet dicens, *Væ qui in via Cain abierunt*: nempe, *mundus impiorum* illi met ſunt quos iuxta Hebr. Moyſes appellat *homines ad ſæculum*, [f] ſeu mundo mundaniſque deditos: & Chriſtus paſsim in Euangelio [g] nomine *mundi* vult intelligere ſicut & Petrus. [h] Illi enim qui prioribus illis ſæculis viam Dei relinquentes *in via Cain abierunt*, hoc eſt, falſam Caini doctrinam ſectati ſunt, alióſque multos poſt ſe in perditionem traxerunt, erant profeſsione Enoſcæi, ideóque prophetæ, vt patet ex his iuxta Hebræum verbis, *& viderunt filÿ Dei filias hominum quod pulchræ ipſæ, &*
D *acceperunt ſibi vxores quas elegerunt. Dixitque Dominus, non erit vt in vagina ſpiritus meus cum homine ad ſæculum, ipſe caro, &c. Iſti ſunt illi heroes, qui à ſæculo* (ſup. ſeparati ſunt) *Enoſcæi nomine.* [i] Iſti ergo priſci Enoſcæi qui relicta puritate & veritate Dei, vt mendacium & luxuriam Cainitarum ſectarentur, aquis diluuij cum aſſeclis iuſto Dei iudicio ſuffocati facti ſunt in exemplum horrendumque paradigma eorum qui eiuſdem cum eis inſtituti, eandem perditionis viam tenuerunt iſtis

Aduerbium olim ex Hebræo Gholā oriri videtur.
c Epiſt. 2. cap. 2. 5.
d verſ. 11.
f Geneſ. 6. 3.
g Ioan. 1. 10. & 12. 19. 14. 12. & alibi.
h Epiſt. 2. cap. 2. 10.
i Geneſ. 6. 4.

Digitized by Google

poſtea B.Iudæ temporibus: quos ideo *Enoſicæos mendacij*, vel impietatis ab eo dictos in Hebræo putamus. A

Et quia Dei iuſtum iudicium, per quod illi diluuio abſorpti fuerunt, vt in libro Geneſis ſcriptum eſt: ideo de iſtis poſteriotibus nunc ait S.Iudas, quod *olim præſcripti ſunt in hoc iudicium*, hoc eſt, idem perditionis iudicium ſubituri ſunt, quale illos ſubijſſe ſcriptum eſt. Talis enim eſt vis ac ſenſus participij προγεγραμμένοι quo legimus, ab Apoſtolo dictum, *O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit non obedire veritati, ante*
b Galat. 3. 1. *quorum oculos Ieſus Chriſtus præſcriptus eſt in vobis crucifixus,* [a]
id eſt, vt exponit Hieronymus, iam ante deſcripta fuit in pro- 3
phetis & Sacramentis legis veteris, ô Galatæ, paſſio, crux & mors Chriſti. In quem ſenſum conſpirat textus Syriacus, *illi qui à principio præuenerunt, vt ſcriberentur in condemnationem iuſtam*. Arabicus autem *illi qui ſcripti ſunt in hoc iſtud iudicium*. Idem vult illa conciſa B. Petri velut expoſitio, *quibus iudicium iam olim non ceſſat*: hoc eſt, facta olim primis mundi temporibus contra pſeudoprophetas & Cainitas animaduerſio finem in eis non habuit: ſed eiuſdem farinæ homines tam ij qui iam in Iudæa & Samaria contra veram doctrinam ſurrexerunt, quàm ij qui in Europa ex vobis ſurrecturi ſunt, C
idem prorſus ſubituri ſunt iudicium: *& perditio eorum non dormitat*: licet Deus diſsimulando & procraſtinando dormire videatur. *Non enim dormitabit neque dormiet qui cuſtodit Iſ-*
b Pſal. 120. 3. *rael*: [b] ſed *extitabitur tanquam potens crapulatus à vino, & per-*
c Pſalm. 77. 63. *cutiet eos in poſteriora*, &c. [c] Pergit igitur Iudas errores eorum oſtendere.

Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam. B. autem Petrus ſic paucis explicat: *& multi ſequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blaſpematur*. Vbi pronomen *eorum* refertur ad eos quos dixerat *fuiſſe pſeudoprophetas in populo* Iudaico: D
quorum luxurias multi ex proceribus Eccleſiæ, qui ſunt in Europa, imitaturi ſunt. Apud vtrúmque Apoſtolum habe-
ἀσέλγεια petulantiorem libidinem importat. tur nomen Græcum ἀσέλγεια, quod perulantiorem libidinem importat: ita vt quod Petrus pluraliter dicit, ſignificet omnes laſciuias in verbis geſtibus, veſtibus aliiſque rebus etiam cum violentia proteruia, petulantia & alterius iniuria. Et Græci maximè laſciuos appellant ἀσελγεστέρους τῶν ὄνων, *laſcinio-*

res

res aſinis, quod animal libidinoſiſſimum eſt. Vertit interpres
idem vocabulum locis alijs impudicitias: [a] eodem modo quo
hîc in epiſtola Petri prima, [b] & Pauli ad Galatas. [c] Nomine au-
tem *gratiæ* Græce χάρις poteſt intelligi totus ſtatus legis Euan-
gelicæ & indulgentia nobis per Chriſtum exhibita ad multis
modis expianda peccata, & maximè ſacramenta, quæ gratiam
continent & conferunt. Vtérque igitur Apoſtolus loquitur de
ijs qui tot ſibi data ſalutis media conuertebant in effrænem
peccandi libidinem, impunitatem ſibi promittentes.

a Matth 7. 22. Rom 13. 13. 2. Cor. 12. 21. Epheſ 4. 19.
b Cap. 4. 3.
c Cap. 5 19.
Gratiæ nomine ſtatus legis Euangelicæ ſignificari poteſt.

Sed peculiari quadam ratione ſpectant illæ libidinum petu-
B lantiæ ad eas quas Apoſtolorum temporibus priores hæretici
Simoniani, Gnoſtici, Nicolaitæ Ebionæi & Cerinthiani in Eu-
chariſtiam horrendo ſacrilegio exercuerunt, quam per χάριν
hoc loco bene & conſultè Coccius [d] intelligit, citans iſtud ex
epiſtola ad Hebræos, [e] *Regnum immobile ſuſcipientes, habemus
gratiam, per quam ſeruiamus placentes Deo cum metu & reueren-
tia:* vt omnes, inquit, cum Clemente Romano, [f] accedant ad
myſticum cultum cum metu & reuerentia, tanquam ad Regis
corpus accedentes. Vbi eſt item λατρεύειν, à quo nomen λα-
τρεία, quod de Euchariſtia nonnumquam dicitur, tum abſolu-
C tè, tum cum epitheto μυστικῆς.

d Theſ. Cathol lib. 8 cap. 12. pag 1124.
e Cap. 12. 28.
Sed præſertim ſignificat Euchariſtiam.
f 2 Conſtit. cap. 57.

Confirmatur iſtius Doctoris ſenſus, primò ex eo quod Sera-
rius in hoc loco legit *gloriam*, licet retineat *gratiam*, quæ per
χάριν ſignificatur. Iſtius autem lectionis cauſam eſſe cenſeo,
quod apud Petrum in ſuppari loco olim quoque δόξαν, id eſt,
gloriam quidam Græci codices habuerint, [g] δι' οὓς ἡ δόξα τῆς
ἀληθείας βλασφημηθήσεται *per quos gloria veritatis blaſphemabi-
tur*. Et hoc ſanè idipſum eſt quod Iudas noſter dicturus poſtea
eſt, [h] δόξας δὲ βλασφημοῦσιν, *glorias* (phraſi Hebr. qua pluralis
numerus pro re excellentiſſima vſurpatur) *autem blaſphemant*:
D quemadmodum ibi ſumus viſuri. Itaque Euchariſta aptiſſimè
vocaretur per Hebraiſmum *gloria veritatis*, id eſt, *gloria ve-
riſſima*; diceretúrque, priores hæreticos hanc gloriam veriſſi-
mam blaſphemaſſe eo multiplici modo, quo ſtatim videbitur.
Et dum vocat gloriam veriſſimam, tacitè infert, probat & con-
firmat veritatem corporis Chriſti in Euchariſtia, quam Simo-
niani negabant & blaſphemabant, vt poſtea [i] conſtabit.

g Apud Robert Stephanum.
h Verſ. 8.
i Verſ. 10.

Cùm autem tam Petrus quam Iudas maxime contra dictos

Digitized by Google

hæreticos probare intendant Chriſtum eſſe Deum & Dominatorem omnium: quid quæſo eſt blaſphemare in Euchariſtia gloriam veriſſimam, quam in eadem blaſphemare nomen Dei, ſicut olim de Deo, vt peculiari modo ac præciſè præſens erat in propitiatorio, dicebatur: [a] *Quoniam blaſphemare feciſti inimicos nomen Domini?* [b] Et ſanè Saluianus [c] optimè hæc B. Petri verba de mala Catholicorum quoque vita, qua grauiſſimè offenduntur Gentiles & nomen Chriſtianum blaſphemant interpretatus deque re iſta tota copioſè diſſerens, inter alia commemorat, veteres calumnias de homicidio, inceſtu & voratione infantum: quod vltimum peſſimè obiiciebant B propter realem in Euchariſtia corporis Chriſti manducationem, quam Carpotiani & Gnoſtici nefandis ſuis pollutionibus odioſam reddebant Gentibus. [d] Sed retinendo nomen χάρις de Euchariſtia adhuc optimè Iodocus Coccius interpretabatur & ad multorum ſanctorum Patrum mentem qui eam vocant *gratiam*, vt facit Optatus: [e] & Concilium quoddam ex Toletanis nominat eam *gratiam communionis*: Cyprianus, [f] *gratiam ſalutarem*. Simeon Metaphraſtes Θείαν καὶ Θεοποιὸν χάριν, *Diuinam & Deificam gratiam*. Cyrillus Ieroſolymitanus οὐράνιον χάριν *cæleſtem gratiam*. Quemadmodum in Synodo Cæſaraugu- C ſtana [g] in qua conſuetudo deferendi domum ſacram Euchariſtiam obrogata fuit, hæc ſtatuta leguntur: *Euchariſtiæ gratiam ſi quis probatur acceptam non conſumpſiſſe in Eccleſia, anathema ſit in perpetuum*. Ante quam abrogationem, in Sexta Synodo [h] legitur; *Antequam fiat communio, Euchariſtiam accepturus manus in crucis formam figurans, ſic accedat, & gratiæ communionem accipiat*.

At plane examinandus eſt locus quem ex Paulo ſapientiſſimè [i] ad hoc Coccius adduxerat. *Regnum immobile ſuſcipientes, habemus gratiam, per quam ſeruiamus placentes Deo cum metu & reuerentia*. D Vocat enim ſtatum Euangelij regnum immobile, reſpectu ſtatus Moſaicæ legis, quæ mobilis erat & tranſitoria: de qua immediatè prius dixerat: *Quod autem adhuc ſemel dicit, declarat mobilium tranſlationem; tanquam factorum, vt maneant ea quæ ſunt immobilia*. Vocat autem immobilia, legem naturalem per Euangelium non mutatam, ſed perfectam: de qua lege naturali paulo ante dixerat, *Acceſſiſtis ad Eccleſiam primitiuorum:*

a Ante legem lib. 1. cap. 11.
b 2. Reg 12. 14.
c 1. De prouid.
d Euſeb. hiſt lib 4. cap. 8.
e Lib. 5.
f Ser de lapſis.
g c 3.
h Can.
i Hebr. 12. 28.

Digitized by Google

qui conſcripti ſunt in cælis & iudicem omnium Deum & Spiritus
iuſtorum perfectorum: per *primitiuos & iuſtos perfectos* intelligit
patriarchas, antiquoſque legis naturæ prophetas, vt ample ali-
bi [a] probauimus. Hortatur itaque Paulus Hebræos, vt relictis
legis Moſaicæ ceremonijs tranſitorijs ac temporalibus immo- a Ante leg. lib.1 cap.
bilem, quæ à Chriſto vim ac perfectionem accepit, naturæ le- 10.
gem hilariter ſuſcipiant. Quod autem addit, *habemus gratiam*
per quam ſeruiamus, &c. alludit ad montem Sinai, in quo data
fuerat lex Moſaica, & in quo Diuinæ maieſtatis peculiari quo-
dam modo erat & adorabatur præſentia, & de quo dixerat,
B *Non enim acceſſiſtis ad tractabilem montem, & accenſibilem*
ignem, & turbinem & caliginem & procellam, &c. & ita terribile
erat quod videbatur, vt Moyſes dixerit: exterritus ſum & treme-
bundus. Comparat enim cum illo monte noſtram Euchariſtiam
dicens: *Habemus gratiam, per quam ſeruiamus* (ſupremo nempe
cultu, vt faciebant Iſraelitæ in monte Sinai) *placentes Deo* (quo
ſenſu Henoch dicitur [b] *placuiſſe Deo*, & Dauid ſtatuit *placere* b Eccli. 44 15.
Domino in regione viuorum, [c] hoc eſt, ambulare & familiariter c Pſal 114. 9
cum eo conuerſari. De qua phraſi nos alibi [d] ampliſſimè) *cum*
metu & reuerentia, quali Deum coli decet timeri, ac revereri. d Ante leg. lib.1 cap. 7. & 13. & lib. 2 cap.1.
C Deinde alludens ad eundem Sinai montem, in quo dixerat Dei
maieſtatem apparuiſſe in forma ignis accenſibilis, rationem
reddit, cur gratiæ quam habemus, id eſt, Euchariſtiæ, vel in
Euchariſtia Chriſto *ſeruiamus placentes Deo cum metu & reue-*
rentia, cùm ſubdit: *Etenim Deus noſter ignis conſumens eſt.* Ita-
que ſicut propitiatorium quod erat in Ieruſalem *ad confitendum*
nomini Domini, [e] vocatur ignis & caminus Dei cum quadam e Pſal 121. 4.
ignis montis Sinai analogia, cùm dicitur *Dixit Dominus, cuius*
ignis eſt in Sion & caminus eius in Ieruſalem: [f] ita profectò Eu- f Iſaiæ 31.9
chariſtia eſt ignis & caminus Chriſti filij Dei in templis no-
ſtris.

D Igitur, auguſtiſſimum corporis & ſanguinis Chriſti ſacramen-
tum in prædicto ſenſu ritè ab Orthodoxis patribus, & iuxta Sy-
riacum, in Scriptura [g] vocaretur Euchariſtia, quaſi bona gratia, g Act.2.42.
dicique poſſet εὐδοξία bona gloria; quia Deus in ea & per eam
communicat fidelibus peculiare pignus vitæ æternæ, & quia
continet ipſum fontem gratiæ Chriſtum & ſummam gratiam
vnionis hypoſtaticæ, quæ eſt in Chriſto. Sed & in alio ſenſu,

Digitized by Google

nempe, quia in eo, vt etiam eſt ſacrificium, gratiæ Deo maximæ, ſummúſque cultus exhibetur: & huic templa, velut olim tabernaculum [a] & templum [b] propitiatorio (nota obiter me ſemper loqui de propitiatorio, non de arca, quia iſta non niſi ſcabellum pedum Dei dicebatur, [c] illud verò proprie & preciſè erat ſedes & thronus Dei) templa extruuntur ad gratias agendas: quæ quoquo modo comparare poſſumus cum illo, quod τῶν χαρίτων in media ciuitate conſtructum Ariſtoteles [d] meminit. Et ſic Turrianus [e] ſumit nomen Euchariſtia, quando explicans Paulum [f] dicentem, *Pax Chriſti exultet in cordibus* B *veſtris, in quam & vocati eſtis in vno corpore & grati eſtote*, dicit, illud quod ibi Græcè legitur εὐχάριϛοι γίνεσθε, & nuſſibi aliàs à Paulò vſurpatur, ab Euchariſtia deductum eſſe: vel in eo Apoſtolum alluſiſſe, quoniam Euchariſtia digna eſt natura ſua, & proſequenda omni gratiarum actione: eámque ad rem Dionyſij [g] teſtimonio vtitur docentis, *qui propter turpem vitam non ſunt facti, participes myſteriorum, remanſiſſe ἀχαρίϛους: contra verò, qui digna participatione altitudinem & magnitudinem cognoſcant, laudes eius εὐχαρίϛως*, id eſt, *grata memoria celebrare*. Eodem ſpectat locus conſtitutionum Apoſtolicarum [h] εὐχαριϛοῦμεν, id eſt, *Gratias agimus, Pater noſter, pro ſanguine Ieſu Chriſti pro nobis effuſo, & pro pretioſo corpore eius, cuius hæc ſacramenta celebramus.* C

Ex eo autem quòd omnium Patrum ſuffragijs Iudas noſter, vt & Petrus, loquitur de dictis hæreticis Simonis Magi ſectatoribus: videndum eſt in quo, vel quo pacto erant hanc *Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam*, vel iuxta Syriacum, *peruertentes in immunditiam*. Ad quod non piget quæ hîc Lorinus habet tranſcribere. Manichæi ſemen humanum immiſcentes farinæ, dicebant, *Hoc eſt corpus Chriſti:* [i] Gnoſtici vtriúſque ſexus immunditiam huiuſmodi ſeminis viri- D lis poſt commiſſionem in manibus habentes, & oculos in cœlum ſtando tenentes, dicebant, *Offerimus tibi hoc donum; hoc eſt corpus Chriſti, hoc eſt Paſcha*, idque ſic edebant, atque idem de menſtruo mulierum profluuio faciebant ſub hac forma, *Hic eſt ſanguinis Chriſti*: quin etiam ſi mulier impregnaretur, detractum fœtum in mortario tundentes piſtillo condiebant pipere, melle, aliíſque aromatibus aduerſus

a Exod 25. 9 16 16. & ſeq
b 3. Reg 5. 5. & alibi
c 1 Paral. 28 2 Pſal. 98 5. Thren. 2. 1
d [illegible] Ethic. cap 5.
e Tract 2. de Euchariſ cap 8.
f Coloſſ 3. 15.
g De Eccl. Hier cap. de communione.
h Lib 7. cap 25.
Euchariſtia quo pacto blaſphemabatur à Simonianis viris ſectatoribus.
i Auguſt. de Hæreſ. in 46.
Horrenda in Euchariſtiâ hæreticorum antiquorum blaſphemia.

Digitized by Google

nauſeam, & comedentes, hoc perfectum paſcha dicebant.[a] Alterius malui, quod ſaltem breuiter neceſſarium erat, referre, quàm meis verbis. Aliquid ſimile de priſcis Cainitis legitur apud Beroſum,[b] quod *procurabant abortus in eduliumque præparabant*. Horrenda prorſus ſunt ea quæ de iſtis diffusè tractat Epiphanius loco citato. De quibus ſine dubio loquitur Apoſtolus[c] cùm ait, *quorum Deus venter eſt, & gloria* (Græce δόξα) *in confuſione* (al. impudentia) *ipſorum*.

a Epiphanius hæreſ. 26.

b Antiq. lib 1.

c Philip. 3.

Si quis autem quærat, vnde tanta luxuriæ in ſacris enormitas? Arbitror ex cultoribus Idoli Moloch ortum habuiſſe, cui fortaſſe panem humano ſpermate temperatum offerebant, & ita intelligi quod ſcriptum eſt.[d] *De ſemine tuo non dabis, vt conſecretur idolo Moloch.* Panis enim oblatus fuerat in ſacrificium à Melchiſedech quem pro Deo in idolo colebant Ammonitæ & quidam Iſraelitæ. Poſt Euangelium autem apud Simonem magum fœdiſſimam hanc oblationem primò reuixiſſe & execranda ſolemnia, collegi poteſt ex S. Irenæo[e] cùm de eodem Simone agit: *Igitur horum myſtici ſacerdotes*, inquit, *libidinoſe quidem viuunt, magias autem perficiunt, quemadmodum poteſt vnuſquiſque ipſorum: exorciſmis & incantationibus vtuntur: amatoria quoque & agogima, & qui dicuntur paredri & oniropompi, & quæcúmque ſunt alia parerga, apud eos ſtudio exercentur*. Quæ vltima Irenæi verba ſic exponit Theodoretus,[f] Qui ſectæ Simonis erant, ſe audacter omni libidini & intemperantiæ dedebant, & omni incantationum & præſtigiarum genere vtebantur, amatoria quædam & pellicentia machinantes, & quæcúnque alia ſunt incantationnum & præſtigiarum propria tanquam diuina perſequuntur. Hæc Theodoretus. Qua autem occaſione Simon ſuis magis quàm prius præſtigijs homines dementare ſtatuerit, ſic declarat Irenæus:[g] *Et cùm adhuc magis non credidiſſet Deo* (poſtquam à B. Petro audiuit, *Pecunia tua tecum ſit in perditionem, &c.*[h]) *cupidiùs intendit contendere aduerſus Apoſtolos, vti & ipſe glorioſus videretur eſſe, & vniuerſam magiam adhuc amplius inſcrutans, ita vt in ſtuporem cogeret multos homines*.

d Leuit. 18. 21. & 20. 2.

e Lib. 1. cap 20.

f Lib. 1. hæret. fabul.

g Vbi ſupra.

h Act 8 20.

Hic anſa ſe præbet oportuna tractandi de natiua tot poſteà hunc patriarcham ſectantium hæreticorum turpitudine quo-

Digitized by Google

a 11. Diſig. Eccl cap. 1.2 3.
b In epiſt. Iudæ.
c Luth epiſt. ad præpo. Lugneburg.

rum Thomas Bozius [a] & Feuardentius [b] ex varijs auctoribus conficiunt catalogum: & præſertim de neotericis, id eſt, noſtri ſæculi hæreſiarchis: quorum Lutherus religioſi ordinis apoſtata, quod faciebat, etiam docebat, æquè concubitum eſſe neceſſarium atque edere, bibere, execrare, dormire: [c] & pluſquam præceptum eſſe omnibus, à quo nullus omnino eximi poſſet, ac valeat, *Creſcite & multiplicamini:* &, vt *ſi nolit vxor, alia etiam ancilla aduocetur.* Sed iſta relinquo hæreſiologis tractanda. Ego chronologici & hiſtorici munus exercens, optarem potius ſcire quonam tempore Simon audaciùs ſua peſſima dogmata proferre cœperit in publicum, & præſertim in Samaria, quorum occaſione B. Iudas ſuam hanc emiſerit epiſtolam. Cùm autem propter ſibi à Petro factam correctionem ac repulſam hoc eueniſſe nuper dixerit Irenæus, quæ repulſa iuxta Baronium contigit anno Chriſti trigeſimo quinto: probabile admodum eſt, vno vel ad plus duobus poſt annis, id eſt, circa annum Chriſti 37. cum Simonis ſecta vigeret, omnibus modis, id eſt, verbis ac miraculis Apoſtolos; ſed & Iacobum ſpecialiter per epiſtolam, & tandem fratrem eius Iudam ſcripto hoc viriliter reſtitiſſe: & proinde ſcripſiſſe ex Ieroſolymis (vbi omnes Apoſtoli tunc erant & remanſerunt adhuc vſque ad annum Chriſti quadrageſimum quartum [d]) vtique de conſenſu & conſilio Petri, Iacobi & aliorum Apoſtolorum, quemadmodum de Matthæi Euangelio ſcribit Athanaſius, [e] editum ab eo fuiſſe Hebraicè Ieroſolymis, *& interpretante Iacobo fratre Domini ſecundum carnem expoſitum.*

Quo tempore Simon magus cepit edere ſua turpiſſima dogmata.

Quando & vnde ſcripſerunt Iacobus & Iudas Apoſtoli.
d Baron. an. Chriſti 44 n 13.
e In ſynopſi.

Ex quibus duo colligimus: nempe, Iudam ſcripſiſſe ante Matthæum, qui non niſi anno Chriſti 41. ſcripſit Euangelium ſuum: deinde quod longè ante Petri vel etiam priorem epiſtolam, non autem ante Iacobum: qui etiam (vt optimè docet Baronius [f]) ſuam ſcripſit aduerſus eundem Simonem. Quod feciſſe videtur cùm nondum planè peſſimus, minimè dictas libidinis execrandas turpitudines tam apertè à ſuis exerceri pateretur; ſed bonorum operum, tantùm adhuc negaret neceſſitatem. Quod peſſimum eius dogma ſtatim vt apparuit, vigilantiſſimus paſtor & Ieroſolymorum Epiſcopus Iacobus emiſit epiſtolam, in qua [g] ſtylo benignitate pleno plurimùm in

f An. Chriſti 63. n. 11.
g Cap 2.

Digitized by Google

operum commendatione verſatur, cùm ex diametro pugnet contra recentem Simonis doctrinam, quæ ex Irenæo [a] talis eſſe comperitur: *Hi*, inquit, *qui in eum & Helenam eius ſpem habebant, & vt liberos agere quæ velint: ſecundum enim ipſius gratiam ſaluari homines, ſed non ſecundum operas iuſtas. Non enim eſſe naturaliter operationes iuſtas, ſed ex accidenti, &c.* Hanc igitur priorem, primóque apparentem Simonis hæreſim antequam vlterius progrederetur extinguere ac ſuffocare ſuo ſcripto cùm tentaſſet Iacobus, & vidiſſet non tantùm nihil pro- B feciſſe, ſed ſenſim Simonem & diſcipulorum multitudine & peruerſitate doctrinæ creſcere: ab eo & Petro & cœteris Apoſtolis aptus viſus eſt Iudas ipſius Iacobi frater; qui alio ſcripto alia huius hidræ naſcentia horrenda amputaret capita, etiam cum vix adhuc apparerent: vt non obſcurè colligitur ex hac loquendi formula, *ſubintroierunt enim quidam homines*, [b] hoc eſt, furtiuè & in abſcondito introduxerunt ſe, &c. Quaſi diceret: contra quos denuo ſcriptis certare conuenit: poſtquam ante me contra eoſdem iam ſcripſit coapoſtolus & frater meus Iacobus. Et ad hoc referri etiam poſſet quod præ- C miſerat; *Neceſſe habui ſcribere vobis deprecans ſupercertari ſemel traditæ ſanctis fidei.* [c]

a Lib 1. cap. 20.

b Iud. v. 4.

c Iud v. 3.

Primus igitur inter ſcriptores noui teſtamenti fuiſſe videtur S. Iacobus: ſecundus frater eius Iudas: tertius S. Matthæus primus Euangeliſtarum. Quicquid Baronius [d] ſine probatione dicat, S. Iudam ſcripſiſſe antequam B. Petrus ſuam ſecundam ſcripſerit epiſtolam, & illum ab iſto quod ſcriberet, accepiſſe. Cuius contrarium ex ipſo textu noſtro antea ritè deduximus. Hebraicè quoque ſcripſiſſe non ſolùm ex multis iam notatis poſteáque notandis Hebraiſmis: ſed etiam ex eo quod ipſis ſcribebat Iudæis conuerſis, qui tunc Hebraico ſermone exara- D tam ſacram ſcripturam Græcè ſcriptæ præferebant, iuxta illa quæ prius [e] dicta ſunt. Ad textum redeamus.

d An. Chriſti 68 n 5.

Ordo temporis quo ſcripſerunt primi poſt Chriſtum ſcriptores Iacobus, Iudas & Matthæus.

e Poſt legem cap 5.

Et ſolum Dominatorem & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negantes. Et hîc ſubolfacimus Hebraiſmum elegantem, quo ad maiorem Chriſti commendationem S. Iudas vocat eum Ieſum, non tanquam proprio nomine, ſed appellatiuo, Saluatorem, quemadmodum nuncupauerat eum Dominatorem & Dominum noſtrum per antonomaſiam, quam voluit exprime-

re addendo *ſolum*. Vt ſicut Chriſtus, præſertim vt Deus eſt, A
vnus ſolus eſt ſupremus Dominator ac Dominus omnium noſtrum: ita vt Deus & homo eſt, ſolus & vnicus eſt totius mundi Saluator, *qui dedit animam ſuam in redemptionem pro multis*, a & cui neque Moyſes aut Ioſue, neque quiuis alius ſaluator vnquam æquipararı poterit. Horum autem verborum talem eſſe genuinum ſenſum, colligitur ex Petri correſpondentibus, & iſta quaſi exponentibus verbis, *& eum qui emit eos Dominum negant*. Quid enim aliud hoc vult, quàm nominis Ieſu vim & ſignificatum oſtendere? ac ſi Iudas noſter diceret, & B
ſolum Dominatorem & dominum noſtrum Saluatorem Chriſtum negantes. Eodem prorſus ſpiritu, quo Apoſtoli poſt aduentum Spiritus ſancti prædicabant Chriſtum eſſe totius mundi Saluatorem. Quemadmodum Petrus [b] in concilio magiſtratuum templi, dicens eis. *Obedire oportet Deo magis quam hominibus: Deus patrum noſtrorum ſuſcitant Ieſum, quem vos interemiſtis ſuſpendentes in ligno. Hunc principem & Saluatorem Deus exaltauit* (nempe ſuper omnes alios) *dextera ſua ad dandam pænitentiam Iſraeli & remiſſionem peccatorum*.

a Matth. 20. 28. Marc 10. 45.

b Act 13. 20.

Itáque, tota ſententia de Chriſto ſolo debet intelligi, vt fere omnes cum Beda intelligunt: videlicet Hugo, Thomas An- C
glicus, Lyranus, Richelius, Caietanus, Catharinus, Primaticcius, Gagneius, Salmeron, Sa, Seratius, Adamus, Titelmanus, Lancellotzius & alij: ſed & lectio Græca. quæ in quibuſdam codicibus habet vnicum articulum καὶ τ̀ μόνον δεσπότην Θεὸν, καὶ κύριον ἡμῶν, &c. Græci enim, ait Gagneius, cum Patrem ſignificant, articulum addere ſolent, qui hîc deeſt. Confirmat Adamus & optimè; quia Iudas tranſcripſit caput ſecundum epiſtolæ ſecundæ Petri (nos tenemus Petrum poſt Iudam ſcripſiſſe & illum exponere quod in idem conſpirat) & in conſequentibus ſolius meminit filij quem Si- D
moniani negabant, verè natum, paſſum, ſuſcitatum, vel aliter eſſe Chriſtum, quàm patronimicè, id eſt, per denominationem à ſupremo Chriſto, non quod haberet eſſentiam Chriſti. Quibus addere poſſumus, ipſos Simonianos quorum hæreſim hîc profert Iudas, illoſmet eſſe, qui alio nomine dicebantur Angeli, de quorum religione ſeu exteriori cultu ſuperſtitioſo loquitur Apoſtolus ad Coloſſenſes [c] cum ait:

Simoniani docebant Chriſtum nonniſi per denominationem natum & paſſum fuiſſe.

c Cap. 2. 18. & 19.

Digitized by Google

ait: *Nemo vos ſeducat, volens in humilitate & religione Angelorum*, &c. de quorum grege erat faſtuoſus quidam (& forſitan ipſe Simon) princeps, de quo proſequitur Paulus, *quæ non vidit ambulans fruſtra inflatus ſenſu carnis ſuæ, & non tenens caput* (nempe Chriſtum caput Eccleſiæ) *ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones ſubminiſtratum & conſtructum creſcit in augmentum Dei.* Quemadmodum autem ibi Apoſtolus de ſola Chriſti perſona loquitur, quam ait illum ſuperbum, carnalem, & faſtuoſum pro totius Eccleſiæ capite non agnoſcere: ita & nunc Iudas de ſolo ipſo Chriſto dicit quoſdam eſſe qui eum *ſolum dominatorem & Dominum noſtrum ſaluatorem eſſe negabant.* Vnde Salmeron Eraſmum arguit impietatis, peruertiſſéque ait hunc locum, exponendo primum membrum de Deo Patre, vt diſcerneret à Domino Ieſu Chriſto, quaſi Deum eſſe negaret. Bellarminus[a] de ſolo Chriſto pariter explicans, ac inde diuinitatem eius probans, quia hîc ei tribuuntur quæ tribui ſolent Patri, vtitur etiam eodem argumento Gagnei; vt etiam ad idem facit De Valentia.[b] Quapropter huic adhærendum ſententiæ, tanquam ad mentem auctoris, eſſe putamus. Porrò, cùm Petrus ſicut & Iudas in præſenti tempore ſcribit *negant*, non in futuro *negabunt*, reſpicit ad eos quos vocauit *pſeudoprophetas in populo*, nempe Iudaico, qui tunc à multo tempore iam vigebant inter Iudæos, & vere *eum qui emit eos Dominum negabant*: quorum ſectatores futuros eſſe in Europa prædicit, & ad eorum inſtar *introducturos ſectas perditionis.*

Angeli de quorum religione Paulus loquitur erât Simoniani.

a 1. de Chro. cap. 7.

b P. 1 diſp. 1. q. 1 puncto 1. §. 11.

B

C

D

B. Iudas.	B. Petrus. Epiſt. 2. Cap. 1.
Verſ. 5. *Commonere autem vos volo, ſcientes ſemel omnia.*	Verſ. 12. *Propter quod incipiam vos ſemper commonere de his, & quidem ſcientes & confirmatos vos in præſenti veritate.*

Cur multi putent Iudã à Petro quæ ſcripſit accepiſſe.

MVLTI ſupremæ Petri authoritati derogare putarent, B ſi concederent eum aliquid à S. Iuda accepiſſe, aut ſuam poſt eum epiſtolam ſcripſiſſe: & fortaſſe illa potior apud illos cauſa eſt, cur ſecundam Petri Epiſtolam illa quæ Iudæ eſt longè antiquiorem exiſtiment. Si tamen vtriuſque loquendi modum diligenter attendant, nobis contrarium tenentibus facile conſentient. Confitentur omnes Patres & expoſitores vtrúmque Apoſtolum agere contra Simonem magum & gregales eius, qui ex multis tria potiſſimùm promebant falſa dogmata; Chriſtum non eſſe mundi Saluatorem, bona opera non eſſe ad ſalutem neceſſaria; & multis horrendis luxuriis C ſanctam ſynaxim & Euchariſtiam contaminare, vt vidimus. Nuper quoque diximus, B. Iacobum, antequam Simoniani ad ſuæ peruerſitatis cumulum perueniſſent, vt ſecundum eorum dogma præſcinderet, edidiſſe ſuam epiſtolam, ſicut & ad primum & tertium conterendum ſimiliter poſt eum feciſſe noſtrum Iudam. Si quis autem diligenter attenderit, inueniet S. Petrum contra omnia illa tria dogmata ſuarum epiſtolarum machinas diſpoſuiſſe: idque tali ordine, vt per totam primam vnum verum & ſolum mundi Saluatorem Ieſum Chriſtum efficaciſſimis verbis annunciet, deinde praxim virtutum ac bonorum operum neceſſitatem diſertiſſimè prædicet, nec non D ferè per totum primum ſecundæ epiſtolæ caput, in quo [a] iſta de operum neceſſitate profert aurea verba: *fratres magis ſatagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis*, &c. Et ſtatim antequam ſuo teſtimonio tanquam oculati teſtis de Chriſti transfiguratione & voce Patris de cœlo miſſa loquatur, quo de Chriſti dominio & ſaluatione facta

Quo ordine B. Petrus refutat dogmata Simonianorum.

a verſ. 10.

A confirmet fidei articulum aduerſus hæreticos, promit iſtud velut præludium, *propter quod incipiam vos ſemper commonere de his & quidem ſcientes & confirmatos vos in præſenti veritate*. Iſta autem veritas in qua vult eos commonendo confirmare eſt de his quæ priùs de bonis operibus dixerat ad ſalutem neceſſariis: quam cùm adhuc eſſet Ieroſolymis cum aliis Apoſtolis contra Simonianos exurgentes verbo iam propugnauerat, ſicut & Iacobus ſuis ſcriptis fecerat: nec non S. Iudas ſimiliter tertium de luxuriis & turpitudinibus dogma confundendo.

B At dices: ſi Petrus cùm Romam venit, iam iſta omnia dogmata Simonianorum nouerat, cur nihil aut parum de illis in ſua priori epiſtola tetigit: in ſecunda verò de iis tam apertè & quaſi ipſis B. Iudæ terminis locutus eſt? Reſpondeo, iſta turpiſsima diu prudenter diſsimulaſſe, contentum vnius omnium Saluatoris fidem & bonorum operum neceſsitatem prædicare Gentibus, quas in illo principio tantò faciliùs ſcandalizaſſet, quantò magis huiuſmodi proni erant impudicitiis. At poſtquam fides Catholica apud eos radices egit, & iam Simonianum virus ad Europam vſque ſerpere præuideret: ſtatuit il-
C lud detegere, non omnibus, ſed proceribus Eccleſiæ tanquā ſapientioribus, quique ſua prudentia impedire poterant ne ſuorum animæ illo inficerentur.

B. Petrus diſsimulauit ad tempus in Europa dogmata Simonis quæ à multo tempore vigere ſciebat in Aſia.

Vt autem Apoſtolorum concordiam & ſpiritus vnitatem oſtendat, eius qui ante ſe de eadem re ſcripſerat, nempe Iudæ ferè verbis vtitur. Sicut in hoc loco verbo ὑπομιμνήσκειν, quod nunc per ſuggerere, [a] nunc per admonere [b] expoſitum legimus: nomen autem ὑπόμνησιν per recordationem, [c] & commonitionem: [d] eodem nempe lenitatis ſpiritu & ſingulari quadam tum beneuolentia, tum modeſtia inferiores in-
D ſtruens, ac ſignificans non ignorari ab eis hæc & alia quæ pertinent ad orthodoxam fidem ac morum bonam inſtitutionem: tamen vt officio & amori quo ipſos proſequitur, ſatisfaciat, prætermittere noluiſſe, quin, quæ ea iam (hoc enim vox *ſemel* importat) optimè norunt ſuggereret, & de iiſdem eorum memoriam refricaret. Eadem plane Apoſtolica mente qua Paulus dicebat, *Scientibus legem loquor* [e] & Ioannes, [f] *Non ſcripſi vobis quaſi ignorantibus veritatem, ſed quaſi ſcienti-*

a Ioan. 14. 16.
b Tit. 1 2.
c 2 Tim. 1 5.
d 2. Petr. 3. 1.
e Rom. 7. 1.
f Epiſt. 1. c. 2. 21.

bus eam. Iterum Paulus,[a] *Confidimus autem de vobis dilectiſsimi meliora, & viciniora ſaluti, tametſi loquimur.* Magna conciliatio beneuolentiæ quando ſeuera perſona ciuilem admiſcet facilitatem, nec de auditorum vel ſubditorum diffidere, vel ſcientia, vel bonitate videtur. Sed quid eos vult ad memoriam reducere?

a Hebr. 6. 6.

Quoniam Ieſus populum de terra Aegypti ſaluans ſecundò eos, qui non crediderunt perdidit. Hic nomen *Ieſus* in quibuſdam duntaxat Græcis codicibus legitur: quod à B. Iuda potuit ſumi generaliter & appellatiuè, vt in præcedenti verſiculo, vbi per antonomaſiam Chriſtum vocauit ſolum noſtrum Saluatorem: quaſi nunc alterius longe inferioris Saluatoris nempe Moyſis exemplum adferre volens per periphraſim vocaret eum ſaluatorem, qui ſaluauit populum de Ægypto, & textus ita redderetur: *Quoniam Saluator populum de terra Aegypti ſaluans, bis eos, qui non crediderunt, perdidit.* Nomen autem *populi* abſolutè poſitum pro gente Iſraëlitica ſupponere iam antea notauimus, vt cùm Chriſtus Paulum alloquens ait, *eripuiſſe eum de populo & gentibus*, hoc eſt, de medio Iudæorum & Phœnicum, qui dicebantur gentes, *ad quas illum mittebat*,[b] nempe ad annunciandum nomen ſuum. Item, cùm Petrus dixit: *fuerunt verò & pſeudoprophetæ in populo*, ſupple, Iudæorum. Bene autem Moyſes appellatur *Saluator populum* Iſraëliticum *de terra Ægypti ſaluans*, ad differentiam patriarchæ Ioſeph, qui in Ægypto populum Ægyptium ſaluauit à fame propter quod vocatus fuit *Saluator mundi*[d] Ioſue quoque nomen & rem Saluatoris habuit, non tãquam de terra Ægypti populum Dei ſaluans, ſed iam in terra Chanaan eundem, ab hoſtibus Gentilibus & contra eum Regibus inſurgentibus fortiter liberans. Qua ratione multi poſt eum Iudices idem nomen acceperunt:[e] nec non alij poſtea, [f] *Vidit Dominus anguſtiam Iſrael, quia attriuerat eos Rex Syriæ, & dedit Dominus Saluatorem Iſraeli, & liberatus eſt de manu Regis Syriæ.* Ad quos omnes videtur Eſdras[g] reſpicere cùm ait: *Et in tempore tribulationis ſuæ clamauerunt ad te, & tu de cælo audiſti, & ſecundum miſerationes tuas multas dediſti eis Saluatores, qui ſaluarent eos de manu hoſtium ſuorum.*

Populi nomen abſolutè poſitum plerumque ſumitur in ſcriptura pro populo Iſraelitico.

b Act. 26. 17.
c 2 Petr. 2. 1.
d Geneſ. 41. 45.

Moyſes & Ioſue dicuntur Saluatores, ſed differenter.

e Iudic. 3. 9. & 15.
f 4. Reg. 13. 5.
g 2 Eſd. 9. 26.

Quo ſenſu in hoc & præcedenti tmemate diſtinctio pa-

A ret inter primarium & ſupremum totius mundi Saluatorem, qui ſimul ſolum omnium Dominator ac Dominus appellatur, & alios qui aut vices duntaxat gerebant, aut figuram. Quod diſcrimen obſeruans Apoſtolus, cum prædictorum iudicum mentionem feciſſet vſque ad Dauid Regem, ſubdit: *Huius Deus ex ſemine ſecundum promiſſionem eduxit Iſrael Saluatorem Ieſum*, &c.[a] Vnde Auguſtinus,[b] *Aduertendum*, ait, *ſaluatorem etiam dici hominem, per quem Deus ſaluos faciat.* Ita vt duplices agnoſcere oporteat Saluatores: nempe Deum aut Chriſtum tanquam ſummum ac primarium:
B alios vt ſecundarios, ac illius in danda ſalute adminiſtros & cooperatores. Apud Ethnicos, vtique ex ſacris, per traditionem viguit iſtud nomen, quod in *Sotere* magnum eſt apud Ciceronem,[c] & Iouis epitetum facit Demoſthenes.[d] Et tamen quin diuerſo modo, exilioreque cauſa in homines conferri poſſet, nemo negauit. *Ipſa petra*, inquit Hieronymus,[e] *Petro donauit vt petra ſit. Paſtor quoque bonus Apoſtolis Paſtorum largitus eſt nomina: & quodcumque dicitur ſeruis tribuit, vt dicuntur. Sic ipſe Saluator Apoſtolos ſuos mundi eſſe voluit Saluatores.*

Saluatores in duplici ſunt differentia.
a Act. 13. 26.
b Queſt. 18.
Saluatoris nomen apud Ethniios honorificum.
c In Verrem orat. 2.
d Orat. de falſa relig. proem.
e In Abdiā ſub finem.

C Ex dictis collige Hieronymum[f] lapſum fuiſſe memoria cùm præſentem locum interpretatus eſt de Ieſu filio Naue, qui antea dicebatur Anſe, id eſt, Saluator, dicens, *Ipſum Ioſue ſecundum epiſtolam Iudæ ſaluaſſe & eduxiſſe populum Iſrael ex Ægypto.* Nequaquam enim Ioſue, ſed Moyſes eduxit Iſraelem ex Ægypto. Quod rectè hìc admonent expoſitores: ſed quia plures Græci codices habent hìc ὁ κύριος *Dominus*, & adhuc quidam ὁ Θεὸς *Deus*, alio vtique legitimo ſenſu & hiſtorico hunc locum de Ieſu filio Dei interpretatur: & ſimiliter, cùm dicunt ideo de illo intelligi; quia Angelus gerens
D illius perſonam, liberauit populum, occidit primogenita Ægyptiorum, alios in mari ſubuerſit; Hebræos incredulos proſtrauit, &c. Optimè etiam, ex hoc loco probant Chriſti diuinitatem: qui nimirum *hodie & cras & in ſæcula*,[g] *antequam Abraham fieret exiſtens*,[h] cui eadem opera tribuuntur quæ Patri, vt liberationis Hebræorum de Ægypto, eorúmque punitionis: & ad hoc probandum adferunt S. Ambroſij[i] verba quibus ſic Iudæos alloquitur. *Miramini Moyſen, quia*

f 1. contra. Iouin.
g Heb. 13. 8.
h Ioan. 8. 59.
i In Pſal. 118. ſer. 18.

hæreticos probare intendant Chriſtum eſſe Deum & Dominatorem omnium: quid quæſo eſt blaſphemare in Euchariſtia gloriam veriſſimam, quam in eadem blaſphemare nomen Dei, ſicut olim de Deo, vt peculiari modo ac præcisè præſens erat in propitiatorio, dicebatur: [a] *Quoniam blaſphemare feciſti inimicos nomen Domini?* [b] Et ſanè Saluianus [c] optimè hæc B. Petri verba de mala Catholicorum quoque vita, qua grauiſſimè offenduntur Gentiles & nomen Chriſtianum blaſphemant interpretatus deque re iſta tota copiosè differens, inter alia commemorat, veteres calumnias de homicidio, inceſtu & voratione infantum: quod vltimum peſſimè obiiciebant propter realem in Euchariſtia corporis Chriſti manducationem, quam Carpotiani & Gnoſtici nefandis ſuis pollutionibus odioſam reddebant Gentibus. [d] Sed retinendo nomen χάρις, de Euchariſtia adhuc optimè Iodocus Coccius interpretabatur & ad multorum ſanctorum Patrum mentem qui eam vocant *gratiam*, vt facit Optatus: [e] & Concilium quoddam ex Toletanis nominat eam *gratiam communionis*: Cyprianus, [f] *gratiam ſalutarem.* Simeon Metaphraſſes Θείαν καὶ Θεοποιὸν χάριν, *Diuinam & Deificam gratiam.* Cyrillus Ieroſolymitanus οὐράνιον χάριν *cæleſtem gratiam.* Quemadmodum in Synodo Cæſarauguſtana [g] in qua conſuetudo deferendi domum ſacram Euchariſtiam obrogata fuit, hæc ſtatuta leguntur: *Euchariſtiæ gratiam ſi quis probatur acceptam non conſumpſiſſe in Eccleſia, anathema ſit in perpetuum.* Ante quam abrogationem, in Sexta Synodo [h] legitur; *Antequam fiat communio, Euchariſtiam accepturus manus in crucis formam figurans, ſic accedat, & gratia communionem accipiat.*

At planè examinandus eſt locus quem ex Paulo ſapientiſſimè ad hoc Coccius adduxerat. [i] *Regnum immobile ſuſcipientes, habemus gratiam, per quam ſeruiamus placentes Deo cum metu & reuerentia.* Vocat enim ſtatum Euangelij regnum immobile, reſpectu ſtatus Moſaicæ legis, quæ mobilis erat & tranſitoria: de qua immediatè priùs dixerat: *Quod autem adhuc ſemel dicit, declarat mobilium tranſlationem, tanquam factorum, vt maneant ea quæ ſunt immobilia.* Vocat autem immobilia, legem naturalem per Euangelium non mutatam, ſed perfectam: de qua lege naturali paulo antè dixerat, *Acceſſiſtis ad Eccleſiam primitiuorum:*

a Ante legem lib. 1. cap. 11.
b 2. Reg 12. 14.
c 1. De prouid.
d Euſeb. hiſt lib 4. cap. 8.
e Lib. 5.
f Ser de lapſis.
g c 3.
h Can.
i Hebr. 12. 28.

Digitized by Google

qui conſcripti ſunt in cælis & iudicem omnium Deum & Spiritus iuſtorum perfectorum: per *primitiuos & iuſtos perfectos* intelligit patriarchas, antiquoſque legis naturæ prophetas, vt ample alibi [a] probauimus. Hortatur itaque Paulus Hebræos, vt relictis legis Moſaicæ ceremonijs tranſitorijs ac temporalibus immobilem, quæ à Chriſto vim ac perfectionem accepit, naturæ legem hilariter ſuſcipiant. Quod autem addit, *habemus gratiam per quam ſeruiamus, &c.* alludit ad montem Sinai, in quo data fuerat lex Moſaica, & in quo Diuinæ maieſtatis peculiari quodam modo erat & adorabatur præſentia, & de quo dixerat,
B *Non enim acceſſiſtis ad tractabilem montem, & accenſibilem ignem, & turbinem & caliginem & procellam, &c. & ita terribile erat quod videbatur, vt Moyſes dixerit: exterritus ſum & tremebundus.* Comparat enim cum illo monte noſtram Euchariſtiam dicens: *Habemus gratiam, per quam ſeruiamus* (ſupremo nempe cultu, vt faciebant Iſraelitæ in monte Sinai) *placentes Deo* (quo ſenſu Henoch dicitur [b] *placuiſſe Deo*, & Dauid ſtatuit *placere Domino in regione viuorum,* [c] hoc eſt, ambulare & familiariter cum eo conuerſari. De qua phraſi nos alibi [d] ampliſſimè) *cum metu & reuerentia*, quali Deum coli decet timeri, ac revereri.
C Deinde alludens ad eundem Sinai montem, in quo dixerat Dei maieſtatam apparuiſſe in forma ignis accenſibilis, rationem reddit, cur gratiæ quam habemus, id eſt, Euchariſtiæ, vel in Euchariſtia Chriſto *ſeruiamus placentes Deo cum metu & reuerentia*, cùm ſubdit: *Etenim Deus noſter ignis conſumens eſt.* Itaque ſicut propitiatorium quod erat in Ieruſalem *ad confitendum nomini Domini,* [e] vocatur ignis & caminus Dei cum quadam ignis montis Sinai analogia, cùm dicitur *Dixit Dominus, cuius ignis eſt in Sion & caminus eius in Ieruſalem:* [f] ita profectò Euchariſtia eſt ignis & caminus Chriſti filij Dei in templis noſtris.

a Ante leg. lib. 1 cap. 10.

b Eccli. 44. 15.

c Pſal. 114. 9.

d Ante leg. lib. 1 cap. 7. & 18. & lib. 2 cap. 1.

e Pſal. 121. 4.

f Iſaiæ 31. 9.

D Igitur, auguſtiſſimum corporis & ſanguinis Chriſti ſacramentum in prædicto ſenſu ritè ab Orthodoxis patribus, & iuxta Syriacum, in Scriptura [g] vocaretur Euchariſtia, quaſi bona gratia, dicique poſſet εὐδοξία bona gloria; quia Deus in ea & per eam communicat fidelibus peculiare pignus vitæ æternæ, & quia continet ipſum fontem gratiæ Chriſtum & ſummam gratiam vnionis hypoſtaticæ, quæ eſt in Chriſto. Sed & in alio ſenſu,

g Act. 2. 42.

Digitized by Google

 A

nempe, quia in eo, vt etiam eſt ſacrificium, gratiæ Deo maximæ, ſummúſque cultus exhibetur: & huic templa, velut olim tabernaculum [a] & templum [b] propitiatorio (nota obiter me ſemper loqui de propitiatorio, non de arca, quia iſta non niſi ſcabellum pedum Dei dicebatur, [c] illud verò proprie & preciſè erat ſedes & thronus Dei) templa extruuntur ad gratias agendas: quæ quoquo modo comparare poſſumus cum illo, quod τῶν χαρίτων in media ciuitate conſtructum Ariſtoteles [d] meminit. Et ſic Turrianus [e] ſumit nomen Euchariſtia, quando explicans Paulum [f] dicentem, *Pax Chriſti exultet in cordibus veſtris, in quam & vocati eſtis in vno corpore & grati eſtote*, dicit, illud quod ibi Græcè legitur εὐχάριστοι γίνεσθε, & nuſſibi aliàs à Paulò vſurpatur, ab Euchariſtia deductum eſſe: vel in eo Apoſtolum alluſiſſe, quoniam Euchariſtia digna eſt natura ſua, & proſequenda omni gratiarum actione: eámque ad rem Dionyſij [g] teſtimonio vtitur docentis, *qui propter turpem vitam non ſunt facti, participes myſteriorum, remanſiſſe* ἀχαρίστως: *contra verò, qui digna participatione altitudinem & magnitudinem cognoſcant, laudes eius* εὐχαρίστως, id eſt, *grata memoria celebrare*. Eodem ſpectat locus conſtitutionum Apoſtolicarum [h] εὐχαριστοῦμεν, id eſt, *Gratias agimus, Pater noſter, pro ſanguine Ieſu Chriſti pro nobis effuſo, & pro pretioſo corpore eius, cuius hæc ſacramenta celebramus.* B C

a Exod 25. 9. 26. 16. & ſeq
b 3. Reg 5. 5. & alibi
c 1 Paral. 28. 2. Pſal. 98. 5. Thren. 2. 1
d . Ethic. cap 5.
e Tract 2. de Euchariſ cap 8.
f Coloſſ 3. 15.
g De Eccl. Hier cap. de communione.
h Lib 7. cap 25.

Ex eo autem quòd omnium Patrum ſuffragijs Iudas noſter, vt & Petrus, loquitur de dictis hæreticis Simonis Magi ſectatoribus: videndum eſt in quo, vel quo pacto erant hanc *Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam*, vel iuxta Syriacum, *peruertentes in immunditiam*. Ad quod non piget quæ hic Lorinus habet tranſcribere. Manichæi ſemen humanum immiſcentes farinæ, dicebant, *Hoc eſt corpus Chriſti:* [i] Gnoſtici vtriúſque ſexus immunditiam huiuſmodi ſeminis virilis poſt commiſſionem in manibus habentes, & oculos in cœlum ſtando tenentes, dicebant, *Offerimus tibi hoc donum; hoc eſt corpus Chriſti, hoc eſt Paſcha*, idque ſic edebant, atque idem de menſtruo mulierum profluuio faciebant ſub hac forma, *Hic eſt ſanguinis Chriſti*: quin etiam ſi mulier impregnaretur, detractum fœtum in mortario tundentes piſtillo, condiebant pipere, melle, aliiſque aromatibus aduerſus D

Euchariſtia quo pacto blaſphemabatur à Simonianis eius que ſectatoribus.
i August. de Hæreſ. in 46.
Horrenda in Euchariſtiã hæreticorum antiquorum blaſphemia.

nauſeam,& comedentes,hoc perfectum paſcha dicebant.[a] Al- a Epiphanius hæreſ. 26.
terius malui, quod ſaltem breuiter neceſſarium erat, referre,
quàm meis verbis. Aliquid ſimile de priſcis Cainitis legitur
apud Beroſum, [b] quod *procurabant abortus in eduliumque præ-* b Antiq. lib 1.
parabant. Horrenda prorſus ſunt ea quæ de iſtis diffusè tractat
Epiphanius loco citato. De quibus ſine dubio loquitur Apo-
ſtolus [c] cùm ait, *quorum Deus venter eſt, & gloria* (Græce δό- c Philip. 3.
ξα) *in confuſione* (al. impudentia) *ipſorum*.

Si quis autem quærat, vnde tanta luxuriæ in ſacris enormi-
B tas? Arbitror ex cultoribus Idoli Moloch ortum habuiſſe, cui
fortaſſe panem humano ſpermate temperatum offerebant, &
ita intelligi quod ſcriptum eſt. [d] *De ſemine tuo non dabis, vt* d Leuit.18. 21.& 20.2.
conſecretur idolo Moloch. Panis enim oblatus fuerat in ſacrifi-
cium à Melchiſedech quem pro Deo in idolo colebant Ammo-
nitæ & quidam Iſraelitæ. Poſt Euangelium autem apud Simo-
nem magum fœdiſſimam hanc oblationem primò reuixiſſe
& execranda ſolemnia, collegi poteſt ex S. Irenæo [e] cùm de e Lib.1. cap 20.
eodem Simone agit: *Igitur horum myſtici ſacerdotes*, inquit, *li-*
bidinoſe quidem viuunt, magias autem perficiunt, quemadmo-
dum poteſt vnuſquiſque ipſorum: exorciſmis & incantationibus
C *vtuntur: amatoria quoque & agogima, & qui dicuntur paredri &*
oniropompi, & quæcumque ſunt alia parerga, apud eos ſtudio exer-
centur. Quæ vltima Irenæi verba ſic exponit Theodoretus,
[f] Qui ſectæ Simonis erant, ſe audacter omni libidini & intem- f Lib.1.hær. fabul.
perantiæ dedebant, & omni incantationum & præſtigiarum
genere vtebantur, amatoria quædam & pellicentia machi-
nantes, & quæcúnque alia ſunt incantationnum & præſtigia-
rum propria tanquam diuina perſequuntur. Hæc Theodore-
tus. Qua autem occaſione Simon ſuis magis quàm prius præ-
ſtigijs homines dementare ſtatuerit, ſic declarat Irenæus: [g] g Vbi ſupra.
D *Et cùm adhuc magis non credidiſſet Deo* (poſtquam à B. Petro
audiuit, *Pecunia tua tecum ſit in perditionem, &c.*[h]) *cupidiùs in-* h Act 8 20.
tendit contendere aduerſus Apoſtolos, vti & ipſe glorioſus videre-
tur eſſe, & vniuerſam magiam adhuc amplius inſcrutans, ita vt in
ſtuporem cogeret multos homines.

Hic anſa ſe præbet oportuna tractandi de natiua tot poſteа
hunc patriarcham ſectantium hæreticorum turpitudine quo-

Digitized by Google

rum Thomas Bozius [a] & Feuardentius [b] ex varijs auctoribus conficiunt catalogum: & præſertim de neotericis, id eſt, noſtri ſæculi hæreſiarchis: quorum Lutherus religioſi ordinis apoſtata, quod faciebat; etiam docebat, æquè concubitum eſſe neceſſarium atque edere, bibere, execrare, dormire: [c] & pluſquam præceptum eſſe omnibus, à quo nullus omnino eximi poſſet, ac valeat, *Creſcite & multiplicamini*: &, vt *ſi nolit vxor, alia etiam ancilla aduocetur*. Sed iſta relinquo hæreſeologis tractanda. Ego chronologici & hiſtorici munus exercens, optarem potiùs ſcire quonam tempore Simon audaciùs ſua peſſima dogmata proferre cœperit in publicum, & præſertim in Samaria, quorum occaſione B. Iudas ſuam hanc emiſerit epiſtolam. Cùm autem propter ſibi à Petro factam correctionem ac repulſam hoc eueniſſe nuper dixerit Irenæus, quæ repulſa iuxta Baronium contigit anno Chriſti trigeſimo quinto: probabile admodum eſt, vno vel ad plus duobus poſt annis, id eſt, circa annum Chriſti 37. cum Simonis ſecta vigeret, omnibus modis, id eſt, verbis ac miraculis Apoſtolos; ſed & Iacobum ſpecialiter per epiſtolam, & tandem fratrem eius Iudam ſcripto hoc viriliter reſtitiſſe: & proinde ſcripſiſſe ex Ieroſolymis (vbi omnes Apoſtoli tunc erant & remanſerunt adhuc vſque ad annum Chriſti quadrageſimum quartum [d]) vtique de conſenſu & conſilio Petri, Iacobi & aliorum Apoſtolorum, quemadmodum de Matthæi Euangelio ſcribit Athanaſius, [e] editum ab eo fuiſſe Hebraicè Ieroſolymis, *& interpretante Iacobo fratre Domini ſecundum carnem expoſitum*.

Ex quibus duo colligimus: nempe, Iudam ſcripſiſſe ante Matthæum, qui non niſi anno Chriſti 41. ſcripſit Euangelium ſuum: deinde quod longè ante Petri vel etiam priorem epiſtolam, non autem ante Iacobum: qui etiam (vt optimè docet Baronius [f]) ſuam ſcripſit aduerſus eundem Simonem. Quod feciſſe videtur cùm nondum planè peſſimus, minimè dictas libidinis execrandas turpitudines tam apertè à ſuis exerceri pateretur; ſed bonorum operum, tantùm adhuc negaret neceſſitatem. Quod peſſimum eius dogma ſtatim vt apparuit, vigilantiſſimus paſtor & Ieroſolymorum Epiſcopus Iacobus emiſit epiſtolam, in qua [g] ſtylo benignitate pleno plurimùm in

a 11. De ſig. Eccl cap. 1.2 3.
b In epiſt. Iudæ.
c Luth epiſt. ad præpo. Lugneburg.

Quo tempore Simon magus cœpit edere ſua turpiſſima dogmata.

Quando & vnde ſcripſerunt Iacobus & Iudas Apoſtoli.

d Baron. an Chriſti 44 n 13.
e In ſynopſi.
f An. Chriſti 63. n. 11.
g Cap. 2.

operum commendatione verſatur, cùm ex diametro pugnet contra recentem Simonis doctrinam, quæ ex Irenæo[a] talis eſſe comperitur: *Hi*, inquit, *qui in eum & Helenam eius ſpem habebant, & vt liberos agere quæ velint: ſecundum enim ipſius gratiam ſaluari homines, ſed non ſecundum operas iuſtas. Non enim eſſe naturaliter operationes iuſtas, ſed ex accidenti, &c.* Hanc igitur priorem, primóque apparentem Simonis hæreſim antequam vlteriùs progrederetur extinguere ac ſuffocare ſuo ſcripto cùm tentaſſet Iacobus, & vidiſſet non tantùm nihil profeciſſe, ſed ſenſim Simonem & diſcipulorum multitudine & peruerſitate doctrinæ creſcere: ab eo & Petro & cæteris Apoſtolis aptus viſus eſt Iudas ipſius Iacobi frater; qui alio ſcripto alia huius hidræ naſcentia horrenda amputaret capita, etiam cum vix adhuc apparerent: vt non obſcurè colligitur ex hac loquendi formula, *ſubintroierunt enim quidam homines*,[b] hoc eſt, furtiuè & in abſcondito introduxerunt ſe, &c. Quaſi diceret: contra quos denuo ſcriptis certare conuenit: poſtquam ante me contra eoſdem iam ſcripſit coapoſtolus & frater meus Iacobus. Et ad hoc referri etiam poſſet quod præmiſerat; *Neceſſe habui ſcribere vobis deprecans ſupercertari ſemel traditæ ſanctis fidei.*[c]

a Lib. 1. cap. 10.

b Iud. v. 4.

c Iud v. 3.

Primus igitur inter ſcriptores noui teſtamenti fuiſſe videtur S. Iacobus: ſecundus frater eius Iudas: tertius S. Matthæus primus Euangeliſtarum. Quicquid Baronius[d] ſine probatione dicat, S. Iudam ſcripſiſſe antequam B. Petrus ſuam ſecundam ſcripſerit epiſtolam, & illum ab iſto quod ſcriberet, accepiſſe. Cuius contrarium ex ipſo textu noſtro antea ritè deduximus. Hebraicè quoque ſcripſiſſe non ſolùm ex multis iam notatis poſteáque notandis Hebraiſmis: ſed etiam ex eo quod ipſis ſcribebat Iudæis conuerſis, qui tunc Hebraico ſermone exaratam ſacram ſcripturam Græcè ſcriptæ præferebant, iuxta illa quæ prius[e] dicta ſunt. Ad textum redeamus.

d An. Chriſti 68 n. 5.

Ordo temporis quo ſcripſerunt primi poſt Chriſtum ſcriptores Iacobus, Iudas & Matthæus.

e Poſt legem cap 5.

Et ſolum Dominatorem & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negantes. Et hîc ſubolfacimus Hebraiſmum elegantem, quo ad maiorem Chriſti commendationem S. Iudas vocat eum Ieſum, non tanquam proprio nomine, ſed appellatiuo, Saluatorem, quemadmodum nuncupauerat eum Dominatorem & Dominum noſtrum per antonomaſiam, quam voluit exprimere.

re addendo *ſolum*. Vt ſicut Chriſtus, præſertim vt Deus eſt, vnus ſolus eſt ſupremus Dominator ac Dominus omnium noſtrum: ita vt Deus & homo eſt, ſolus & vnicus eſt totius mundi Saluator, *qui dedit animam ſuam in redemptionem pro multis*, a & cui neque Moyſes aut Ioſue, neque quiuis alius ſaluator vnquam æquiparari poterit. Horum autem verborum talem eſſe genuinum ſenſum, colligitur ex Petri correſpondentibus, & iſta quaſi exponentibus verbis, *& eum qui emit eos Dominum negant*. Quid enim aliud hoc vult, quàm nominis Ieſu vim & ſignificatum oſtendere? ac ſi Iudas noſter diceret, & ſolum Dominatorem & dominum noſtrum Saluatorem Chriſtum negantes. Eodem prorſus ſpiritu, quo Apoſtoli poſt aduentum Spiritus ſancti prædicabant Chriſtum eſſe totius mundi Saluatorem. Quemadmodum Petrus[b] in concilio magiſtratuum templi, dicens eis. *Obedire oportet Deo magis quam hominibus: Deus patrum noſtrorum ſuſcitant Ieſum, quem vos interemiſtis ſuſpendentes in ligno. Hunc principem & Saluatorem Deus exaltauit* (nempe ſuper omnes alios) *dextera ſua ad dandam pænitentiam Iſraeli & remiſſionem peccatorum*.

A

B

a Matth. 20. 28. Marc 10. 45.

b Act 13. 20.

Itáque, tota ſententia de Chriſto ſolo debet intelligi, vt fere omnes cum Beda intelligunt: videlicet Hugo, Thomas Anglicus, Lyranus, Richelius, Caietanus, Catharinus, Primaticcius, Gagneius, Salmeron, Sa, Seratius, Adamus, Titelmanus, Lancellotzius & alij: ſed & lectio Græca. quæ in quibuſdam codicibus habet vnicum articulum καὶ τ̀ μόνον δεσπότην Θεὸν, καὶ κύριον ἡμῶν, &c. Græci enim, ait Gagneius, cum Patrem ſignificant, articulum addere ſolent, qui hîc deeſt. Confirmat Adamus & optimè; quia Iudas tranſcripſit caput ſecundum epiſtolæ ſecundæ Petri (nos tenemus Petrum poſt Iudam ſcripſiſſe & illum exponere quod in idem conſpirat) & in conſequentibus ſolius meminit filij quem Simoniani negabant, verè natum, paſſum, ſuſcitatum, vel aliter eſſe Chriſtum, quàm patronimicè, id eſt, per denominationem à ſupremo Chriſto, non quod haberet eſſentiam Chriſti. Quibus addere poſſumus, ipſos Simonianos quorum hæreſim hîc profert Iudas, illoſmet eſſe, qui alio nomine dicebantur Angeli, de quorum religione ſeu exteriori cultu ſuperſtitioſo loquitur Apoſtolus ad Coloſſenſes [c] cum ait:

C

D

Simoniani docebant Chriſtum non niſi per denominationem natum & paſſum fuiſſe.

c Cap. 2. 18. & 19.

614

ait: *Nemo vos ſeducat, volens in humilitate & religione Angelorum*, &c. de quorum grege erat faſtuoſus quidam (& forſitan ipſe Simon) princeps, de quo proſequitur Paulus, *quæ non vidit ambulans fruſtra inflatus ſenſu carnis ſuæ, & non tenens caput* (nempe Chriſtum caput Eccleſiæ) *ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones ſubminiſtratum & conſtructum creſcit in augmentum Dei*. Quemadmodum autem ibi Apoſtolus de ſola Chriſti perſona loquitur, quam ait illum ſuperbum, carnalem, & faſtuoſum pro totius Eccleſiæ capite non agnoſcere: ita & nunc Iudas de ſolo ipſo Chriſto di-

Angeli de quorum religione Paulus loquitur erát Simoniani.

B cit quoſdam eſſe qui eum *ſolum dominatorem & Dominum noſtrum ſaluatorem eſſe negabant*. Vnde Salmeron Eraſmum arguit impietatis, peruertiſſéque ait hunc locum, exponendo primum membrum de Deo Patre, vt diſcerneret à Domino Ieſu Chriſto, quaſi Deum eſſe negaret. Bellarminus [a] de ſolo Chriſto pariter explicans, ac inde diuinitatem eius probans, quia hîc ei tribuuntur quæ tribui ſolent Patri, vtitur etiam eodem argumento Gagnei; vt etiam ad idem facit De Valentia. [b] Quapropter huic adhærendum ſententiæ, tanquam ad mentem auctoris, eſſe

a 1. de Chro. cap. 7.

b P 1 diſp. 1. q 1 puncto 1. §. 11.

C putamus. Porrò, cùm Petrus ſicut & Iudas in præſenti tempore ſcribit *negant*, non in futuro *negabunt*, reſpicit ad eos quos vocauit *pſeudoprophetas in populo*, nempe Iudaico, qui tunc à multo tempore iam vigebant inter Iudæos, & vere *eum qui emit eos Dominum negabant*: quorum ſectatores futuros eſſe in Europa prædicit, & ad eorum inſtar *introducturos ſectas perditionis*.

Digitized by Google

B. Iudas.	B. Petrus. Epiſt. 2. Cap. 1.
Verſ. 5. *Commonere autem vos volo, ſcientes ſemel omnia.*	Verſ. 12. *Propter quod incipiam vos ſemper commonere de his, & quidem ſcientes & confirmatos vos in præſenti veritate.*

Cur multi putent Iudã à Petro quæ ſcripſit accepiſſe.

MVLTI ſupremæ Petri authoritati derogare putarent, ſi concederent eum aliquid à S. Iuda accepiſſe, aut ſuam poſt eum epiſtolam ſcripſiſſe: & fortaſſe illa potior apud illos cauſa eſt, cur ſecundam Petri Epiſtolam illa quæ Iudæ eſt longè antiquiorem exiſtiment. Si tamen vtriuſque loquendi modum diligenter attendant, nobis contrarium tenentibus facile conſentient. Confitentur omnes Patres & expoſitores vtrúmque Apoſtolum agere contra Simonem magum & gregales eius, qui ex multis tria potiſſimùm promebant falſa dogmata; Chriſtum non eſſe mundi Saluatorem, bona opera non eſſe ad ſalutem neceſſaria; & multis horrendis luxuriis ſanctam ſynaxim & Euchariſtiam contaminare, vt vidimus. Nuper quoque diximus, B. Iacobum, antequam Simoniani ad ſuæ peruerſitatis cumulum perueniſſent, vt ſecundum eorum dogma præſcinderet, edidiſſe ſuam epiſtolam, ſicut & ad primum & tertium conterendum ſimiliter poſt eum feciſſe noſtrum Iudam. Si quis autem diligenter attenderit, inueniet S. Petrum contra omnia illa tria dogmata ſuarum epiſtolarum machinas diſpoſuiſſe: idque tali ordine, vt per totam primam vnum verum & ſolum mundi Saluatorem Ieſum Chriſtum efficaciſſimis verbis annunciet, deinde praxim virtutum ac bonorum operum neceſſitatem diſertiſſimè prædicet, nec non ferè per totum primum ſecundæ epiſtolæ caput, in quo [a] iſta de operum neceſſitate profert aurea verba: *fratres magis ſatagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis,* &c. Et ſtatim antequam ſuo teſtimonio tanquam oculati teſtis de Chriſti transfiguratione & voce Patris de cœlo miſſa loquatur, quo de Chriſti dominio & ſaluatione facta

Quo ordine B. Petrus refutat dogmata Simonianorum.

a verſ. 10.

A confirmet fidei articulum aduerſus hæreticos, promit iſtud velut præludium, *propter quod incipiam vos ſemper commonere de his & quidem ſcientes & confirmatos vos in præſenti veritate.* Iſta autem veritas in qua vult eos commonendo confirmare eſt de his quæ priùs de bonis operibus dixerat ad ſalutem neceſſariis: quam cùm adhuc eſſet Ieroſolymis cum aliis Apoſtolis contra Simonianos exurgentes verbo iam propugnauerat, ſicut & Iacobus ſuis ſcriptis fecerat: nec non S. Iudas ſimiliter tertium de luxuriis & turpitudinibus dogma confundendo.

B At dices: ſi Petrus cùm Romam venit, iam iſta omnia dogmata Simonianorum nouerat, cur nihil aut parum de illis in ſua priori epiſtola tetigit: in ſecunda verò de iis tam apertè & quaſi ipſis B. Iudæ terminis locutus eſt? Reſpondeo, iſta turpiſsima diu prudenter diſsimulaſſe, contentum vnius omnium Saluatoris fidem & bonorum operum neceſsitatem prædicare in Gentibus, quas in illo principio tantò faciliùs ſcandalizaſſet, quantò magis huiuſmodi proni erant impudicitiis. At poſtquam fides Catholica apud eos radices egit, & iam Simonianum virus ad Europam vſque ſerpere præuideret: ſtatuit il-
C lud detegere, non omnibus, ſed proceribus Eccleſiæ tanquã ſapientioribus, quique ſua prudentia impedire poterant ne ſuorum animæ illo inficerentur.

B. Petrus diſſimulauit ad tempus in Europa dogmata Simonis quæ à multo tempore vigere ſciebat in Aſia.

Vt autem Apoſtolorum concordiam & ſpiritus vnitatem oſtendat, eius qui ante ſe de eadem re ſcripſerat, nempe Iudæ ferè verbis vtitur. Sicut in hoc loco verbo ὑπομιμνήσκειν, quod nunc per ſuggerere, [a] nunc per admonere [b] expoſitum legimus: nomen autem ὑπόμνησιν per recordationem, [c] & commonitionem: [d] eodem nempe lenitatis ſpiritu & ſingulari quadam tum beneuolentia, tum modeſtia inferiores in-
D ſtruens, ac ſignificans non ignorari ab eis hæc & alia quæ pertinent ad orthodoxam fidem ac morum bonam inſtitutionem: tamen vt officio & amori quo ipſos proſequitur, ſatisfaciat, prætermittere noluiſſe, quin, quæ ea iam (hoc enim vox *ſemel* importat) optimè norunt ſuggereret, & de iiſdem eorum memoriam refricaret. Eadem plane Apoſtolica mente qua Paulus dicebat, *Scientibus legem loquor* [e] & Ioannes, [f] *Non ſcripſi vobis quaſi ignorantibus veritatem, ſed quaſi ſcienti-*

a Ioan.14.16.
b Tit.1 2.
c 2.Tim.1.5.
d 2.Petr.3.1.
e Rom.7.1.
f Epiſt.1.c.2.21.

bus eam. Iterum Paulus,[a] *Confidimus autem de vobis dilectiſſimi meliora, & viciniora ſaluti, tametſi loquimur*. Magna conciliatio beneuolentiæ quando ſeuera perſona ciuilem admiſcet facilitatem, nec de auditorum vel ſubditorum diffidere, vel ſcientia, vel bonitate videtur. Sed quid eos vult ad memoriam reducere?

Quoniam Ieſus populum de terra Aegypti ſaluans ſecundò eos qui non crediderunt perdidit. Hîc nomen *Ieſus* in quibuſdam duntaxat Græcis codicibus legitur: quod à B. Iuda potuit ſumi generaliter & appellatiuè, vt in præcedenti verſiculo, vbi per antonomaſiam Chriſtum vocauit ſolum noſtrum Saluatorem: quaſi nunc alterius longe inferioris Saluatoris nempe Moyſis exemplum adferre volens per periphraſim vocaret eum ſaluatorem, qui ſaluauit populum de Ægypto, & textus ita redderetur: *Quoniam Saluator populum de terra Aegypti ſaluans, bis eos, qui non crediderunt, perdidit*. Nomen autem *populi* abſolutè poſitum pro gente Iſraëlitica ſupponere iam antea notauimus, vt cùm Chriſtus Paulum alloquens ait, *eripuiſſe eum de populo & gentibus*, hoc eſt, de medio Iudæorum & Phœnicum, qui dicebantur gentes, *ad quas illum mittebat*,[b] nempe ad annunciandum nomen ſuum. Item, cùm Petrus dixit: *fuerunt verò & pſeudoprophetæ in populo*, ſupple, Iudæorum.[c] Bene autem Moyſes appellatur *Saluator populum* Iſraëliticum *de terra Ægypti ſaluans*, ad differentiam patriarchæ Ioſeph, qui in Ægypto populum Ægyptium ſaluauit à fame propter quod vocatus fuit *Saluator mundi*.[d] Ioſue quoque nomen & rem Saluatoris habuit, non tãquam de terra Ægypti populum Dei ſaluans, ſed iam in terra Chanaan eundem, ab hoſtibus Gentilibus & contra eum Regibus inſurgentibus fortiter liberans. Qua ratione multi poſt eum Iudices idem nomen acceperunt:[e] nec non alij poſtea, [f] *Vidit Dominus anguſtiam Iſrael, quia attriuerat eos Rex Syriæ, & dedit Dominus Saluatorem Iſraeli, & liberatus eſt de manu Regis Syriæ*. Ad quos omnes videtur Eſdras[g] reſpicere cùm ait: *Et in tempore tribulationis ſuæ clamauerunt ad te, & tu de cælo audiſti, & ſecundum miſerationes tuas multas dediſti eis Saluatores, qui ſaluarent eos de manu hoſtium ſuorum*.

Quo ſenſu in hoc & præcedenti tmemate diſtinctio pa-

Marginal notes:

a Hebr. 6. 9.

Populi nomen abſolutè poſitum plerumque ſumitur in ſcriptura pro populo Iſraëlitico.

b Act. 26. 17.

c 2 Petr. 2. 1.

d Geneſ. 41. 45.

Moyſes & Ioſue dicuntur Saluatores, ſed differenter.

e Iudic. 3. 9. & 15.

f 4. Reg. 13. 5.

g 2 Eſd. 9. 27.

Section letters in right margin: A, B, C, D.

Digitized by Google

A ret inter primarium & ſupremum totius mundi Saluatorem, qui ſimul ſolum omnium Dominator ac Dominus appellatur, & alios qui aut vices duntaxat gerebant, aut figuram. Quod diſcrimen obſeruans Apoſtolus, cum prædictorum iudicum mentionem feciſſet vſque ad Dauid Regem, ſubdit: *Huius Deus ex ſemine ſecundum promiſſionem eduxit Iſrael Saluatorem Ieſum*, &c.[a] Vnde Auguſtinus,[b] *Aduertendum*, ait, *ſaluatorem etiam dici hominem, per quem Deus ſaluos faciat*. Ita vt duplices agnoſcere oporteat Saluatores: nempe Deum aut Chriſtum tanquam ſummum ac primarium:
B alios vt ſecundarios, ac illius in danda ſalute adminiſtros & cooperatores. Apud Ethnicos, vtique ex ſacris, per traditionem viguit iſtud nomen, quod in *Sotere* magnum eſt apud Ciceronem,[c] & Iouis epitetum facit Demoſthenes.[d] Et tamen quin diuerſo modo, exilioreque cauſa in homines conferri poſſet, nemo negauit. *Ipſa petra*, inquit Hieronymus,[e] *Petro donauit vt petra ſit. Paſtor quoque bonus Apoſtolis Paſtorum largitus eſt nomina: & quodcumque dicitur ſeruis tribuit, vt dicuntur. Sic ipſe Saluator Apoſtolos ſuos mundi eſſe voluit Saluatores.*

Saluatores in duplici ſunt differentia.
a Act. 13. 26.
b Queſt. 18.
Saluatoris nomen apud Ethnicos honorificum.
c In Verrem orat. 2.
d Orat. de falſa relig. proem.
e In Abdiã ſub finem.

C Ex dictis collige Hieronymum[f] lapſum fuiſſe memoria cùm præſentem locum interpretatus eſt de Ieſu filio Naue, qui antea dicebatur Anſe, id eſt, Saluator, dicens, *Ipſum Ioſue ſecundum epiſtolam Iudæ ſaluaſſe & eduxiſſe populum Iſrael ex Ægypto*. Nequaquam enim Ioſue, ſed Moyſes eduxit Iſraelem ex Ægypto. Quod rectè hìc admonent expoſitores: ſed quia plures Græci codices habent hìc ὁ κύριος *Dominus*, & adhuc quidam ὁ Θεὸς *Deus*, alio vtique legitimo ſenſu & hiſtorico hunc locum de Ieſu filio Dei interpretatur: & ſimiliter, cùm dicunt ideo de illo intelligi; quia Angelus gerens
D illius perſonam, liberauit populum, occidit primogenita Ægyptiorum, alios in mari ſubuerſit; Hebræos incredulos proſtrauit, &c. Optimè etiam, ex hoc loco probant Chriſti diuinitatem: qui nimirum *hodie & cras & in ſecula*,[g] *antequam Abraham fieret exiſtens*,[h] cui eadem opera tribuuntur quæ Patri, vt liberationis Hebræorum de Ægypto, eorúmque punitionis: & ad hoc probandum adferunt S. Ambroſij[i] verba quibus ſic Iudæos alloquitur. *Miramini Moyſen, quia*

f 1. contra Iouin.
g Heb. 13. 8.
h Ioan. 8. 59.
i In Pſal. 118. ſer. 18.

Digitized by Google

patres veſtros per mare ſiccis duxit veſtigijs. Moyſes non imperauit: ſed impetrauit: non iuſſit mari, ſed ſeruiuit iubenti fluctibus. Moyſen laudatis, quia Regem Pharaonem cum exercitu ſuo merſit; Moyſes orabat, & alius impetrabat: Moyſes precabatur, & Christus operabatur: Moyſes fugiebat, Chriſtus inſequebatur, &c. Quamobrem iſta & quæ ſequuntur de Chriſto ſimilia, de illo, vt Deus eſt, cuius miniſter fuit Moyſes, ritè intelligenda & Moyſen eius, vt homo Saluator eſt fuiſſe figuram: atque nomen Ieſu quod hîc legimus pro totius mundi ſupremo ſaluatore ſupponere litterali ſenſu dicimus: ob id potiſſimùm quòd ipſe ex officio iudex eſt, cui competit facere iudicium de impiis & de aliis de quibus in ſequenti verſiculo.

Secundò eos qui non crediderunt perdidit. Exponit Iudas his verbis qui ſint illi quos S. Petrus [a] dixerat fuiſſe pſeudoprophetas in populo, & in quibus ipſe Iudas dixerat quoſdam Enoſcæos impios (qui Latinè dicti ſunt *quidam homines*) ſed pſeudoapoſtolos olim præſcriptum habuiſſe condemnationis iudicium, & quaſi præiudicium cum dixit, *qui olim præſcripti ſunt in hoc iudicium.* [b] De iſtorum ergo numero eos fuiſſe dicit, quos Ieſus in deſerto perfectæ ex Ægypto Iſraelitarum liberationi vacans ſemel & iterũ perdidit, eò quod Deo per Moyſen loquenti non crediderunt. Primò quidem Nadab & Abiu filios Aaron, qui igne Dei corã Domino conſumpti ſunt, [c] eo quod non ignem recenter cœlitus accenſum, ſed alium veterem, & proinde pro alieno iam reputatum obtulerant. Secundò Core, Datan, Abiron [d] cum ducentis quinquaginta viris ſacerdotibus Enoſcæis qui Aaron pro ſuo ſummo Pontifice agnoſcere nolẽtes, ſubitò ac miſerè perierũt. Vel potiùs duplex in eoſdem ambitioſos & murmurantes animaduerſio denotatur: prima, quidem Core, Dathan, Abiron, Hon & ducentorum quinquaginta Enoſcæorum, qui dicuntur *congregatio Abiron & ſynagoga eorum*, [e] nempe Dathan & Abiron: ſecunda verò illorũ qui paulò poſt cùm de priorũ interitu murmuraſſent, [f] per incendium conſumpto ſunt numero quatuordecim millium & ſeptingentorum: de quibus S. Iudas ita proſequitur.

a Epiſt. 2. 2. 1.
b Verſ. 4.
c Leuit 10.
d Num 16.
e Pſal. 105. 17.
f Num. 16. 45. 49.

A

B. Iudas.	P. Petri Epiſt. 2. Cap. 2.
Verſ. 6. *Angelos verò, qui non ſeruauerũt ſuum principatum, ſed dereliquerunt ſuum domicilium, in iudicium magni diei vinculis æternis ſub caligine reſeruauit.*	Verſ. 4. *Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit: ſed rudendibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, in iudicium reſeruari.*

B

HIc iam quæ paſſim expoſitores de ſubſtantiis ſpiritualibus, Deique in cœlo miniſtris exponunt, affatímque tractant eis relinquimus: eo quod de illis nunc agi minimè cenſemus: ſed de hominibus profeſſione in Eccleſia doctoribus & religioſis qui antiquiſſimo nomine ex eo quod ad prædicandum mittebantur מַלְאָכִים *Maleachin*, ſeu Angeli, id eſt, nuncij dicebantur, vt iam ſatis expoſuimus. [a] Quodquidem nomen nonnulli qui à bona huiuſmodi ſchola exierunt, C vt Simonianam hæreſim amplerentur, retinuerunt, moduſque eorum viuendi hypocriſi ac multiplici ſuperſtitione plenus vocatur à Paulo *humilitas & religio Angelorum*, dicens, *Nemo vos ſeducat volens in humilitate & religione Angelorum.* [b] Omnes enim huiuſmodi Scholæ, ſeu ſynagogæ ex prima inſtitutione in maxima rigiditate ac auſteritate vitam ducebant exteriùs, multáſque, inter orandum maximè, cæremonias adhibebant: quas paulatim ſuperſtitioſè nimis & hypocrita mente ſeruabant ad amuſſim: vt ſæpe Chriſtus exprobrat Phariſæis: de quibus exempli gratia referẽm quod ſic D refert Epiphanius. [c] *Quidam ipſorum cum ſe exercebant, decem vel octo, vel quatuor annorum ſibi ſpatia præfigebant, quibus virginitatem aut caſtimoniam colerent. Hoc tempus continuis precibus traducebant, & id certaminis frequẽtiùs inſtaurabant, ne vllam corporis labem contraheret, neq; furtim turpe aliquod in ſomnis profluuium obreperet. Ergo alij tabulas ad eum vſum parabant latitudine non ampliùs dodrantali; in quibus poſt veſperam iacebant: vt ſi fortaſſe dormirent, in pauimentum prolapſi rurſum*

Angelorum nomen apud Iudæm non pro cœleſtibus ſpiritibus, ſed pro hominibus prophetis accipitur.

a Poſt leg. cap. 7. ante legem lib 1. cap. 15.

b Coloſſ. 2. 18.

c Lib. 1 Pan. c. 16.

Quorundam Phariſæorum ſuperſtitioſa vita auſteritas.

ſe ad orandum excitarent; quo ſomni, quoad liceret, expertes ætatem tranſigerent. Alij collectos calculos ſubſternebant, quorum vellicatio profundiorem ſomnum arceret, vt vel inuiti peruigiles eſſe conſueſcerent. Nec defuerunt, qui ijſdem de cauſis ſpinas ſubijcerent, &c. Simili modo philoſophandum de aliis eiuſdem inſtituti, cuiuſcúmque nominis fuerint.

Angelorum nomine ſuos diſcipulos vocabat Simon Magus.

De ſuis autem ſub hoc Angelorum nomine diſcipulis & è contra de Chriſti Apoſtolis loquebatur Simon Magus, non (vt multi putarunt) de ſpiritibus Angelicis, cùm ſic perſequeretur Chriſti diſcipulos & præſertim Apoſtolos, vt narrat Irenæus: [a] *Dicebat Helenam* (ſub iſtius mulierculæ fabula idioma Græcum intelligere diximus, [b] quod ab Apoſtolis ablatum conqueritur) *eſſe primam mentis eius conceptionem matrem omnium, per quam initio mente concepit Angelos facere & Archangelos*, &c. Et paulò poſt, *mundi* nomine intelligens Eccleſiam & loquens de Apoſtolis, ait: *Cùm enim male moderarentur Angeli mundum, quoniam vnuſquiſque eorum concupiſceret principatum, ad emendationem veniſſe rerum* (dicebat) *& deſcendiſſe eum transfiguratum & aſſimilatum Virtutibus & Poteſtatibus & Angelis. Prophetas autem à mundi fabricatoribus Angelis* (nempe primis) *inſpiratos dixiſſe prophetias.* Hoc eſt recentiores prophetas à priſcis doctrinam accepiſſe. De Angelis ergo, id eſt, diſcipulis Simonis loqui intelligunt Petrus & Iudas, cum illis comparant antiquos pſeudoangelos, id eſt, eiuſdem profeſsionis viros, qui erant in Eccleſia tam ante, quàm poſt diluuium. De quorum numero tempore Moyſis fuerunt illi, de quibus nunc dicitur.

a Lib. 1 c. 20.
b Poſt leg. cap. 6.

Angelorum nominat intelliguntur Datan Abiron & eorum congregatio quæ erat Enoſcæorum.

Angelos verò, qui non ſeruauerunt ſuum principatum. Vbi particula *verò* (quæ in Hebr. eſt *Vau*, vt innuit textus Arabicus, *& proiecit Angelos*) cauſalis eſt, vt exponit Petrus, *Si enim Deus Angelis*, &c. Siquidem Iudas noſter, poſtquam dixit Ieſum *eos qui non crediderunt bis perdidiſſe*, explicare ſe volens meliùs diceret, *Angelos enim*, &c. quàm *Angelos verò*: hæc enim diſtractiua particula eſt, aliud à præcedentibus indicans. Angelorum autem nomine non alios intelligit, quàm Dathan, Abiron & ducentos quinquaginta ſacerdotes ſocietatis Enoſcæorum, hoc eſt, priſcorum legis naturæ prophetarum congregationis (qui antequam Aaron ſolemniori ritu quam

quam antea conſecratus ſupremus eorũ & totius Eccleſiæ Pontifex conſtitueretur in eo tabernaculi loco quod à Paulo dicitur *ſanctum ſæculi,* [a] incenſum offerre ſolebant) qui cum Core, de tribu Leui ſummum ſacerdotium ambiente, aduerſus Moyſen & Aaron tumultuoſè nimis rebellarunt, & Aaronem pro ſuo principe ac ſuperiore recipere detrectarunt. Pro cuius declaratione iuuat hic repetere huius rebellionis principium iuxta amuſſim Hebraicam: *Et cœpit Corach filius Iſhar filij Chehath filij Leui, & Dathan & Abiram filij Eliab, & On filius Pelath filij Ruben. Et ſurrexerunt in facies Moſch & Ereſcim è filijs Iſrael* B *quinquaginta & ducenti principes congregationis quæ dicitur ſocietas Enoſcæorum nomine.* [b] Quæ verba cum iam alibi [c] diffusè ſint expoſita, nihil aliud nunc dicimus, quàm quod ab eo tempore, quo Cainan filius Enoſs. erexit ſuam *præconum Iuſtitiæ,* ſeu prædicatorum congregationem, qui ab eo Cinæorum nomen adepti per totum orbem miſſi ſunt ad prædicandum, Angeli quoque ſunt appellati: ita vt Angeli & Cinæi & Enoſcæi ijdem ſint, qui etiam filij Dei nuncupati fuerunt, vt ibidem ampliſſimè deducimus.

a Hebr. 9. 1.

b Num. 16. 1. 2. 3.

c Ante leg. lib. 1 cap. 14.

Quod patet ex eo Geneſis [d] vbi de huiuſmodi prophetis C agitur, loco, quem ad verbum ita reddimus: *Et viderunt filij Dei* (iuxta ſeptuaginta *Angeli*) *filias hominum quod pulchræ ipſæ, & acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerunt.* Et paulo poſt de eiſdem additur: *& etiam poſtea quam ingreſſi ſunt filij Dei* (Græcè *Angeli*) *ad filias hominum, & genuerunt eis: iſti ſunt illi heroes qui à ſæculo* (ſup. ſeparati ſunt) *Enoſcæi nomine,* id eſt, qui vocantur Enoſcæi. Quemadmodum autem pro *Enoſcæi nomine,* tranſlatum fuit *viri famoſi* propter nomen *Enos*, quod eſt homo: ita quod B. Iudas [e] de huiuſmodi viris Hebraice dixerat *quoſdam Enoſcæos* Græcè & Latinè *quidam homines* tranſ- D latum eſt. Sed iam apparet, ex multis, quam ſit coniectura noſtra probabilis, & præſertim ex nuper citato libri Numerorum loco. De iſtis quoque Petrus loquitur generaliter. *Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, &c.* Sed Iudas præciſè de ijs qui cum Core, Dathan, Abiron, & On contra Moyſen & Aaron rebellarunt, cùm ait.

d Geneſ. 6. 4.

e Verſ. 4.

Qui non ſeruauerunt ſuum principatum. Nimirum, longè antequam Core cum ſuis aſſeclis rebellaret, Aaron iam à mul-

Digitized by Google

 A

tis annis ſupremus erat Pontifex & Eccleſiæ Princeps, vt alibi [a] docuimus: & proinde omnes cuiuſcunque ordinis Eccleſiaſtici, vel etiam Enoſcæi, priſcique prophetæ illius principatui ſubijciebantur. Quemquidem principatum ſeruare ſibi debebant, manendo ſub eius obedientia: at ſtatim vt nolle ei amplius ſubijci teſtati ſunt, & Core ſupremum ambiuit ſacerdotium, ſuum legitimum amiſerunt principatum, id eſt, à ſuo principe & capite ſeparati ſunt. Et hoc eleganter explicat Sapiens præciſè & apertè loquens de hac ipſa Core & aſſeclarum rebellione: à quo ſiue dubio & Petrus & Iudas præſentia verba mutuati ſunt. Notent hoc nouatores, qui librum Sapientiæ audent inter apocrypha reponere. B

a Ante leg. Lib 3. cap. 11.

Sapientia liber malè ab hæreticis habetur pro apocrypho.

Author igitur deſcribere & narrare volens ſtupenda quæ tam in Ægypto, quam in deſerto Iſraelitis contigerunt, inter alia multa, [b] tria præſertim exempla profert admiranda: nempe, de occiſione primogenitorũ in Ægypto, [c] de Core & ſectatorum eius à terra deglutione in deſerto; & de quatuordecim millium & ſeptingentorum hominum qui de percuſſione Core murmurauerant per incendium ibidem facta conſumptione.

b Sap. 18. 14. 15. & ſeq.
c Exod. 12.

[d] Primum exemplum continent iſta verba, *Cùm quietum ſilentium contineret omnia & nox in ſuo curſu medium iter haberet; Omnipotens ſermo tuus de cælo à regalibus ſedibus durus debellator in mediam exterminij terram* Ægypti *proſiliuit: Gladius acutus inſimulatum imperium tuum portans & ſtans repleuit omnia morte, & vſque ad cælum attingebat ſtans in terra: Tunc continuò viſus ſomniorum malorum turbauerunt eos & timores ſuperuenerunt inſperati*. Quamuis iſta vltima verba de quibuſdam horribilibus, quæ primogenitorum cladem ſubſequuta ſunt, intelligenda cenſeam. C

d Num. 16. 49.

De ſecundo autem exemplo ſunt iſta quæ ſequuntur: *Et alius* (nempe Core cum aſſeclis) *alibi* (quàm in Ægypto, hoc eſt, in deſerto) *projectus ſemiuiuus* (imò viuus in infernum proiectus) *propter quam moriebatur cauſam demonſtrabat mortis* (alludit ad verba Moyſis de Core, [e] *Si conſueta hominum morte interierint, non me miſit Dominus*) *viſiones enim, quæ illos turbauerunt, hæc præmonebant, ne inſcij quare mala patiebantur, perirent*. Viſionum nomine intelligi videntur illa omnia quæ à Moyſe facta, dictáque ſunt coram eis, quibus eos monuit vt à propoſito deſiſterent. D

e Num. 16. 29.

Digitized by Google

Tertium exemplum continetur in duobus ſequentibus verſiculis: *Tetigit autem tunc & iuſtos tentatio mortis* (per iuſtos intelligit *congregationem Abiron*, [a] aliàs, Enoſcæorum, vt mox videbitur) *& commotio in eremo facta eſt multitudinis* (per multitudinem intelligit 1470. de populo qui, vt dictum eſt, murmurauerunt, ignéque conſumpti ſunt) *ſed non diu permanſit ira: properans enim homo ſine querela* (nempe Aaron) *deprecari pro populis, proferens ſeruitutis ſuæ* (Græcè ἰδίας λειτουργίας) *ſcutum orationem, & per incenſum deprecationem allegans, reſtitit iræ.* Hæc clara ſunt de Aarone pro populo orante, Deúmque placante. [b]

B Sed & idem Author iam [c] eadem de re locutus fuerat, poſtquam dixit: *Magna ſunt enim iudicia tua Domine & inenarrabilia verba tua*, vt pote, dum permittis iuſtos ſimul cum impijs perire, proſequitur: *propter hoc indiſciplinatæ animæ errauerunt: dum enim perſuaſum habent iniqui poſſe dominari nationi ſanctæ, vinculis tenebrarum & longæ noctis compediti incluſi ſub tectis fugitiui, perpetuæ prouidentiæ iacuerunt: & dum putant ſe latere in obſcuris peccatis, tenebroſo obliuionis* (infernus vocatur *terra obliuionis* [d]) *velamento diſperſi ſunt pauentes horrendè, & cum admi-*
C *ratione nimia perturbati.* Iſta & quæ ſequuntur, videntur continere deſcriptionem horrendi alicuius ſub terra loci multiplici ac etiam dæmonum, ſpectrorúmque terribilium viſione inter magnas tenebras apparente, qui non tam tormentorum aut pœnarum, quàm *vinculorum non notorum*, quæ, videlicet, vix capi aut exprimi poſſunt, vt mox videbitur, locus eſt: quem Eccleſiaſticus [e] vtrúmque videtur deſcribere, cum de iſtis loquens, ait Deum *feciſſe illis monſtra.* Vide infra. [f] In qua ſententia noſtri vtriúſque Apoſtoli præſentibus verbis ſimillima, videtur Sapiens appellare Core & conſortes eius, *iniquos, ac per-*
D *petuæ prouidentiæ fugitiuos*, hoc eſt, ei rebelles, dum contra eius ordinem & de Aarone ſtatutum, putant poſſe (imò debere) *dominari nationi ſanctæ*, id eſt, Iſraelitis. Quod autem dicitur, *propter hoc* (nempe, magnum & profundum Dei iudicium) *indiſciplinatæ animæ errauerunt*, Enoſcæorum, quos in alia ſententia iuſtos appellauerat, congregationem intelligo, qui cùm de intentione Core malè inſtructi eſſent, ex ſimplicitate & ignorantia (quam importat verbum ἐπλανήθησαν) erra-

a Pſal. 105. 17.

b Num 16. 48

c Sap 17 1. & ſeq.

Autor libri Sapientiæ hic loquitur de iis qui cum Core perierunt.

d Pſal. 87. 13.

e Cap. 45. 24.

f Verſ. 11.

Qui ſic perierunt horribilia quædam in inferno viderunt, quæ verbis exprimi non poſſunt.

Per animas indiſcipinatas quonam à Sapiente intelligatur.

uerunt; qui tamen ſimul cum Core & alijs iniquis, *vinculis tenebrarum & longæ noctis* compediti fuerunt incluſi ſub tectis. De iſtis autem Angelis nunc S. Iudas ad prædicta Sapientiæ loca reſpiciens, dicit, *Angeli autem qui non ſeruauerunt ſuum principatum, ſed dereliquerunt ſuum domicilium in iudicium magni diei vinculis æternis* (al. ignotis) *ſub caligine reſeruati.*

Domicilium importat peculium alicuius aut hereditatem.

Sed dereliquerunt ſuum domicilium. Græcè ἴδιον οἰκητήριον, *proprium domicilium*: Arabicè, *conſtitutum officium.* Et optimè: ex eo enim quod poſt Core rebellionem & mortem ſancitum à Deo eſt, vt de domo Leui nullus deinceps offerret incenſum Deo, niſi eſſet de ſemine Aaron, colligitur, hoc ius prius extitiſſe in domo & familia Core, quod nunc per nomen ἴδιον οἰκητήριον intelllgeretur, ſicut Latinè *domicilium* aliquid ſupra domum importat, nempe longi temporis habitationem cum omnibus ſuis rebus & fortunis inter, quas ius aliquid faciendi reputatur. In quo ſenſu nonnunquam ſumitur vox Hebraica מעון *Maghon*, vt vbi legimus,[a] *Mittebat Dominus Deus patrum ſuorum ad illos per manum nunciorum ſuorum quotidie commonens, eo quod parceret populo & habitaculo ſuo*, quaſi dicat *populo acquiſitionis*,[b] qui eſt *peculium ſuum*,[c] Simili modo nunc ius offerendi incenſum Deo ad domum & familiam Core pertinebat, erátque quædam pars domicilij, poſſeſſioníſque ſuæ: ſed ipſe cum ijs qui de domo ſua ſibi adhæſerunt tale ſibi proprium amiſerunt, & ſua culpa derelinquere coacti ſunt: aptiſſimè diceremus Gallicè, *Ils ont laiſſé perdre ce qui eſtoit de leur maiſon.*

a 2. Paral. 36.15.
b 1. Petr. 2. 9
c Exod. 19.5.

Et quia incenſum offerebatur Deo in loco tabernaculi, qui dicebatur *ſanctum*, hunc quoque velut proprium domicilium dici poſſunt deriliquiſſe, id eſt, ſua culpa amiſiſſe: in quo etiam ante celebrem Aaronis conſecrationem erant altare thimiamatis, candelabrum aureum, & menſa cum panibus propoſitionis. Quiquidem locus à priſcis (quos Seniores[d] paſſim appellari putauerim) ſacerdotibus ſub lege naturæ antiquo iure poſſidebatur, ibíque ſua munia exercebant, qui propterea à Paulo[e] *ſanctum ſæculare*, ſeu ſæculi, id eſt, antiquiſſimum appellatur. Ex illis autem priſcis ſacerdotibus, ſeu ex eorum inſtituto erant illi 250. Enoſcæi, qui ſe Core in rebellione iunxerunt: ita vt, quando cum ſuis totidem thuribulis æreis incenſum obtulerunt,[f] quæ ſui muneris erant exequuti ſunt; ſed

d Exod 3. 16 12.21. 18 12.
e Heb 9. 1.

Seniores qui paſſim vocantur ab Iſraelitis erant antiqui propheta

f Num. 16. 6.

tunc Deo diſplicuit, eo quod Core rebelli vniti erant. Quod apertè conſtat ex ipſius hiſtoriæ verbis originalibus.

Cùm enim in tanta omnium perturbatione iſti Enoſcæi ſuum, de more, מנחה *Minhhah*, quod erat ſacrificium farinaceum, cum thurificationibus Deo offerrent (erant enim ſacerdotes Melchiſedechiani) Moyſes *ait ad Dominum, Ne reſpicias ſacrificia eorum,* [a] Hebr. מנחתם *Minhhatham*. Erant ergo iam ſacerdotes offerentes Deo dictum ſacrificium. Sed paulò poſt, talis lex ordinatur, præſertim iis qui ſicut Core erant ex tribu Leui, ibique dicuntur *concilium*, [b] *globus* [c] *&* (a Num.16. 15.)

B *congregatio eius* [d] (Sed & *congregatio Core in iracundia* q.d. Core incandeſcentis, appellatur in libro Eccleſiaſtici.[e]) *Ne deinceps quis accedat alienigena, & qui non eſt de ſemine Aaron ad offerendum incenſum Domino: ne patiatur ſicut paſſus eſt Core.* [f] Id eſt, nullus ex tribu Leui deinceps poſſit offerre incenſum, niſi fuerit ex familia Aaronis: quod præceptum non excludit ex alijs tribus Enoſcæos, apud quos tale ius remanſit, vt alibi viſum eſt.[g] Ex quibus patet, cur illi 250. viri ſtatim ad manum habuerint totidem thuribula, quæ & dicuntur ſanctificata.[h] (b Ibid.v.6. c Ibid.v.11. d Ibid.v.21. & 40. e Cap.45. 22. f Ibid v. 40. g Anteleg. lib.1.c.17. h Num.16. 37.)

Poſt illam ergo celebrem Aaronis conſecrationem, omnes

C ſacerdotes qui erant ex tribu Leui ob rebellionem Core *ſanctum ſeculi*, tanquam *proprium domicilium derelinquere* coacti ſunt, & in illud cum alijs Enoſcæis qui incolumes remanſerant, ſola ex Leuitico genere Aaronis familia admiſſa eſt. Ex quibus patet, quàm longè probabilior, melior, benigniorque ſit iſte ſenſus de Enoſcæis Leuitici generis, quàm ille qui paſſim de ſubſtantijs ſpiritualibus Lucifero nempe & aſſeclis dari ſolet, quaſi cum iſto illæ rebellando aut cœleſtem habitationem, aut cœleſte vitæ inſtitutum, aut ſpiritualem Dei viſionem reliquerint, id eſt, amiſerint: quemadmodum Gloſſa primum; Oe-

D cumenius, ſecundum, & alii tertium ſenſum amplectuntur. Similiter, non niſi violentiſſimè dictis ſpiritualibus ſubſtantijs aptantur ab expoſitoribus ea quæ deinceps apud noſtrum vtrúmque Apoſtolum ſubſequuntur. (*De Lucifero & aſſeclis Angelis perperam exponuntur verba B. Iudæ.*)

Quemadmodum autem ex libro Sapientiæ nuper vidimus Enoſcæos vocari iuſtos, & non niſi ex ſimplicitate Core rebellioni conſenſiſſe: ita eorum ſanctitas in ipſa hiſtoria [i] commendatur: ſiue Core, vt auctoritatem ſibi conciliet, de illis dicat (i Num.16. 3.)

Digitized by Google

 A

Viri 250. qui perierunt cum Datan & Abiron erant ex ſocietate Enoſcæorum.

Moyſi; *Sufficiat vobis, quia omnis multitudo* (Hebr. *cœtus iſte*) *ſanctorum eſt, & in ipſis eſt Dominus: cur eleuamini ſuper* (contra) *populum Domini?* Peculiari enim modo prophetarum familia appellatur *populus Domini:* [a] ſiue plebs Iſraelitica eodem illos vocet nomine, [b] dum Moyſi de illorum morte conqueritur. *Vos interfeciſtis populum Domini.* Item, vocantur *viri qui offerebant incenſum:* [c] Item, *Synagoga quæ vocatur Enoſcæorum.* [d] Et à Pſalmiſta, [e] honoris cauſa, *congregatio Abiron.* Quod iterum à nobis confirmari videas infra in expoſitione horum verborum, *Et in contradictione Core perierunt.* [f] Iſti tamen viri iuſti, profeſſores inſtituti ſanctiſſimi, officio Angeli Dei miſere ſimul cum rebelle & impio Core perierunt: Sed quo id pacto factum ſit S. Iudas, nec non Petrus iiſdem ferè verbis quibus paulò ante fecit Author libri Sapientiæ pergit exponere.

a Ezech. 13. 17. 18 19. 21.
b Num. 16. 41.
c Ibid. v 35.
d Ibid. v. 2.
e Pſal. 105. 17.
f Verſ 11.

In iudicium magni diei vinculis æternis ſub caligine reſeruati. Nempe, vt ait Pſaltes, [g] *Aperta eſt terra & deglutiuit Dathan, & operuit ſuper congregationem Abiron:* vel vt legit Hieronymus, *& operuit ſynagogam Abiron*; videlicet ſocietatem Enoſcæorum cuius caput & princeps erat Abiron. Hiſtoriæ verba ſunt: [h] *Nouam rem faciet Dominus, & aperiens terra os ſuum deglutiet eos, & omnia quæ ad illos pertinent, deſcendéntque viuentes in infernum.* Et paulo poſt: *Dirupta eſt terra ſub pedibus eorum, & aperiens os ſuum deuorauit illos cum tabernaculis ſuis, & vniuerſa ſubſtantia eorum: deſcenderúntque viui in infernum operti humo.* Quæquidem verba, ſeu modus, quo iſti deſcenderunt in infernum viuentes, videtur hîc breuiter exponi à S. Iuda: qui cuſtodiæ ac reſeruationis potiùs, quàm afflictionis alicuius aut tormentorum locum denotat, ſicut, iuxta Græcum, S. Petrus, qui non *cruciandos*, ſed *ſeruatos* habet: noſter autem Iudas iuxta textum Arabicum, legit *vinculis non notis*, id eſt, inuiſibilibus non perſpectis, quæ ſciri aut cogitatione percipi non poſſunt. Interpres Origenis [i] legit *vinculis grauibus.* In epiſtola Petri [k] habetur iuxta Græcum *catenas caliginis.* Arabica autem editio præſentem Iudæ locum ſic tranſtulit: *Et proiecit Angelos qui non, &c. in tenebras extremas alligatos, in vinculis æternis reſeruando, in eis ad hunc diem* (nota pronomen hunc) *magnum diem iudicij.* Adde quod priùs citauimus de iſtiſmet Angelis dictum [l] *vinculis tenebrarum & longæ noctis compeditos, incluſos ſub te-*

g Pſal. 105. 17.
h Num 16. 30 & ſeq.
i Orat. 9. in Matth.
K 2 cap. 2. 4.
l Sap. 17. 2.

ctis, fugitiuos perpetuæ prouidentiæ iacuiſſe.

Ad idē facit nomen *Tartari* quo nunc Petrus vtitur, quod nullibi aliter repertur acceptum, quàm pro imo ſubterraneo loco: quem Heſiodus [a] ita cognominat à ſummo frigore & algore, vt etiā Plutarchus [b] explicat. Et tam apud ſacros quàm apud prophanos [c] ſcriptores, damnatorū locū ſignificat. Ex quibus certiſſimè colligitur noſtros Angelos verè in infernū ad loca ſubterranea deſcendiſſe. Sed an ad infernū damnatorum, nollem aſſerere cum Baſilio, [d] propter nuper de eis dicta; & quia tunc

B tam Enoſcæi, quàm de eorum ſtirpæ Cinæi, qui etiam erant inter Iſraelitas, in magna veneratione habebantur, vt patet ex prophetæ Balaam verbis ad eos directis. [e] Et quamuis peccauerint, potuit tamen illos pœnitere, vt mouet Abulenſis: [f] vel etiam multi ex eis à culpa mortali immunes eſſe potuerunt, qui *indiſciplinatæ perſonæ* tantùm dictæ ſunt: quos tamen Deus ad terrorem aliorum, in eadem clade potuit inuoluere, ſicut infantes cum parentibus Sodomitis ſola potuerunt temporali morte perire:

Proinde, prorſus crediderim non ſolum cum Abulenſe [g] & alijs intelligi ſubterraneum locum citra infernum damnato-

C rum, vbi abſorpta corpora continerentur: ſed etiam animas eorum verè in locum quem vocamus Limbum Patrum, vel in purgatorium deſcendiſſe: vnde poſtea à Chriſto ad eos alióſque patres deſcendente liberati ſunt. De quibus Petrum [h] loqui priùs ſimpliciter & aperte citata loca vix permittunt ambigere, cùm videlicet, ait: *In quo* (ſpiritu, ſeu anima, per quam in corpore viuificatus Chriſtus poſtea fuit) *& his qui in carcere erant (ſpiritibus) veniens prædicauit.* Vbi Græcè habetur τοῖς ἐν φυλακῇ in *cuſtodia*, in qua nimirum ij qui detenti ad tempus cuſtodiuntur, non ſemper manent, nec ad mortem deſtinantur,

D ſed, vt habet textus Iudæ, *in caligine reſeruantur: vinculis* quidem *tenebrarum* quales ſunt ſub terra: ſed *longæ*, non æternæ, *noctis*: [i] nempe vſque *in iudicium magni diei*; non iudicij in quo venturus eſt *filius hominis in maieſtate ſua cum Angelis* [k] *reddere vnicuique ſecundum opera eius* [l] & iudicare viuos & mortuos: ſed, vt nuper dicebat textus Arabicus, *ad hunc* (temporis Apoſtolorum) *diem magnum diem iudicij*, quod factum eſt in illa omnium celeberrima die, de qua ſcriptum eſt, *Hæc eſt dies quam*

Tartari nomen apud Petrum quid importet.
a In Theagon. verſ. 118.
b De primo frigido.
c Plato in Gorg. & in Axiaco. Plutarch in conſol de Apoll.
d Hom. 9. quod Deus non eſt auctor malorum.
e Numer. 2. 21.
f Num. 16. 9 20.
Agrum Core rebellantes deſcenderunt in infernum damnatorū.
g Ibid.
Lymbus patrum ex ſcriptura oſtenditur: vel etiam Purgatorium.
h Epiſt. 1. Cap. 3. 9
Purgatorium appellatur cuſtodia, & cur.
i Sap. 17. 2.
K Matth. 25. 31.
l Rom. 2. 6.

Digitized by Google

a Pſal. 117. 24.

Iudicij magnus dies fuit paſsionis & reſurrectionis Chriſti.

b Ioan. 12. 31.

fecit Dominus exultemus & lætemur in ea. [a] In qua Saluator mundi magnum facturus erat iudicium: idcirco paulò antè dicebat de illo: *Nunc iudicium eſt mundi nunc princeps huius mundi eijcietur foras: & ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum.* [b] Et de quo iterum ipſa nocte qua tradebatur, ait: *Cùm venerit Paraclitus arguet mundum de iudicio, quia princeps huius mundi iam iudicatus eſt.* A

c Lib 10.

Iudicium mundi à *Chriſto iam factum quale ſit.*

d Lib. 4. cap. 39.

In totius ego mundi fauorem & in nullius detrimentum futurum erat iſtud mortis & reſurrectionis iudicium, ante quam reſurrectionem Chriſtus *in ſpiritu his qui in carcere* Limbi *erant ſpiritibus veniens prædicauit.* Vnde Rupertus [c] obſeruat Chriſtum in prædicta ſententia de iudicio loqui per tempus præſens, *Nunc iudicium eſt mundi. Quia mox*, inquit, *vt conſummata eſt, quæ tunc agebatur paſsio eius, factum eſt iudicium mundi: id eſt iure victoris ſoluta eſt captiuitas totius, qui illum apud inferos expectabat, ſanctorum populi.* Refert Irenæus [d] teſtimonium ex Ieremia: *Rememoratus eſt Dominus ſanctus Iſrael mortuorum ſuorum, qui prædormierunt in terra offenſionis, & deſcendit ad eos, vt euangelizaret eis ſalutare ſuum ad ſolandum eos.* B

e In Tryphone.

f Cap. 26. 19.

g Zach. 9. 11.

h Iob. 26. 5.

Idem ferè Iuſtinus [e] martyr recitat ex eodem propheta dicens hoc & alia huiuſmodi Hebræos ex biblijs detraxiſſe. Sed C videtur alijs hoc teſtimonium promptum ex Eſaia. [f] *Viuent mortui, interfecti mei reſurgent: expergiſcimini, & laudate qui habitatis in puluere: quia ros lucis ros tuus, & terram gigantũ* (Hebr. Raphaim) *detrahes in ruinam.* Limbum patrum vocare videtur terram ſeu regionem Raphaim, id eſt, locum ſubterraneum qui dicitur *locus in quo non eſt aqua* [g] quia ſub omnibus aquis eſt: in quo Iobi temporibus & antea, deincepſque ad vſque Chriſti deſcenſum ad inferos *Raphaim*, id eſt, curatores animarum, *gemebant*, ſeu expectabant eum *ſub aquis.* [h] Vide ibi quæ de hoc & de locorum infernalium ſitu ac diſtinctione diximus. Quam D ſi vſq; nunc ex his S. Iudæ & Petri locis expoſitores non agnouerunt, id fuit quia expoſuerunt illa de ſubſtantijs intellectualibus: vnde extortas prorſus & violentas interpretationes eduxerunt.

i Pſal. 105. 17.

Porrò, ſimpliciter credendum arbitror, factum fuiſſe ſicut antea ſonabant hiſtoriæ verba, vt Pſalmiſta [i] apertè repetit, *Aperta eſt terra & deglutiuit Dathan*, &c. ac eos deſcendiſſe in infernum

Digitized by Google

infernum viuentes in ſenſu Toſtati & aliorum: vt quidem poſtquam aliquantulum profundè fuerunt terra reduxerit ſe, quæ ſuffocauit eos, ibique manentibus cadaueribus, animæ vlteriùs deſcenderint ad loca vel Limbi, vel purgatorij, vel etiam damnatorum iuxta eorum reatus. Dicti enim expoſitores optimè ratiocinantur: quod in dictis locis ſolum ſunt animæ, & illuc vſque viuentes peruenire ſine miraculo non poſſunt: nec ibidem abſque dono immortalitatis viuere: & ſi viuerent, à moriendi lege ac reſurgendi liberi eſſent. Arbitror igitur iſtos ex illis fuiſſe, qui ſolùm ad terrorem aliorum ita perierunt, vt ex

Cum Core rebellantes & alij quo ſenſu dicuntur deſcendiſſe in infernum viuentes.

B numero eorum fuerint, quos Deus nuper per Eſaiam appellat *interfectos ſuos*, qui reſurrecturi ſunt; ſed prius animæ eorum à Chriſto è Limbo, vel potiùs è pœnis (quas ex dictis prædicta loca præ ſe ferunt) purgatorij erant educendæ. Vox *Tartari* quam Petrus elegit, id mihi ſuadet, quàm etiam Plato vſurpat pro loco, in quo ſunt aliqui, quibus exitus inde futurus ſit aliquando.

a In Phœdone § Tartari vox pro purgatorio a Petro vſurpata.

Porrò, nomine Angelorum non ſolùm illos prophetas intelligo qui cum Core, Dathan & Abiron poſterioribus Moyſis temporibus abſorpti ſunt à terra: ſed etiam eos qui ante di-

C luuim viam Cain ſectati ſimul cũ impiis aquis ſuffocati perierunt: quos Petrus intelligit cùm addit, *& originali mundo, non pepercit*. Sed ad quid Petrus & Iudas iſta dixerunt de Core, Dathan, Abiron, & aliis antiquis prophetis ſeu Angelis? Nempe, vt ſic de Simonianis tunc neotericis pſeudoangelis argumentarentur. Quòd ſi Deus vtcunque bonis Angelis, quique non grauiſsimè peccauerunt (hoc enim ſubindicat participium ἁμαρτησάντων, & modus loquendi, *ſi enim Deus Angelis peccantibus non pepercit*, &c.) ita ſe iratum præbuit, vt eos ad multa ſæcula in Tartarum, catenáſque caliginis detraxerit: quid

D quæſo facturus eſt Angelis *impiis qui Dei noſtri gratiam tranſferunt in luxuriam, & ſolum Dominatorem & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negant?* Vndè confirmatur quod diximus, tartarum, in quem iſti Angeli Core gregales deſcenderunt non infernum eſſe damnatorum: ſed aliúm ſubterraneum cuſtodię locum, cuius pœnæ ſunt temporales, vt purgatorij.

Digitized by Google

B. Iudas.	B. Petrus. Epiſt. 2. cap. 2.
Verſ. 7. *Sicut Sodoma & Gomorrha, & finitimæ ciuitates ſimili modo exfornicatæ, & abeuntes poſt carnem alteram, factæ ſunt exemplum, ignis æterni pœnam ſuſtinentes.*	Verſ. 6. *Et ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem redigens euerſione damnauit: exemplum eorum, qui impiè acturi ſunt, ponens.* B. 7. *Et iuſtum Lot oppreſſum à nefandorum iniuria ac luxurioſa conuerſatione eripuit.*

8. *Aſpectu enim & auditu iuſtus erat, habitans apud eos, qui de die in diem animam iuſtam iniquis operibus cruciabant.*

9. *Nouit Dominus pios de tentatione eripere, iniquos verò in diem iudicij reſeruare cruciandos.*

C

POſtquam B. Petrus exemplum attulit Angelorum, id eſt, Dathan & Abiron, & congregationis eorum qui dicebantur Angeli, quique cùm *non ſeruaſſent ſuum principatum*
a Verſ. 6. *dereliquerunt ſuum domicilium*,[a] *& præterea à Deo detracti ſunt in tartarum in iudicium reſeruati*, aliud poſuit exemplum de priſcis illis prophetis, qui contra Dei præceptum, longè ante diluuium, cùm *vidiſſent filias hominum quòd eſſent pulchræ,*
b Geneſ 6. 4. *acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant*,[b] & ideo ſimul cum *mundo impiorum* diluuio perierunt. Et hoc eſt quod ſubiunxerat, *& originali mundo non pepercit, ſed octauum Noe* D
iuſtitiæ præconem cuſtodiuit, diluuium mundo impiorum indu-
c 2. Petr. 2. 5. *cens.*[c] Quiquidem verſiculus ideo nunc à nobis omittitur & ſeruatur exponendus, vt contextus B. Iudæ ſeruemus ordinem, donec veniamus ad iſta verba, *Væ illis, quia in via Cain*
d Verſ. 11. *abierunt*,[d] ad quæ legitimè reducitur, vt ibi videbimus.

Cùm igitur B. Iudas de Angelis ſocietatis Abiron quos terra abſorbuit licet non valde iniqui eſſent, loquutus eſſet, col-

Digitized by Google

legiſſétque multò maiorem ſeruari à Deo pœnam & ſuppli-
cium pſeudoangelis, nempe, Simoni Mago & aliis hæreticis
eius ſectatoribus propter eorum ſcandala, grauiſſimaque ſce-
lera: idem, ſicut & Petrus oſtendit eos non minori quàm ignis
ac damnationis æternæ ſupplicio à Deo fore puniendos; cu- *Cum Sodo-*
ius velut typus ac figura fuit horrendus ille ignis quo Sodo- *ma quatuor*
ma, Gomorrha, ac finitimæ ciuitates conflagrarunt cum ea- *aliæ perierunt*
rum incolis, quorum iſti grauiſſima peccata ſectantur, & *ciuitates.*
enormes imitantur luxurias. Dictas autem ciuitates quinque
numero fuiſſe ſignificat Sapiens [a] vocans eas Pentapolim: a Sap cap.
B quarum duæ præcipuæ, quæ hîc exprimuntur, in Geneſi [b] quo- 10. 6.
que nominantur; præter quas Moyſes in Deuteronomio [c] b Cap. 19.
duas alias nominatim exprimit Adamam & Seboim, ſicut & 24.
Oſeas [d] duas vltimas, quinta erat ciuitas Segor, quæ priùs c Cap. 29. 23.
Bala dicebatur, precibus Lot ab incendio ſeruata. [e] Ita vt O- d Cap. 11. 8.
ſeas agens cum Iſrael, minoris notæ ciuitates expreſſerit, e Geneſ. 19. 19. 20. 21.
quæ Principum aliarum prauum ſecutæ fuerunt exemplum:
alij auctores, vt cum noſtris Apoſtolis etiam Solinus, [f] lo- f Cap. 37.
quuntur de Sodoma & Gomorrha tanquam de inſignioribus
illius regionis, quam Sapiens vocat Pentapolim. Sed & quidam
C ex ſacris agentes contra Iudam protulerunt principes ipſas ci-
uitates Sodomæ & Gomorrhæ, vt Hieronymus admonet ex-
ponens Oſeam.

Earum autem vrbium præter infamem luxuriam numerat
Ezechiel [g] ſuperbiam, ſaturitatem panis & abundantiam, g Cap. 16.
otium & quod manum egeno & pauperi non porrigerent. 49.
Hæc eſt inhoſpitalitas & inhumanitas quam iiſdem Ioſephus [h] h 1. Antiq.
tribuit, ſimul cum magna impietate aduerſus Deum, quam cap. 12.
nuper Petrus indigitabat dicens *euerſionem, iſtarum ciuitatum
fuiſſe in exemplum eorum qui impiè* (Sicut Sodomitæ) *acturi
D erant.* Sed vterque hîc Apoſtolus, vt alibi ſæpe Scriptura, vr-
get maximè illud peccati genus, quod, quamuis nefandum, *Libido præ-*
qui de illo fari vult, non aliter quàm ab illis eius auctoribus *poſtera ab*
cognominat, præpoſteram, videlicet, libidinem: quam no- *vrbe Sodo-*
ſter Iudas vocabit *carnem alteram*, quod ſit aliena ab vſu & *ma nomen*
opere generandi, [i] quam etiam voluit exprimere per verbum *habet.*
ἐκπορνεύειν *exfornicari*, quod eſt agere extra debitam mate- i Rom. 1.
riam relicto naturali vſu fœminæ, vt loquitur Thomas An- 26.

A Oſorio. [a] Nimirum, tot grauiſsimorum peccatorum genera, & maximè tam ardens, fœtenſque libido ignis deflagratione, fœtoréque ſulphuris, quam ſubſequitur ſterilitas, aptè animaduerſa eſt, vt annotauit Gregorius Papa. [b] Et hoc ignis præſertim ſupplicium premunt nunc Iudas noſter & Petrus contra hæreticos Simonianos, vt iam diximus, qui turpiſsimis illis Pentapolitanorum commaculati libidinibus erant, idque maximè infame Orthodoxis nomen apud Gentiles communicauerant; vt hi proinde contra nos, velut contra peſtilentiſſimos homines ac naturæ hoſtes, ferro, flammis omni tor-
B mentorum genere agendum cenſerent: de quo meminerunt qui pro Chriſtianis apologias ediderunt.

a 1 hiſt c 5. & 6.

b 14 Moral. cap 19.

Gentiles Sodomiticum ſcelus Chriſtianis falsò imputabant.

Porrò, iſta B. Iudæ verba innuere videntur ignem illum, quem iſtæ ciuitates paſſæ ſunt, eſſe æternum, quaſi animæ illorum qui per immiſſum de cœlo perierunt, incendium nunc damnationis æternæ luant ignem æternum. At meritò nonnulli ſentiunt oppoſitum: vel ſaltem nemo ignem erebi ex hoc textu ritè poterit colligere; ſed eius duntaxat exemplar: quoniam teſtantibus Ægeſippo, [c] Tertulliano, Auguſtino, & aliis ante citatis, tota illa terra torrida perſeuerauit & exuſta,
C herbæ, poma, ac flores quas profert ad manus tactum in fauillas, cinereſve euaneſcunt, quaſi priſtinus ignis adhuc exiſtat, & gehennalem æternum repræſentet. Hieronymus [d] quidem ſcribit Pentapolitanis reddita quidem illis fuiſſe ſupplicia, ne in æternum punirentur: quod Pererius [e] negat ex propria, dixiſſe ſententia cùm de grauiſsimis peccatis neget deleri per leuia huius temporis ſupplicia. Quicquid ſit de Hieronymo: An omnes nefandi illi homines æternam ſubierint damnationem, aut nonnulli eo ſupplicio conuerſi ſint, hîc Lorinus definiendum non judicat: ſed bene vel pœnam quã
D ſuſtinuerunt, exemplum fuiſſe ac typum ignis æterni; vel ipſam pœnam fuiſſe ignem æternum, qui aut æternus dicatur, eo quod ciuitates eo deletæ nunquam reſtituendæ ſunt, & effectus illius perſeuerat, perſeuerabitque vſque ad mundi finem, nec vnquam ceſſaret, ſi nunquam mundus deſineret: aut quia incolæ illarum luant ignem æternum inferni: ſed priorem ſenſum, vt probabiliorem amplectitur: quem ipſe Petrus exponere videtur, ac ſimul hæreticos Simonianos ignem

c 4. de excid. vrb. cap. 18.

Ignis Sodomiticus quo pacto dicatur æternus.

d in Nahum cap 1.

e in Geneſ. c 19 diſp 6.

De æternitate pœna Sodomorum Lorini ſententia.

Digitized by Google

inferni inextinguibilem luituros prædicere & aſſerere, cùm ait, *ciuitates Sodomorum & Gomorrheorum in cinerem à Deo fuiſſe redactas & euerſione damnatas*, vt ſic *exemplum eorum qui impiè acturi ſunt* (vt Simoniani) *poneret*. Quaſi dicat, vt quemadmodum habitatores Sodomæ & Gomorrhæ pœna quadam nunquam reparabili perierunt ſuper terram: ita qui tam impie viuunt, vt Simoniani, & in peccatis ſuis vt ipſi morientur, æterno ſub terra igne ſint cruciandi. A

Itaque ciuitates iſtas ignis æterni pœnas ſuſtinuiſſe, idem eſt ac in cinerem à Deo fuiſſe redactas & euerſione damnatas, idque ad hoc factum, vt qui impiè viuunt, in hoc non ceſſante B ſupplicio æternæ damnationis incendium ſibi paratum contemplentur, iugitérque pertimeſcant. Nam, vt docet Saluianus[a] voluit Deus in præſenti illud quod futurum eſt declarare iudicium, quando ſuper impium populum gehennum miſit è cœlo. Et Pacianus:[b] *Si de cruciatu exomologeſis*, inquit, *retractatis, gehennam recordemini, quam vobis exomologeſis extinguet: vim eius & de præſentibus æſtimate, cuius fumariola quædam maximos montes ſubterraneis ignibus decoquunt. Æſtuat indefeſſis flammarum globis Ætna & Liſaniculus, & Veſuuius Campanus: & quò nobis Iudicij perpetuitatem probent, diſſiliunt, deuorantur, nec vllis tamen ſæculis finiuntur*. Idem Tertullianus[c] de iiſdem montibus meditatur & ſcribit ſic: *Nouerunt & Philoſophi diuerſitatem arcani & publici ignis: ita longe alius eſt qui ſui humano, alius qui iudicio Dei apparet, ſiue de cælo fulmina ſtringens* (vt ignem ſuper Pentapolim) *ſiue de terra per vertices montium eructans. Non enim abſumit quod exurit; ſed dum erogat, reparat: adeo manent montes ſemper ardentes, & qui cælo tangitur ſaluus eſt, vt nullo iam igni decinereſcat. Et erit teſtimonium ignis æterni, hoc exemplum iugis iudicij pœnam nutrientis. Montes vruntur & durant: quid nocentes & Dei hoſtes?* Denique Clem. Alexandr. in commentario huius loci putat tali exemplo indicari, quod remiſsius erit infamibus illis Pentapolitanis, quàm iis qui nunc à B. Iuda reprehenduntur. Quod de nonnullis aliis non tantùm ſæpe Prophetæ, vt notauimus, ſed & ipſe Chriſtus apertè pronunciauerat.[d] C D

a 1. de Prouidentia.

b de pœnit. & confeſſ.

Ignes montis Ætnæ & aliorum æterni gehennæ ſupplicij indicia ſunt.

c in Apolo. cap. 48.

d Matth 10. 15. 11. 23. Luc. 10. 12. & 17. 29.

Et iuſtum Lot oppreſſum à nefandorum iniuria ac luxurioſa con-

Digitized by Google

A *uerſatione eripuit.* Hæc de Pentapolis exterminio hiſtoriæ à
Iuda deductæ Petrus, qui, vt vidimus, ſcripſit poſterior, ad-
didit, vt oſtenderet, quod ſicut tunc neotericorum hæreti-
corum ac ſimilium impiorum æterna perditio graphicè de-
pingitur in horrenda vrbium iſtarum conflagratione: ita fi-
delium ſanctæque Eccleſiæ ab hæreticorum perturbatione, ac
perſecutione liberatio expreſſam habuit in admirabili Sancti
Lot ab impiorum iniuria ſeruatione figuram. Cur autem vir
iſte ſicut & Noe, Abraham, Iacob, Ioſeph, & alij Patriarchæ
iuſti cognominentur iam ſupra[a] vidimus, quatenus nomen
B juſtitiæ legem naturæ, quam ipſi profitebantur, importat, aut
verum in ea Dei cultum per omnes virtutes quæ ad illum
ſpectant. Et eo maior, conſpectiorque juſtitia Lot, quòd ver-
ſaretur inter adeo ſceleratos ac juſtitiæ legiſque naturæ tam
ænormes violatores: nec eius obſtat juſtitiæ quod filias ob-
tulerit Sodomitarum libidini, [b] nam Ambroſius, [c] Chryſo-
ſtomus, [d] Auguſtinus, [e] B. Thomas, [f] Caietanus, [g] Lorinus, [h]
& alij multi excuſant, quoniam non ſtuprum per ſe filiarum
intenderit, ſed paratis ad maius, minus malum propoſuerit,
ne hoc quidem approbans vt malum, ſed vt, ob minorem ma-
C litiam, aliquo modo bonum.

Quod ſi hæc excuſandi ratio (vt nec Auguſtino, [i]
Gloſſæ interlin. in Geneſim, ac pluribus aliis) placet; di-
cendum, ex magna quadam perturbatione & ingenti amo-
re tuendi hoſpites, & odio exercendi facinoris, permi-
ſiſſe ſe illi conſilio quod occurrit primum, & quod ſimul
fortaſſe propter ignorantiam honeſtum, licitúmque credi-
dit. De quo plura Pererius. [k] Lorinus autem hoc in loco, cùm
Lot *oppreſſus fuiſſe* dicitur *à nefandorum iniuria*, putat illam
denotari iniuriam, qua Sodomitæ contra jus Gentium hoſpi-
D tes Lot opprimere, atque comprimere turpiter volebant, mi-
nantes, ſi reſiſteret, ſe afflicturos ipſummet magis quàm il-
los, nec non re ipſa vim facientes vehementiſsimè, ita vt ni-
hil propius fuerit, quàm vt infringerent fores, [l] quæ ille occlu-
ſerat poſt tergum: & corporis propriò periculo ac domus in-
famia, exiſtimationem tutatus hoſpitum. Quicquid autem ſit
de iſta nefandorum iniuria ac luxurioſa conuerſatione à qua
Lot ereptus dicitur: minimè dubium eſt, S. Apoſtolum ſpem
hoc exemplo facere velle fidelibus, Eccleſiæque proceribus ad

a Poſt leg. cap. 1.

Lot dormiens cum filiabus excuſatur à peccato.

b Geneſ. 19. 8.
c de Abrahã cap. 6.
d Hom. 45. in Gen.
e de mendacio.
f q. 1. de malo art. 1. ad. 14
g 2. 2 q. 78. art 4.
h in li. Sap. c. 10 v. 6 & in 2 epiſt. Petr c. 2 u. 7 & 8.
i contr. mẽdacium c. 9. & q. 41. in Geneſ.
k in cap. 19. Geneſ. di p. 1.
l Geneſ. 19. 5. 6. 7. 8. 9.

quos ſcribit : quod licet Simoniani nefandi prorſus hæretici ſua luxurioſa præſertim conuerſatione ac multiplici impietate ſanctam Chriſti ſponſam iam à multo tempore videantur opprimere : breui tamen futurum, vt à tam iniuſta ac violenta oppreſsione liberetur. Alternant enim perſecutio & pax in Eccleſia: ne ſi illa diutiùs duraret, hæretici negarent ſpatium ſibi fuiſſe deliberandi in fide noſtra: ſi iſta ſemper eſſet, patientiæ, ac tot aliarum ſeges virtutum deeſſet, magiſque ſecundis rebus moueri viderentur, qui ſe ad Eccleſiam coniungerent, quàm vi ſolidæ veritatas. *Poſt tempeſtatem Deus tranquillũ facit, & poſt lacrymationem & fletum exultationem infundit.* [a] *Non patitur Deus nos tentari ſupra id quod poſſumus* : [b] *nec relinquit virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum, vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas.* [c]

Eccleſiæ liberatio à perſecutione hæreticorum figurabatur in liberatione Lot ab incendio Sodomæ.

a Tob. 3. 21.
b 1. Cor. 10. 3.
c Pſal 144. 3

Aſpectu enim & auditu iuſtus erat, habitans apud eos, qui de die in diem animam iuſtam iniquis operibus cruciabant. Oſtendit Petrus quanta fuerit Lot juſtitia quæ Deum mouit, vt eum à Sodomitarum luxurioſa conuerſatione, ſed & nimis importuna eriperet, cùm noua quotidie peccatorum ac turpitudinum obiecta oculos & aures eius grauiſsimè offenderent, intus verò ſanctam ac puram eius animam diriſsimè cruciarent : at ipſe propter huiuſmodi quotidianos, diuturnos & intolerabiles cruciatus, cùm ad aliam longiùs regionem fugere poſſet, conſtanter ibi habitare perſeuerat, vt ſuo aſpectu, ſeu exemplo, & auditu, id eſt, verbis & monitionibus quas peſsimi illi conciues audiant ab eo, ad meliorem frugem conuertat & iram Dei ab eis auertat. Talis ergo Lot juſtitia intus erat in anima, quæ de peccatis aliorum cruciabatur, exteriùs verò in verbis & operibus quibus pro poſſe ſalutem proximi proſequebatur. Cùm autem iuxta Græcum legatur, *Iuſtus enim ille oculis & auribus inter eos verſans* (ſupple cùm eſſet) *quotidie animam iuſtam*, (ſuam) *cruciabat*, vt legunt Clarius, Caietanus, Vatablus, Gagneius, denotat non Sodomitas, ſed ipſummet Lot fuiſſe, qui animam ſuam quotidie cruciauerit iniquis Sodomitarum operibus, id eſt, propter grauiſsima ac multiplicia earum ſcelera, cùm nihil monendo, hortando, reprehendendo aut rogando proficeret. Sed optimè etiam noſter interpres reſpexit ad Sodomitas quaſi ſanctam Lot

Quo ſenſu iuſta anima Lot dicatur fuiſſe cruciata.

animam

Digitized by Google

A animam ſuis ſcandalis & peccatis grauiſſimè cruciarent. Ad quem ſenſum alludere videtur Auguſtinus [a] cùm ait: *Neque enim & Lot ille ſanctus in Sodomis ab aliquo corporalem perſecutionem patiebatur, aut dictum illi erat, vt non ibi habitaret: perſecutio eius facta mala Sodomitarum erant.* Inde probat grauius *Væ* eſſe à ſcandalis, & peiores eſſe perſecutiones tantorum ſcandalorum, quàm Tyrannorum corpora trucidentium.

a Præfat in pſal 69.

Porro, non puto contemnendum, quod poſtquam Lot in præcedenti verſiculo, quaſi generali quodam ſenſu, iuſtus eſt appellatus, quaſi omni genere virtutum inſignitus, nunc iterum
B vocetur aſpectu & auditu iuſtus: quod non tantum communi iam dato ſenſu intelligitur: ſed alio etiam ſpecialiori ſumi poſſet, nempe illo, quo Elias & Ioannes Baptiſta propter eorum veſtitum & prædicationem vocari poterant aſpectu & auditu iuſti. Cùm enim Lot & Abraham ex Magorum ſocietate fuiſſent in Chaldæa & poſtquam venerunt in terram Chanaan Hebræorum prophetarum nomen & inſtitutum accepiſſent, vt ex ijs quæ alibi [b] diximus conijcitur: aliquo etiam ad extra indumento peculiari (vt poſtea Nazaræi ab eis oriundi albis induebantur) vſos fuiſſe denotat illorum ſocietas, qui
C propter torquem quam gerebant *Enacim*, id eſt, *torquati* dicebantur, vt ibidem [c] vidimus. Habitu igitur & verbis ſe ad extra verè iuſtum eſſe oſtendebat. Sat ſit hanc noſtram coniecturam indicaſſe, quæ ex ſequentibus [d] nouas vires eſt aſſumptura.

b Ante leg. lib 3 cap. 2.

c Lib. 2. cap 8.

d Verſ. 13.

Petr. *Nouit Dominus pios de tentatione eripere: iniquos verò in diem iudicij reſeruare cruciandos.* Per hæc verba non parum ſtabilitur quod paulò priùs dicebamus, S. Petri de virtutibus & iuſtitia Lot, deque perpeſſa à Sodomitis oppreſſione digreſſionem ad hoc potiſſimùm fuiſſe factam, vt ſpem faceret iis, ad
D quos ſcribebat Eccleſiæ paſtoribus: quod licet Simoniani hæretici eorúmque ſequaces iam à triginta circiter annis in Samaria & Iudæa apparere cœpiſſent, & vſque nunc etiam in Europa iuſtum fidelium cœtum multipliciter vexaſſent: citò tamen eos finem accepturos, quemadmodum iuſtus Lot poſt perpeſſas multas oppreſſiones à Sodomitis mirabiliter liberatus eſt & ipſi miſerè perierunt. Non enim tantùm ſolatur *Dominus*, ſed etiam multos *nouit* modos quibus *pios à tentatione eripiat*. De

Hæreticorum perſecutiones ſunt tentationes & probationes Eccleſia.

hæreticorum ſectis conſtat ſatis quàm fuerint ſemper inconſtantes parúmque diu durauerint. *Multæ hæreſes iam emortuæ ſunt*, ait Auguſtinus: [a] *cucurrerunt in riuis ſuis quantùm potuerunt; decurrerunt, ſiccati ſunt riui, vix eorum memoria reperitur, vel quia fuerint*, &c.

a In Pſal. 57.

Porrò, Petrus, vtens *tentationis* vocabulo ſatis apertè ſignificat vexationes, tribulationes, aduerſitates & perſecutiones quas ab infidelibus aut hæreticis patitur Eccleſia, nihil aliud eſſe quàm tentationes & probationes, iuxta quod ipſemet Apoſtolus dixerat in priori epiſtola: [b] *In quo exultabitis, modicum nunc ſi oportet contriſtari in varijs tentationibus; vt probatio fidei veſtræ* B
multo pretioſior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem & gloriam & honorem in reuelatione Ieſu Chriſti, &c. Quemadmodum autem ſceleſtiſſimos Sodomitas eorúmque ſimiles homines nuncupauerat impios, vel impiè agentes: ita nunc viros ſanctiſſimos ac perfectiſſimos vt Noe, Lot, ac primos (quos ſubintelligit) Chriſtianos aptiſſimè vocat pios: omnes enim virtutes ſunt quaſi partes pietatis, ait Euſebius. [c] Et Auguſtinus [d] pietatem definiens, *Pietas*, inquit, *eſt verax veri Dei cultus, vnde omnia rectè viuendi ducuntur officia*. Vnde & Theodoſius Imperator Chriſtiani nominis felicitatem in pietate ponebat, C
qui moriens nihil tam impensè commendauit filijs ſuis Arcadio & Honorio, quàm vt veram pietatem conſeruarent, per quam pax & omnia bona florerent: vt ſcribit Nicephorus. [e] E contrario impietas videtur eſſe perfectus veri Dei contemptus vnde omnia malè viuendi ducuntur officia. De impijs autem ſubiungitur.

b Cap. 1. 6. 7.

c De præpar. Euang. lib. 8 cap. 2.

d Epiſt. 52.

Piorum *nomine quinam vere intelligantur.*

e Hiſt lib 12. cap. 1.

Iniquos verò in diem iudicij reſeruare cruciandos. Iudas noſter dixerat priùs Sodomam & Gomorrham *factas fuiſſe exemplum ignis æterni pœnam ſuſtinentes*, quem ignem Petrus expoſuit contigiſſe quando dictæ ciuitates in cinerem redactæ ſunt & D
euerſæ: quæquidem euerſio cùm vſque nunc maneat, ac ſemper quandiu erit mundus, manſura ſit, æterna nominatur: exemplúmque eſt ignis quo in inferno impij cruciabuntur in æternum. Idem ergo Petrus hunc gehennæ ignem ſuo applicans, exemplari, ait, illo *Deum iniquos in diem iudicij reſeruare cruciandos*, quemadmodum per multos annos diſſimulans peccata Sodomitarum totam eorum regionem cum incolis igne de cœlo

Digitized by Google

immiſſo redegerat in cinerem. Vnde colligitur, eadem certitudine, qua tenemus illas ciuitates fuiſſe ſubuerſas, tenendum eſſe pœnas infernales, ipſumque gehennæ locum: imò ſicut tenemus futurum diem iudicij, cõtra nonnullos hæreticos, qui infernum eſſe negare non ſunt veriti, quos memorat Prateolus. a

a Act.12 13.

Cùm autem Petrus ita loquitur de die iudicij, præſupponit hunc adeo grauem ac neceſſarium de extremo iudicio articulum, quem ipſe Euangeliſtis, aliiſque ſacris ſcriptoribus manifeſtiùs expreſſerat, cùm dixit: *Chriſtus præcepit nobis prædicare populo & teſtificari, quia ipſe eſt, qui conſtitutus eſt à Deo iudex viuorum & mortuorum.* b Quod Paulus c confirmat: *In quo iudicaturus eſt Deus orbem terræ in æquitate, in viro, in quo ſtatuit, fidem præbens omnibus:* & vtérque loquitur præcipuè de iudicio extremo & vniuerſali, & nunc Petrus, vt communior fert opinio. Sic autem Chriſtus eſt etiam iudex in particulari vniuſcuiúſque iudicio; vt cùm primùm abit è corpore anima, eodem puncto temporis eleuetur intellectualiter, vt loquuntur Scholaſtici, ad audiendam iudicis Chriſti ſententiam, & iam ſenſibus ac mole corporis expedita per illuminationem locutionemque intellectualem, quæ à loco non pendet, atque tunc ita cognoſcit ſe iudicari, & vel ſaluari, vel damnari, non tantùm Dei, ſed etiam Chriſti hominis imperio & efficatia, iudicantis quo quiſque præmio, pœnaue ſit dignus, iuxta legem æternam Dei & menſuram ab eo conſtitutam, & id ipſum pro ſua voluntate ac poteſtate pronunciantis & imperantis cum effectu. Et in hoc ſenſu Chriſtus dici poteſt iudex mortuorum, hoc eſt, nuperrimè ex hac vita diſcedentium in iudicio porticulari: viuorum autem, id eſt, eorum qui in iudicio generali reſurgent & cum anima ſimul & corpore viuentes iudicabuntur.

b Act 10. 42
c Act 17.31.

Iudicium particulare vniuſcuiuſque in morte quomodo fiat

De hoc particulari iudicio cõſulẽdi ſunt Suarez, d Soto, e Abulenſis, f Lorinus. g De quo non incongruè poſſet intelligi quod nunc Petrus ait; *Deum iniquos in diem iudicij* (particularis, id eſt, in diem mortis) *reſeruare cruciandos* in inferno, quorum peccata tandiu patienter tolerans, *diuitias ſuæ bonitatis & patientiæ & longanimitatis oſtendens, eos ad pænitentiam adducebat.* Sed ipſi *ſecundum duritiam & impœnitens cor ſuum theſaurizabant ſibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui*

d Tom. 2. in 3 par. Diſp. 52. ſect 2.
e 4 Diſt. 45 q. 1 art 3.
f In Matth. 24 quæſt. 239.
g In Act. c 10. 42.

Chriſtus quo ſenſu dicitur Iudex viuorum & mortuorum.

Digitized by Google

(etiam in hora mortis per Chriſtrum) *reddet vnicuique ſecundum opera eius.* [a]

a Rom.2.5.

Si verò, iuxta communiorem ſententiam, de iudicio extremo & vniuerſali præſentem locum exponamus: verum eſt, quod tunc maximè quidem impij cruciabuntur in corpore, qui tantò ante à tempore mortis in inferno cruciati fuerant in anima: ex quibus nonnulli etiam adhuc ſuperſtites nonnunquam vindicem Deum hic experiuntur, vt Cain, [b] & ij qui diluuio perierunt, [c] Pentapolitani, [d] Pharao, [e] Nabuchodonoſor, [f] Antiochus, [g] Herodes, [h] & alij multi. At ex hoc loco elicitus error eſt intolerabilis, pœnas inferni non percipi ante vniuerſalis iudicij diem: quem errorem Guido Carmelita Græcis tribuit æquè, vt conſequenter loquantur, negantibus peccatores ante id tempus æternam pœnam luere, vt iuſtis communicari beatitudinem; quod falſiſſimum eſt. B

b Geneſ.4. 11.&ſeq. c Geneſ.7. d Geneſ. 19.24. e Exod.7. &ſeq f Daniel.4. 30. g 2. Mach. 9.5 &ſeq. h Act.12. 23.

B. Iudas.	B. Petrus Epiſt. 2. Cap. 2.
Verſ. 8. *Similiter & hi carnem quidem maculant, dominationem autem ſpernunt maieſtatem autem blaſphemant.*	Verſ. 10. *Magis autem eos, qui poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ ambulant, dominationémq; contemnunt, audaces, ſibi placentes; ſectas non metuunt introducere blaſphemantes.*

C

HIs verbis B. Iudas tres præcipuos Simonianorum errores vel potiùs horrenda ſcelera complectitur: quorum primum eſt corpus ſuum multiplici & enormi fœdare libidine: D ſecundum eſt, omnem magiſtratum & dominationem à Deo ordinatam ſimul cum illa quæ Chriſti eſt, penitus contemnere: tertium eſt ſacra Euchariſtiæ myſteria varijs blaſphemiis & turpitudinibus contaminare, quæ duo poſteriora iam priùs [i] expreſſerat vocans eos *impios Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam, & ſolum Dominatorem & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negantes,* vt ibi vidimus. Propter quæ iſti pſeudo-

i Verſ.4.

Digitized by Google

angeli & hæretici merentur æternis in inferno cum diabolo & angelis eius ignibus cruciari, ſicut Pentapolitani qui ſuam quoque carnem multipliciter & enormiter polluebant, ad impiorum damnandorum exemplum *ignis* (aliquo modo) *æterni pœnam ſuſtinuerunt*. Siquidem (vt velut exponendo poſterior Petrus dixit) *nouit Dominus iniquos in diem iudicij* (quando æterna præmia aut ſupplicia ſecundum cuiuſque opera redditurus eſt) *reſeruare cruciandos: magis autem eos qui poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ ambulant*, &c. Hoc au-
B tem eſt, affectu & effectu ſequi quicquid caro polluta & immunda concupiſcentia æſtuans appetit aut exigit: quod appoſitè S. Iudæ textus iuxta Græcum ſic exponit: *Similiter & hi ſopiti carnem quidem maculant*. Quid enim eſt homo ſomno ſopitus quàm brutum aut animal mutum? Vnde Chryſoſtomus exponens illa Pauli [a] verba. *Qui enim dormiunt nocte dormiunt*, vocat dormientes eos, qui in malitia dormiunt, quique ad virtutem nullis prædicti ſunt viribus, ſed indulgent & indormiunt voluptatibus carnalibus & terrenis quæ non ſunt aliud quàm ſomnia vigilantium.

a Theſſal. cap. 5. 7.

Dormire vel dormientes quinam à Paulo dicantur.

Itaquoque S. Epiphanius ſumit inſomnia, non quæ in
C ſomno contingunt, ſed cùm quis loquitur quæ ignorat, iuxta quod B. Iudas de iſtis velut exponendo dicturus eſt, [b] *Hi autem quæcúmque quidem ignorant, blaſphemant: quæcúmque autem naturaliter tanquam muta animalia norunt, in his corrumpuntur*. Verba Epiphanij ſunt: *Non dixit Beatus Iudas de his qui ſomniant in corporibus: ſtatim enim infert, ac oſtendit quod de ſomniantibus dicit, qui loquuntur velut per ſomnium verba ſua, & non per ſobrietatem vigilantis orationis*. Et ſanè, cùm Apóſtolus hos ſalaces hæreticos ſopitos appellat ſtatim poſtquam de Sodomitis locutus eſt, videtur alludere ad S.
D Lot, quem duæ eius filiæ ſopitum nec ſentientem adortæ ſunt. Quaſi huius viri iuſtitiam etiam in hoc facto tacitè propugnans iſtos turpiſſimos pungeret hæreticos, qui non, vt Lot, alterius arte, ſed vt Sodomitæ ex libidinis vehementia ac propria *ſopiti* malitia *carnem ſuam* (vt ille proprias filias) *maculant*. Placet quoque hac in parte Oecumenius, putans, nimiam rei obſcœnitatem orationis honeſtate mirabiliter

b Verſ. 10.

Digitized by Google

hîc obtegi; vt ſignificetur vita impuri, & lingua, oréque obſcœni, perinde ac ſi nimia actionis ipſorum turpitudo ſomniorum illuſioni perquam ſimilis eſſet: vt conſtat ex eo quod idem auctor refert ex Epiphanio de Borboritis, qui ex Simonianis orti ſunt: *Cùm fœdè cum mulieribus commiſcerentur non in vulua ſemen eſſundebant; ſed in perfecta abominatione ſuis manibus illud ſuſcipientes ſtatim in os illud immittebant mulierum, cum quibus corrupti erant & ita à ſe mutuò diſcedebant impuri, magnum quippiam ſe peregiſſe putantes. Hoc impurum facinus ob imperfectionem appellat B. Iudas inſomnium, quoniam talia ſunt quæ in inſomnijs aguntur.* A B

Quod Vatablus & alij exponunt de pollutionibus inter dormiendum, vel etiam ſpontaneis, minùs eſt quàm quod intendit Iudas aut Petrus: meliùs Salmeron refert ad impudiciſſimas, horrendáſque dictu libidines, vt & Feuardentius ad deliria, figmenta, fabulas & portenta quorundam nominum, numinúmque vna cum nefariis libidinibus: quos poſtea [a] Petrus indigitabit. Vnde conſtat quam verum ſit dictum Hieronymi, [b] *Difficile eſt inuenire hæreticum qui diligat caſtitatem, etiamſi eam verbis commendet & præ ſe ferat*: dum enim veræ fidei dogmata deſerentes nouas opiniones & ſcripturæ ſenſa velut ſomnia ſibi fingunt, etiam quæque turpiſſima ſibi licita eſſe ſuadent, quo ſomniantis ſpiritu dixerit Lutherus concubitum homini tam neceſſarium eſſe, quàm cibum: & paſſim apud Nouantes hoc perſonat axioma: caſtitatem eſſe impoſſibilem: vt verè ſic veterno conſopitis impoſſibilis eſt. Porrò, ſi Interpres noſter legit participium ἐνυπνιαζόμενοι contentus fortaſſe fuit quaſque libidines dictu nefandas per carnis maculationem exponere. C

Dominationem autem ſpernunt. Legit Hieronymus apud Petrum in plurali. *Et dominationes deſpiciunt*: vt intelligatur vtraque poteſtas politica & Eccleſiaſtica, cuius ſuperiores honoris cauſa abſtracto nomine vulgò dominationes appellamus: & vtérque Apoſtolus poſtquam hæreticorum de Chriſto (*qui eſt ſuper omnem principatum, poteſtatem, virtutem & nomen quod nominatur ſiue in hoc ſeculo ſiue in futuro* [c]) contemptum expoſuit, quem *ſolum dominatorem & dominum noſtrum eſſe nega-* D

a Verſ.

b Lib 2. commen in Oſee cap 9.

c Epheſ. 1. 20.

bant, [a] & poſtquam comparati ſunt Core, Dathan, Abiron, & eorum aſſeclis, qui dicebantur Angeli, qui in ſummo Pontifice Aaron dominationem Eccleſiaſticam ſpernentes *non ſeruarunt principatum ſuum:* [b] nunc politicum quoque magiſtratum ab eiſdem hæreticis contemptum eſſe vt oſtendat, generaliter dicit, *dominationem* vel (vt Petrus) in plurali *dominationes autem ſpernunt*. Quam de contemptu magiſtratuum expoſitionem tradunt optimè hoc in loco Thom. Anglicus, Richelius, Gagneius, Catharinus, Salmeron, Sa, Titelmanus, Serarius, Arias, Vatablus, Feuardentius, Lancellotzius, & B alij.

a Sup. verſ. 4.

b Supra verſ. 6.

Et quamuis nonnulli expoſitores negent Gnoſticos & illos hæreticos qui Iudæ viuebant ætate legi magiſtratum contempſiſſe, imò Neronem adoratum à Simone: videtur tamen Iudas velle Simonem Magum eundem eſſe cum illo Galilæo qui teſte Ioſepho, [c] *defectionis arguebatur, quia indigenas increparet, ſi tributum Romanis pendere paterentur, dominóſque poſt Deum ferre mortales.* Et ſic veriſſimum eſſet quod ipſe Simon eiúſque gregales dominationes contemnebant cōtemnendáſque docebant. Hanc ſectam fuiſſe in Ægypto apud Iudæos qui C eam regionem incolebant idem auctor teſtatur: [d] qui & de his quæ poſt cladem Ieroſolymitanam illis acciderint narrationem inſtituens, hæc inter alia de Galilæis: *Omni enim genere tormentorum & vexatione corporum in eos excogitata ob hoc ſolummodo, vt Cæſarem Dominum faterentur, nemo ceſſit, neque dicere velle viſus eſt*, &c. Cuius hæreſis occaſione quòd vigeret Chriſti Domini noſtri temporibus ac etiam Apoſtolorum, accidit, vt quoniam Galilæi erant, in ſuſpicionem adducti ſint, ne eadem ſentirent cum Galilæis. Quamobrem, vt obſeruat Hieronymus, [e] Phariſæi volentes experiri *acceſſerunt ad Ieſum tentantes eum & dicentes*, [f] *licet cenſum dare Cæſari an non?* Quos prudenti reſponſione confudit Chriſtus. *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.* Et alibi mandat Petro pro vtróque pendere tributum. Qua item de cauſa deinceps Paulus (vt idem obſeruat Hieronymus [g]) & alij Apoſtoli ſæpe & diligenter in poſterum à Chriſtiana religione remouere ſtuduerunt perniciofiſſimam calumniam, quod Chriſtus Gali-

Dominationem contemnendam eſſe quinam hæretici docuerint.

c De bell. Iud lib. 2. c. 7.

d De bel. Iud lib 7. c 19.

e In Epiſt. ad Titum cap 3.

f Matth. 22. 21.

Galilæorum hæreſis de non ſoluendo tributum.

g Vbi ſupra.

Digitized by Google

læus ſectatores ſuos liberos redderet à magiſtratuum obedientia. A

Hæreticorum etiam neotericorum aduerſus reges & poteſtates rebellio.

Porrò, nimia ſunt quæ adduci hoc in loco poſſent de hæreticorum tam veterum quàm neotericorum perduellione aduerſus vtrúmque magiſtratum politicum & Eccleſiaſticum, & ipſa experientia loquitur, imò vociferatur, noſtros præſertim Caluinianos illos eſſe qui ἀναρχίαν quærunt, vt ſoluti legum metu liberiùs peccent, ius gladij profanum dicunt ac pietati aduerſum ex Eccleſia Dei Reges & omnes magiſtratus ſuis continuis, ſæpéque reiteratis rebellionibus abdicant, ſimiles in hoc Anabaptiſtis, Libertinis, Dauidiſtis, Academicis, aliiſque eiuſdem furfuris, quos Beza ipſe eorum magiſter meritò vocat peſtes: à quibus conuitijs inceſſeretur ordo Magiſtratuum à Deo conſtitutus. Idem fecit patriarcha eorum Caluinus, Lutherus, Bucerus & Marloratus. Sed & ipſi paſſim ſpreto ſupremo in Eccleſia Pontifice & eius auctoritate, pro humana prudentia Reges & dominationem Politicam miris adulationibus, exquiſitíſque verbis exaltant, factis autem negant. B

Dominationis contemptus cauſa duplex.

[a] *Timoth. cap. 3. 2.*

Huius autem dominationum contemptus genuinam, eamque duplicem cauſam velut ſupplendo aſſignat Petrus: nempe quod ſint *audaces & ſibi placentes*. Quantùm ad primam, optimè Paulus [a] vocat eos ἀλάζονες, id eſt, faſtuoſos, arrogantes, iactabundos, vt ſuam eruditionem eloquentiam & virtutes ſupra modum extollant; audaces, inquam, ſunt in contemptu cæterorum quorumlibet ſanctiſſimorum, doctiſſimorum, antiquiſſimorum Patrum ſuprema etiam dignitate ac potentia præditorum: in propriæ doctrinæ profanæ & ſacræ iactantia intolerabili ſupra quoſlibet nullo excepto: in affirmando & negando & quidlibet excogitando aut ſentiendo etiam de Deo, aut quiduis audendo ſumma quadam maximéque præcipiti etiam contra potentiſſimos principes ac poteſtates temeritate: in ſingulari & omnino præfracta impudentia: in aſſerendo falſiſſima, & audacter negando veriſſima. Iſta omnia de illis quotidiana praxis & cum illis conuerſatio docet affatim. C D

Sibi

Digitized by Google

A *Sibi placentes* Græcè αὐθάδεις. Exponit Oecumenius, *Quod ipſis placet perſequentes* Vatablus & alii *præfracti, ſuique capitis ac ſenſus.* Huius nominis ſingulare alibi [a] ab Interpre- te redditur *ſuperbis*: quæ omnia textui noſtro conueniunt. Qui enim ſibi placent propriæ ſunt ſententiæ, ac ſeipſos a- mantes cætera poſt ſe trahunt vitia quæ Paulus [b] enumerat, dicens, *erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, bla- ſphemi, parentibus non obedientes, ingrati ſcæleſti,* &c.

a Ad Titum cap. 1.7.

b 2. Timot. 3.2.

Maieſtatem autem blaſphemant. Iſte eſt tertius ex præ- cipuis erroribus Simonianorum, quem Interpres addito ver- B bo *introducere*, ſic exponit apud Petrum: *Sectas non metuunt introducere blaſphemantes*, vbi Græcè habetur, Δόξας δ' οὐ τρέ- μουσι βλασφημοῦντες, & Pagninus transfert, *dignitates non horrent blaſphemantes*: quemadmodum quod hîc S. Iudas ha bet Græcè δόξας δὲ βλασφημοῦσιν vertit, *dignitates autem blaſphemant.* Cùm autem vtrobique ſit idem nomen δόξαν, & duplex præcipua illius notio ſit apud auctores, nempe, pro axiomatibus, apophtegmatibus, illuſtribúſque ſenten- tiis, aut fixis dogmatibus, & pro dignitatibus, honoribus & eminentiis, quibus præ cęteris eminent, eniténtque prin- C cipes & alij proceres: iuxta hunc duplicem ſignificatum mul- tæ reperiuntur huius loci expoſitiones quę breuiter expan- dendæ ſunt.

Nomen Græcum δόξα, pro apophtegmate vel ſententia.

Ad priorem acceptionem refertur quod Lorinus hîc ſu- ſpicatur Symbolum Apoſtolicum denotari quod blaſphe- ment, id eſt, contemnent, ſuiſque dicteriis proſequantur hæretici: ſicut & quod Oecumenius interpretatur de vetere & nouo teſtamento quæ blaſphemabantur ab hęreticis. Item, quod Adamus & Eſtius volunt ſignificari indigna figmenta Gnoſticorum de Angelis, per quæ contrariam Apoſtolorum doctrinam euertere tentarent. Item quod Hugo declarat, D quia peruerſi illi homines cùm aliqua Scripturæ ſacræ my- ſteria ignorarent, contemnebant, & ſic quodammodo blaſ- phemabant Angelos, qui permiſſione & voluntate Dei in- certa & occulta illius frequenter aperiunt. Caietanus pro ſe- ctis opiniones accipit, declarans hîc dici, quod has hæretici quantuncumque blaſphemas non metuunt inducere. Arias Montanus exponit, quod communes de vita tam priuata

Digitized by Google

 A

quàm publica ſententias certas, ac certa ratione receptas ipſi contemnunt & vilipendunt: imò damnant etiam, ſéque non aliorum communibus iudiciis alligari, tenerique contendunt. Denique ad iſtam notionem reſpexiſſe videtur interpres cùm nomen δόξας, Latinè tranſtulit *ſectas* in ſuppari Petri ſententia: cuius eſſet ſenſus, maxima eſſe inter hos hæreticos diſſidia in hoc ſolo conſpirantes, vt ſuas aduerſus doctrinam orthodoxam ventitando propoſitiones tanquam δόξας, & axiomata, ſchiſma, aduerſus Eccleſiam & ea quæ ab ea traduntur blaſphemando, faciunt. Sic Lorinus tuetur & exponit noſtrũ interpretem, quamuis fateatur hoc nomen Græ- B
cum non inueniſſe vſurpatum in iſta ſignificatione. Cui ego pro hac defenſione ſubſcribo.

Idem nomen pro gloria & maieſtate.

Altera tamen acceptio τῆς δόξης pro gloria, ſplendore, maieſtate, aut claritate, vt eſt abſtractum pro viris in dignitate poſitis longe hoc in loco communior, acceptabiliorque eſt apud expoſitores: ideo Eraſmus Petri locum transfert, *Qui gloria præcellentes viros non verentur conuitijs inceſſere.* Et confirmat ex voce ſimili Κυριότης quæ ante præceſſit, & minus quid valet quàm δόξα, vt potè, conueniens cuiuis C
hero, cùm hæc alia Principi tantùm, contra quem dicitur crimen læſæ maieſtatis: & ideo exponit iſta verba de præfractis & intractabilibus, qui præfectis ſuis & epiſcopis non obtemperant, nec timent conuitiis viros gloria & maieſtate præditos laceſſere. Hunc ſequuntur Gagneius, Catharinus, Clarius, Adamus, Salmeron, Feuardentius, & alij, vt Turrianus, [a] Lancellotzius, Gregorius, Voſſius, [b] Lorinus & Oecumenius, qui ſpecialiter nominat *Eccleſiaſticos principatus*. Qui ſenſus quadrat cum priori membro de ſpreta dominatione: nos verò iſtud ab illo longi differre mox oſtendemus. Clemens Alexandrinus exponit de Angelicis ſpiritibus: cum quibus Thomas Anglicus iungit Sanctos, & ipſum D
Deum. Petrus Aureolus Deum abſolute nominat Beda eodem ſenſu exprimit maieſtatem diuinæ potentiæ blaſphematam, ſicut Angeli mali dominationem ſui creatoris ſpreuerunt. Benedictus Montanùs declarat gloriam Dei, quæ per Ieſum Chriſtum innotuit, non ſolum, non agnitam, ſed & ſubductam ac ſpretam., cum tamen grauiſſimum ſcelus ſit,

[a] 1. de dogmat charact. c. 9.
[b] Schol. in Ephrem to. 2 p. 195.

A cuiuſcumque rei veritati, & auctoritati detrahere. Caietanus ad rem propiùs accedens propriè de Chriſto accipit: & quia Græcè in plurali habetur δόξας, de vtraque natura ipſius diuina & humana exponit, vel de diuerſis rationibus propter quas debetur illi gloria, vt miraculorum, doctrinæ, paſſionis, reſurrectionis, &c.

Nos gloriam quoque Chriſti peſſimè denigratam, ſpretam variiſque blaſphemiis ab hæreticis deturpatam hic meditamur, non quamcumque, ſed illam, quam ab Eccleſia in ſacris Euchariſtiæ ſolemnibuſque myſteriis legitimè recipit: *Nomen δόξα pro liturgia Christiana.*
B cum enim ſacra ſynaxis ſeu liturgia ſit totius Chriſtianæ religionis omnium quæ publicè fiunt actio celeberrima, in qua totus Chriſtus realiter præſens ſupremo latriæ cultu adoratur, eiuſque paſſionis & noſtræ Redemptionis pompaticè ac magnificè memoria recolitur; κατ' ἐξοχὴν meritò & appoſitè ab vtroque Apoſtolo diuerſo reſpectu nunc in ſingulari δόξα, nunc in plurali δόξαι, potuit appellari: eodem prorſus ſenſu, quo ratione vnius aut plurium locum in quibus celebrantur iſta myſterir nunc ſynaxim aut miſſa, nunc ſynaxes & miſſas dicimus.

C Pro cuius ampliori declaratione notandum primò, quod Hieronymus[a] de varia notione nominis *gloriæ* diſſerens hanc quoque propoſito conuenientem affert: *Significat*, inquit, *& aliud in ſcripturis diuinis gloria, cum anguſtius aliquid & diuinius hominum ſe præbet obtutibus*: & allatis exemplis de *claritate Dei quæ paſtores circumfulſit*,[b] de ea *Chriſti transfigurati*,[c] quam editio Græca nominat δόξαν, Latina verò reddit *maieſtatem*, agnoſcit hoc nomen à noſtris interpretibus plerumque pro *gloria* tranſlatum eſſe, vt in textu Iudæ. Vbi interpres etiam pro ſacra ſynaxi, vt nos, nomen *maieſtatis* potuit accipere, ſicut & nomen *ſectæ*, quatenus glorioſas, ſed furtiuas quaſdam congregationes collectis fidelium ſimiles denotaret, in ſenſu quo Tertullianus[d] & Cyprianus[e] non infrequenter ſectam nominant *Confeſſionem Chriſtianam*: ſub qua ſi non tantùm eam quæ fidei, ſed etiam quæ laudis eſt comprehendamus in qua Deus hymnis & canticis publicè honoratur; alia ſeſe nobis offert ratio, cur noſtra Synaxis gloria nuncupetur. . . .

Sectæ nomen quid importet. (D)

a Lib. 3. in c. 5. epiſt. ad Gal.

b Luc 2. 9.

c Luc 9. 31.

d Lib. de fuga de pallio & in Apolog.

e Epiſt. 13. ſeu l. 5. c. 4. & epiſt. 34. ſeu l. 4. ep. 5. & præf. l. 1. ad Quirinũ

Digitized by Google

Nempe, cùm Apoſtolorum, temporibus ferè eodem ritu celebraretur ac Eſſenorum Agape vt vidimus,[a] multis id fiebat cum cæremoniis & Pſalmodia, idque ſingulis præſertim Sabbatis, quibus ſucceſſit dies Dominica. In qua pſalmodia probabile eſt, morem antiquum, ritúmque ſeruatum fuiſſe (ad quem Arias alluſum eſſe putat cùm dicitur, *& in templo eius omnes dicent gloriam*[b]) quo certis feſtis cum maiora Dei beneficia in populum commemorarentur, populus aſtans poſt certas verſus alta voce repetebat כבוד *Cabod*, *Cabod*, *Gloria*, *Gloria*: ſicut nunc in Eccleſia (& præſertim in introitu Miſſæ, præter *Gloria in excelſis*) poſt cuiuſque finem pſalmi Sanctiſſimæ Trinitati canitur *Gloria*: de quo Ioannes, Stephanus Durandus,[c] & Iulius Mazzarinus.[d] Quid ſi propter tale Synaxis initium *Gloriæ* nomen habuerit: ſicut à fine *Ite Miſſa eſt*, quaſi à dimiſsione populi *Miſſæ* nomen (iuxta quoſdam) accepit?

a Poſt leg. cap 14.
b Pſal. 28. 9.
c 5. de ritibus Eccl. Cathol. c. 15.
d in Pſal. 50 tom 5.

Synaxis Chriſtianorum cur rite dicatur gloria.

Synaxis quoque Chriſtianorum celebritas, pompa, maieſtas, & gloria colligi poteſt ex eo quod fideles non niſi melioribus ornamentis ac veſtimentis induti ad illam ſe conferebant: vt colligitur ex his Apoſtoli Iacobi[e] verbis, quæ ſine dubio de Chriſtiano conuentu ſeu collecta protulit, quam & *Gloriam* vocat: *Fratres mei, nolite in perſonarum acceptione habere fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti gloriæ. Etenim ſi introierit in conuentum veſtrum* (in Eccleſiam vt loquitur Paulus[f]) *vir aureum annulum habens in veſte candida*, &c. De ornamentis & ſacris vtenſilibus à dextra apſidis ſeruatis habemus hoc diſtichum:

e Cap. 2. 1.
f 1. Cor 11. 21.

Hic locus eſt veneranda penu, qua conditur, & qua
Promitur alma ſacri pompa miniſterij.[g]

g Paulinus epiſt 12.

De eadem Synaxi ſub nomine *gloriæ* puto quoque loqui Petrum Apoſtolum,[h] cùm vocat ſe conſortem, participem vel *communicatorem gloriæ Chriſti, quæ in futuro reuelanda eſt*. Quamuis & de transfiguratione quam vidit iſta poſsint intelligi.

h 1. Petr. 5. 1.

Sed præcipua ratio, quæ ferè cogit nos in hoc loco ſumere nomen *gloriæ* pro Synaxi fidelium, id eſt, pro tota celebri Euchariſtiæ communicatione quam Simoniani, eorumq; gregales peſsimè ſpernebant, variiſque ſpurcitiis ac blaſphemiis

Digitized by Google

contaminabant, illa eſt: quod S. Iudas nunc idem repetit, quòd priùs [a] de hoc pſeudoangelorum & hæreticorum horrendo crimine dixerat, licet inuerſo ordine. Nunc enim poſtquam loquutus eſt de ſpreta ab eis dominatione, addit, *glorias autem blaſphemant*; & iuxta S. Petrum & originalia, *glorias non horrent blaſphemantes*: antea verò, ſub nomine *gratiæ* hoc poſterius ſic priori loco poſitum eſt. *Subintroierunt quidam homines impij, Domini noſtri Ieſu Chriſti gratiam transferentes in luxuriam.* En, quo pacto eiuſdem Chriſti glorias blaſphemant, quas non horrent: Deinde ſubiungitur de ſpreta dominatione; *& ſolum Dominatorem, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negantes.* Vbi probauimus Euchariſtiam, aut eius adminiſtrationem vocari *gratiam Dei*. A nobis quoque eſt S. Irenæus, qui quod prius dicebatur *dominationem autem ſpernunt* interpretatur ſacrificiũ corporis Dominici, quod hæretici contemnunt, dum impudicitiis quibus vacant, illud conſpurcant. Sed hoc melius conuenit iſtis verbis *maieſtatem autem blaſphemant*, propter rationes iam dictas. Alia quoque nobis de hoc ratio ſuppetit ex vi verbi τρέμειν, quod vſurpat Petrus in hoc loco *glorias non horrent blaſphemantes*: importat enim magnum cum tremore timorem, vt Æſchilus apud Clementem Alex. [b] loquens de creaturarum coram Deo pauore & reuerentia, dixit τρέμει δ᾽ ὄρη, *Montes tremiſcunt.* Quiquidem horror cum tremore maximam denotat reuerentiam quam fideles habebant erga *gloriam*, id eſt Euchariſtiam propter Chriſti veri Dei præſentiã: qui non ita conuenit principibus & magiſtratibus, de quorum ſpreta dominatione præcedentia verba intelliguntur, vt vidimus. Quæ omnia adhuc poſtea licet aliis terminis ab vtroque Apoſtolo repetita confirmabuntur.

[a] Verſu 7.

[b] Ston. cap. vlt.

B

C

Digitized by Google

B. Iudas.

Verſ. 9. *Cùm Michael Archangelus cum diabolo diſputās altercaretur de Moyſi corpore, non eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ: ſed dixit, Imperet tibi Dominus.*

P. Petri Epiſt. 2. Cap. 2.

Verſ. 11. *Vbi Angeli fortitudine & virtute cùm ſint maiores, non portant aduerſùm ſe execrabile iudicium.*

VT vterque noſter Apoſtolus probet, quàm præpoſterè, inconſideratè, & irrationabiliter pſeudoangeli, hoc eſt, Simoniani eorúmque ſequaces hæretici animum induxerint, vt multifariam ſpernentes gloriam Chriſti, id eſt, Euchariſtiam, plurimis in eam vouerent blaſphemias: nempe, cùm tanquam muta animalia & irrationabilia pecora, quæ de ea non capiunt, ſed ignorant myſteria, ſine fronte blaſphement: iſtiùs erroris cauſam eſſe dicit, quòd vbi deberent in his ac ſimilibus myſteriis intelligendis Angelicos ſpiritus imitari, qui tam prudenter ac reuerenter ſe habent erga eos qui eiuſdem ſecum naturæ ſunt, vt quantumuis mali, aut malè quid agant, nihil tamen quod aut iniurioſum ſit, aut blaſphemum contra illos pronuncient: ſed omne tale iudicium ipſi Deo, aut Chriſto Angelorum domino, vt eos reprehendat aut puniat, planè relinquant. Quantò magis homines carnales ſuum iudicium de ſacro Euchariſtiæ myſterio ſubmittere debent eius venerando iudicio, qui eſt Angelus teſtamenti & filius Dei naturalis, qui tam ſapienter ac potenter illud inſtituit? Diſcrimen tantùm eſt inter hos duos ſacros ſcriptores: quod Iudas, qui prior ſcripſit, præſertim Iudæis, qui optimè nouerant hiſtoriam, quam hic leuiter attingit de altercatione Michaelis Angeli cum diabolo de Moyſi corpore, illam pro peculiari citat exemplo: Petrus autem qui ad Eccleſiæ proceres Europæus ex Gentilitate conuerſos direxit ſuam epiſtolam generaliter loquitur de ſpiritibus Angelicis,

Petrus & Iudas diuerſimode proponunt exēplum de Angelicis ſpiritibus.

Digitized by Google

A quos ideo vocat iſtis hominibus pſeudoangelis *fortitudine & virtute maiores*, id eſt, ſecundum naturam, humana perfectiores: vt ex hoc loco Didymus, & alij rectè probant.

Vt autem iſtud de Archangelo Michaele exemplum breuiùs ac dilucidiùs exponamus, præſupponimus eam, quam paſſim omnes ſequuntur S. Dionyſij Angelorum in cœlo diſpoſitionem: vt dignitatis ſequendo ſeriem, primi tres chori (primæ hierarchiæ) ſint Seraphim, Cherubim & Throni: ſecundæ hierarchiæ, Virtutes, Dominationes & Poteſtates: tertiæ hierarchiæ, Principatus, Archangeli, & Angeli. Dein-

B de ex eo quod ait Apoſtolus, [a] *Omnes Angelos eſſe adminiſtrarios ſpiritus, propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis*, duo cenſeo colligenda: primum quidem, omnes omnino Angelos, ex quacúmque ſint hierarchia, à Deo mitti quando vult, propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis, ſiue boni, ſiue mali ſint & etiam infideles. Secundum eſt, vnumquémque Angelorum ordinem nomen accepiſſe ab officio quod erga mortales in terris exercet, potiùs quam (vt communis fert opinio) ab eo fungitur in cœlis: nempe, Poteſtates cohibere, alligare & arcere Dæmones: virtutes, miracu-

C lis inſeruire, quæ faciunt ad commune bonum Eccleſiæ, fideique confirmationem: ſicut dominationes præſidere, aut ſtatuere quæ ſunt executioni mandanda. Eodem modo de aliis ordinibus meditandum.

a Hebr. 1. 14.

Angelis ex quacumque hierarchia mitti poſſe.

Angelorum ordines vnde nomina accipiunt.

Attamen, cùm præcipuorum Angelorum nomina quæ in ſacris litteris reperiuntur (ideóque non ſolùm à doctioribus, ſed ab ipſa Eccleſia iuxta quoddam concilium Romanum ſola admittuntur) ab Hebræo deducta ſint, quæ ſunt Raphael, Gabriel & Michael: congruum ſanè ac probabile videtur, vt dictorum quoque ordinum nomina à ſola He-

D braica lingua deriuentur, idque iuxta vniuſcuiuſque ſibi à Deo erga mortales iniunctum officium. Exempli gratia: primi ſupremæ hierarchiæ ordinis dicerentur Seraphim, quaſi *Sem Rephaim*. Latinè verò *nomen Rephaim*, vel, *ibi Rephaim*: ac ſi compendiosè diceretur in illo ordine eſſe Rephaim, vel illum ordinem nominari Rephaim, eo quod deſtinati à Deo ſiint, vt præſint iis, qui in terris ſunt Rephaim, id eſt curatores animarum, qui erant paſtores Eccleſiaſtici: huius au-

Ordo qui dicitur Seraphim vnde nomen habeat.

tem ordinis caput & princeps vocatus eſt Raphael, hoc eſt, A
Raphael eſt primæ Angelorum hierarchiæ princeps.
Deus Rephaim, quaſi diceres præfectus ac moderator Rephaim. Et quia inter Eccleſiaſticos ſunt etiam doctores, qui apud Hebræos dicebantur Rabim: ille Angelorum ordo qui eis à Deo præfectus eſt nominatus eſt *Cherubim*, ſed propriè ac legitimè *Cherabim*, id eſt, *ſicut Rabbim*. Nomen quoque Thronorum Hebr. כסאי= *Cheſaim*, datum eſſe videtur iis qui ſuper iudices Eccleſiaſticos præeſſe debebant. Et ſic tres iſti primæ hierarchiæ ordines tribus ſtatus Eccleſiaſtici reſpondet ordinibus, Prælatorum, Doctorum, & Iudicum. Huius autem ſupremæ hierarchiæ caput & choriphæus eſt Arcangelus Raphael. B
Cuius nomen licet optimè B. Gregorius & alij Patres interpretentur medicina Dei, ideóque à Deo dicant miſſum fuiſſe ad Tobiam, vt ſanaret eum: improbabile tamen non eſt, id etiam propterea factum fuiſſe, quia ex viris erat Eccleſiaſticis, vt denotant illa eorum verba, *Nos filij ſanctorum ſumus*, [a] & nos alibi [b] oſtendimus. Sic vnus ex Seraphim, qui ſupremus eſt ordo, miſſus eſt ad Eſaiam, [c] vt etiam volunt SS. Cyrillus, Baſilius, Hieronymus, Chryſoſtomus, & alij. Et quoties legimus aliquem Angelum ad prophetas miſſum, vt ad Abrahã, Iacob, Ieſum ſacerdotem, & C
alios, ex aliquo trium illorum ordinum fuiſſe probabile eſt: qualem fuiſſe crediderim illum, qui miſſus eſt ad Danielem, & præcepit Gabrieli (qui ſecundæ eſt hierarchiæ) vt Danielem faceret intelligere viſionem. Cum enim id per ſe facere poſſet, noluit quod ſui muneris non erat, vſurpare.

a Tob. 8. 5.
b Ante leg lib. 5. c. 16.
c Cap. 6. 6.

Alius eſt ſtatus inter mortales & in vnaquaque repub. qui nobilium ſolet appellari, & ſub Hebr. nomine, vel גבור= *Gibborin*, id eſt, potentes, vel גבירי= *Ghebirim*, id eſt, principes, facilè comprehenditur: ſuper quem nobilium ſtatum alius præfectus eſt inſignis quidam Angelus, qui ideo cognominatus eſt Gabriel, quaſi diceres Deus potentum, vel principum: cuius ſtatus tres ſunt velut ordines, nempe *virtutum*, Græcè *δυνάμεων*, Hebr. כחות *Cohhoth*, id eſt, præualentium quarundam virtutum, quales ſunt Reges: *Κυριοτήτων*, Hebr. ממשלות *Memſcialoth*, Latinè *Dominationum*, quę ducibus conuenire videntur; & *τῶν ἐξουσιῶν*, Hebr. שלטוני= *Sciltonim, poteſtatum*, nempe, eorum qui inter nobiles duci- D
Gabriel Arcangelus ſuper quos à Deo conſtitutus eſt.

bus

bus inferiorem habent auctoritatem. Quibus gradibus tres in cœlo reſpondentes ſunt ordines eiuſdem nomenclaturæ, quia illis à Deo præpoſiti fuerunt: eorum autem omnium Arcangelus, id eſt, primus & princeps eſt ille qui in ſcriptura vocatur Gabriel, qui Dei nutu, vel iuſſu ſuæ hierarchiæ Angelos mittit, quando de rebus nobilium & principum agitur: vel ipſemet mittitur in iis quæ maximi ſunt momenti: vt quando eſt à Deo miſſus ad Virginem, quæ conceptura & paritura erat Dei altiſſimi ac magni Regis Dauid filium, qui *regnaturus erat in domo*
B *Iacob in æternum.* [a] Eadem de cauſa idem Gabriel miſſus eſt ad Zachariam, vt annunciaret ei tanti Regis præcurſoris natiuitatem. Similiter ab vno primæ Hierarchiæ Arcangelo, vel Angelo præcipitur Gabrieli, vt intelligere faciat Danieli viſionem, quæ de mutatione ac viciſſitudine regnorum erat; eo quod proprium id munus erat Gabrielis, & omnia eorum negotia optimè nouerat edoctus à Deo. Vnde poſtea viſionem Danieli expandens, eum ampliſſimè de iis, quæ in dictis regnis ventura erant, inſtruxit.

Gabrieli Angelus ſecunda Hierarchia princeps Cur miſſus à Deo ad Virginem Mariam & ad Zachariam.

a Luc. 1. 33.

Tertius in mundo ſtatus & hominum ordo eſt ignobilium,
C quem populi vel popularem ſolemus appellare: & quia in hoc ſtatu pauperum, egenorum, afflictorum & erumnoſorum magnus ſolet eſſe numerus, videtur iſte ſtatus ab Hebræis dictus fuiſſe מִיכָּאם *Michaim*, id eſt, *tenuium*, ſiue eorum qui præ alijs tenuioris ſunt fortunæ. Super quod hominum genus præpoſitus ſpecialiter fuiſſe videtur ille Arcangelus, qui tertiæ Hierarchiæ princeps ideo dictus eſt Michael, id eſt, Deus pauperum. Quod ideo verum eſſe videtur: quia quoties eum in ſcriptura miſſum eſſe legimus, ſemper ad huiuſmodi miſeræ ſortis homines id factum eſſe comperitur, & opem ſuam Eccleſiæ, ſeu populo Dei impertiri, non quolibet, ſed eo duntaxat tem-
D pore, quo in aliqua eſt miſeria: vt potè, apud Danielem, vnus ex prima hierarchia Angelus ad prophetam miſſus dixit ei quod *Michael vnus de principibus primis*, hoſt eſt, tertiæ hierarchiæ caput, *venit in adiutorium ſuum*, [b] nempe, vt ſecum accelerares, aut procuraret liberationem populi Dei in Babylonica captiuitate detenti: Et tandem de illo ait: *nemo eſt adiutor meus in omnibus his, niſi Michael princeps veſter.* Et poſtea, cùm de futura eiuſdem populi liberatione tractatur, id non ſiue Michae-

b Daniel. 10 13. & 21.

Michael Arcangelus qui interpretatur Deus miſerorum non niſi ad miſeros miſſus legitur.

a Daniel 12. lis ope futurum ſic propheta teſtatur:[a] *In tempore illo conſurget Michael princeps magnus, qui ſtat pro filijs populi tui: in tempore illo ſaluabitur populus tuus*, &c. Specimen quoque maximæ miſeriæ habuit illud *prælium magnum in cælo*, vbi *Michael & Angeli eius*, vt bonos aduerſus Luciferum eos ſecum trahere volentem tueretur, & à miſeria peccati ſeruaret, *præliabantur cum dracone*, &c.[b] Denique, quod hîc à B. Iuda narratur de altercatione Michaelis cum diabolo pro Moyſi corpore, contigit eo tempore, quo populus Dei adhuc erat in deſerto, & nondum ingreſſus in terram promiſſionis.

b Apoc. 12. 7.

Quibus de cauſis videtur credibile, vt quoties aliquis Angelus miſſus à Deo eſt, vt populum ab aliqua miſeria, vel periculo liberaret, & totius Eccleſiæ res agebatur, ipſe Michael à Deo electus eſt. Quod longè iam priùs etiam ante diluuium factum fuiſſe alibi[c] oſtendimus: vt nihil mirum ſit, quòd Eccleſia in continuo degens perſecutionum prælio & tentationum miſeria, illum vt ſuum anteſignanum, ducem ac tutelarem habere non dubitet. Quod innumeris poſſem teſtimonijs confirmare. Qui illa videre voluerit legat in hoc loco Lorinum. Satis mihi ſit meam breuiter de eo propoſuiſſe ſententiam: ex qua deduci poteſt, quòd quemadmodum tres tantum à patribus agnoſcuntur Angelorum hierarchiæ: ita tres earum ſunt principes ideo vocati Arcangeli, quaſi dicas primi inter alios Angeli, vel ſuæ hierarchiæ primi. Et ita nunc Michael dicitur Arcangelus, non abſolutè, vel tanquam omnium Angelorum primus: ſed ſuæ tantùm hierarchiæ; quæ cùm toti Eccleſiæ militanti præſit: ideo factum eſt, vt propter Michaelis eius principis quamplurima & mirabilia auxilia, abſolutè primus omnium Angelorum creditus à multis ſit. Res tamen ſicut de miſſione omnium Angelorum apud auctores incerta eſt, vt poſt Magiſtrum ſententiarum[d] bene monet Vaſquez.[e] D

c Anteleg. lib. 1. cap. 19.

Michael Arcangelus non eſt omnium in cælo Angelorum princeps, ſed toti Eccleſiæ militanti præpoſitus.

Porrò, iſta tertia, ſeu Michaelis hierarchia tres habet ordines; nempe שָׂרִים *ſarim*, שַׂרְמַלְאָכִים *ſarmaleachim* & מַלְאָכִים *maleachim*, Latinè Principum, Arcangelorum & Angelorum qui triplici populi ſtatui reſpondere videntur. Principatus enim illis adeſſe videntur, qui populo iuſtitiam adminiſtrant: Arcangeli ijs qui apud plebem alicuius ſunt eminentiæ: Angeli verò ijs, qui ex mediocri atque ima plebe ſunt. Denique alij alia tam

d 20. 10.
e 1. p. diſp. 244. c. 2.

Digitized by Google

diuerſa de hac materia differunt, vt & mihi quod ſentirem humiliter lectori proponere impunè licitum eſſe crediderim Scio Gregorium, Bernardum & quoſdam alios Patres alias dictorum nominum etymologias ex Hebræo deducere veriſſimas, vt Michael *quis vt Deus*, Gabriel, *fortitudo Dei*; Raphael, *medicina Dei*, & ex illis pulchra propalare myſteria, digna ſanè quæ ab omnibus admittantur, quæque tota mente reuereor. Quas tamen nos ſupra propoſuimus & expoſuimus ingratas fore non credo, præſertim ijs qui ea quæ alibi de hoc ſcripſimus conſuluerit.

B *Cùm diabolo diſputans*. Ex quibuſdam ſcripturæ locis diſcimus, Satanam, qui nunc diabolus appellatur, ſolitum olim fuiſſe cùm bonis Angelis etiam in forma viſibili & in cœtu prophetarum diſputare & altercari. Quemadmodum ſemel & iterum fecit, *cùm quadam die conueniſſent filij Dei*, id eſt, prophetæ, *vt aſſiſterent*, ſeu miniſtrarent, *coram Domino*, [a] id eſt, in loco ſacro, vbi Deus vel in propitiatorio, vel in ſimili loco ſupremo cultu adorabatur: ibi enim *adfuit inter eos etiam Satan*, in forma viſibili, vt ibi probamus. *Cui dixit Dominus*, id eſt, Angelus Dei vices gerens, & in forma quoque viſibili, ſicut vox erat C ſenſibilis, quam audierunt præſentes prophetæ quando dixit ei Angelus; *Vnde venis? Qui reſpondens, ait: circuiui terram & perambulaui eam*, &c. Quæ verba & ea quæ reſpondit Deus per Angelum apertam continent boni cum malo & viciſſim mali cum bono Angelo diſceptationem. Quæ apparitio & dialogus, tanquam res trita, nullum eorum qui aderant terrefecit: & vſque ad longè poſteriora tempora perſeuerauit. Nam de prophetarum congregatione optimè Forerius exponit viſionem quam habuit Michæas [b] & ita propoſuit: *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium ſuum*, quale erat tunc propitiatorium, *& omnem exercitum cæli aſſiſtentem ei*, de prophetis congregatis coram Domino exponit Forerius *à dextris & à ſiniſtris: & ait Dominus*, ſeu Angelus pro Domino: *Quis decipiet Achab regem Iſrael, vt aſcendat, & cadat in Ramoth Galaad? & dixit vnus verba huiuſmodi & alius aliter*; nempe ſinguli prophetæ ſuam ſententiam expandebant. *Egreſſus eſt autem ſpiritus*, nempe malus, *& ſtetit coram Domino*, ſicut ille Satan apud Iob, *& ait*; *Ego decipiam illum*, &c.

D

Diabolus olim ſolebat cum bono Angelo diſputare in cœtu prophetarum ſub forma viſibili.

a Iob 1.6. & 2.1 & cap 38. vſque ad finem libri.

b 3 Reg. 22.19.

Digitized by Google

a Cap. 3. 1. 2.

Tertius locus eſt apud Zachariam [a] qui in ſpiritu vidit ſimilem prophetarum congregationem, in qua *erat Angelus Domini & Satan ſtabat à dextris Ieſu ſacerdotis magni, vt aduerſaretur ei* (nam in iudicio olim is qui accuſabat, tanquam præſumens de victoria, digniorem à dextris accuſati locum tenebat.) *Et dixit Dominus*, id eſt, Angelus Domini, *ad Satan: increpet Dominus in te, qui elegit Ieruſalem: Nunquid non iſte eſt torris erutus de igne? Et* (pro Nam) *Ieſus erat indutus veſtibus ſordidis, & ſtabat ante faciem Angeli*, Dei, quaſi coram ſuo iudice. *Qui reſpondit & ait ad eos* prophetas *qui ſtabant coram ſe, dicens*, id eſt ſententiam in fauorem Ieſu pronuncians: *Auferte veſtimenta ſordida ab eo*, &c. Vbi notanda eſt congregatio prophetarum, ſicut in duobus prædictis filiorum Dei apud Iobum: quorum nos expreſſiſſimum exemplar notauimus, [b] & ex ſe curioſus lector cum voluptate videre poterit in ea quæ poſt Chriſti aſcenſionem facta eſt in eodem Iobi regione in vrbe Antiochia; [c] in qua ſpiritus Sanctus elegit Barnabam & Saulum, vtique verbo ſenſibili ab Angelo formato: ſicut in vtraque apud Iobum prophetarum congregatione & iterum poſtea Deus per Angelum locutus eſt. B

Olim in iudicio accuſator ſeu actor apparebat coram iudice ſtans à dextris accuſati.

b In com. in Iob cap. 2.

c Act. 13. 1. 2. & ſeq.

Deinde notandum, quod licet apud Zachariam Angelus Dei miſſus ſit cum plenitudine poteſtatis, & poſſet ex ſe ſententiam proferre: attamen antequam pronunciet, pro reuerentia eius cuius vices gerebat, ac ſi peteret à Deo, vt ipſemet contra Satanam pronunciaret, premittit hæc verba, *Increpet Dominus in te, qui elegit Ieruſalem*, &c. Ac ſi diceret: ignoramus cur Deus Dominus noſter ſtatuerit tam ingratam ciuitatem à ſuis miſerijs liberare, & ſacerdotem eius Ieſum in profunda ærumnarum iacentem eripere & ad ſupremum honoris apicem exaltare, hoc nos latet ſapientiſſimum iudicium & noſtram ſuperat ſapientiam: ille igitur, cuius *iudicia abyſſus multa*, [d] non ego, qui licet indigniſſimus, vices eius gero, tam admirabilem contra te aliter opinantem pronuntiet ſententiam. Quem Angelicum & antiquum pronunciandi modum adhuc Paulus ſeruauit cum dixit: [e] *Ego quidem abſens corpore præſens autem ſpiritu, iam iudicaui vt præſens, eum qui ſic operatus eſt, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti tradere huiuſmodi Satanæ*, &c. Et paulo poſt: [f] *præcipio non ego, ſed Dominus*, &c. Sed & longe. C D

Forma qua Angelus Dei vices gerens vtebatur cùm in iudicio & cœtu prophetarum ſententiam proferebat.

d Pſal. 35. 7.

Quam Paulus Apoſtolus ipſe ſeruauit.

e 1 Cor. 5. 4.

f Cap. 7. 10.

Digitized by Google

ante Zachariam Satanam ſteciſſe in medio prophetarum & paſtorum Eccleſiæ, vel etiam ad detegendum aliquorum defectus (vnde etiam in nouo teſtamento vocatur *accuſator fratrum*, a quo nomine primi Chriſtiani donabantur) ferè conſtat ex his a Apoc. 12. 10.
Pſalmiſtæ[b] verbis: *Conſtitue ſuper eum peccatorem, & diabolus* b Pſal. 108, 6.
ſtet à dextris eius: cùm iudicatur exeat condemnatus, &c. Aliam ſimilem legimus altercationem duorum Arcangelorum apud Danielem:[c] quorum vnus erat bonus nempe Gabriel, alter c Cap. 10. 13. & 21.
(vt melior multorum fert ſententia) malus erat: vbi idem
B Gabriel aſſerit, ſe in tali diſceptationis pugna nullum adiutorem habuiſſe niſi Michaelem Arcangelum principem, id eſt, tutelarem Iudæorum.

Ex quibus conſtat S. Iudam, tanquam de re trita loquentem, ſimpliciter introducere S. Michaelem Arcangelum ſeu omnium tertiæ hierarchiæ Angelorum principem diſputantem cum diabolo. Quis autem iſte diabolus & cuiuſnam ordinis aut hierarchiæ fuerit, magna quæſtio eſt: quam hîc Lorinus diligenter agitat. Vno nos verbo rem ſoluimus ex omnium ferè patrum ſententia, eſſe cœterorum malorum ſpirituum caput & coryphæum, qui vocatur Lucifer, eſtque antiquus ab *Lucifer antiquus & iuratus Michaelis inimicus.*
C initio mundi iuratúſque Michaelis inimicus, qui licet minoris illo excellentiæ naturalis & infimæ hierarchiæ glorioſam tamen ſuper eum, Deo ita diſponente victoriam reportauit. Quod vltimum ex iam de Michael dictis dependet: vrget me breuitatis ſtudium.

Altercaretur de Moyſi corpore. Dimitto prolixam ac tædioſam apud Lorinum quæſtionem An re ipſa Moyſes ſit mortuus; quin potius miror tot fuiſſe qui negarent: cum affirmatiua tot in ſcriptura & patribus probetur teſtimonijs, vt de hoc vix vllus ſit dubitandi locus, niſi quibuſdam Rabbinis, eorúm- *Moyſen verè mortuum eſſe non licet dubitare.*
D que ſectatoribus, qui plus iuſto Moyſis venantur honorem & exaltationem. Sed mortuum reuera Moyſem eſſe ambigi non poteſt, quia mortuus narratur *iubente Domino*,[d] quod ip- d Deut. 34. 5.
ſum valet διὰ ῥήματος κυρίου *per verbum Domini*: Sepulchri eius expreſſa mentio eſt, licet dicatur ignotum.[e] Sic enim Pe- e Ibid. v. 6.
trus ex ſepulchro Dauid probat illum eſſe mortuum:[f] dictum f Act.
ei eſt à Domino vt moreretur in monte & iungeretur populis ſuis, ſicut mortuus fuerat Aaron frater eius & appoſitus popu-

636

Digitized by Google

a Deut. 31. 30. b Ib. c. 31. 14. c Verſ. 16. d Verſ. 17. 29. e Ioſu. 1. 2. f Verſ. 1. g Lib. 4. Ant. cap. vlt. h 3 de vita Moyſis. *Deuteronomij caput vltimum non à Moyſe ſed à Ioſue vel Samuele vel Eſdra ſcriptum fuit.* i Deut. 32. 50. 31. 14.

lis ſuis: [a] dies mortis eius vocauit Dominus: [b] dormiturum dixit eum cum patribus: [c] ipſe mortem ſuam nominauit: [d] rurſus Deus dixit Ioſue illum eſſe mortuum: [e] & in libro Ioſue [f] mors eiuſdem exprimitur. Ioſephus [g] ait, quod ipſemet Moyſes *ſcripſit ſeipſum in ſacris libris mortuum, veritus ne ob excellentiam virtutis ſuæ ad diuinitatem tranſmigraſſe auderent dicere*. Philo [h] etiam teſtatur, propheticè ſuammet, ab ipſomet mortem prius litteris mandatam. Sed veriſimilius eſt, vltimum caput Deuteronomij à Ioſue adiectum eſſe vel à Samuele, vel ab Eſdra. Pluribus teſtimonijs opus nòn eſt: niſi quod idem probatur nunc cùm dicitur, quòd Michael altercatus eſt cum diabolo de Moyſi corpore. Quid hoc eſt aliud quam de Moyſis cadauere? Ergo verè mortuus eſt Moyſes.

Quanquam iſta de Moyſi corpore Angelorum altercatio bifariam intelligenda videtur. Vno quidem ſenſu, quod cùm diabolus videret Moyſen citò moriturum, ſecundum quod iam Deus prædixerat per ſuum Angelum, [i] cùmque tunc iam in terræ ſanctæ, tandiu deſideratæ finibus eſſet, populus mox eam ingreſſurus, qui ideo Moyſen ſummopere diligebat (vt conſtat ex planctu facto poſt mortem eius de quo ſic Ioſephus. [k] *Nunquam Hebræos triſtitiæ magnitudo tanta detinuit, quanta fuit in tranſitu Moyſis: diligebant enim eum, non ſolum qui fuerunt experti, ſed etiam qui eius legebant leges*) augebantúrque dilectionis cauſæ ex illa iugi claritate ac maieſtate vultus eius, quæ & anſam ad eum ſupremo cultu adorandum maximam ſuppeditabat, ſi vel adhuc modicum, nedum ſi ſemper, viuus manſiſſet poſtquam ſuum dilectum Iſraelem in terram Chanaan introduxiſſet: tum etiam quia mirabilis ille in corpore eius ſplendor ſuis diabolicis artibus multum deſeruiebat: propterea totis viribus ſeſe Michaeli pro bono Eccleſiæ pugnanti, ac maxima populi ſibi cōmiſſi peccata præuidenti, ideóque mortem Moyſis neceſſariam eſſe iudicanti, opponebat, altercabatúrque vt non ſicut cœteri hominum, moreretur: ſed peculiari priuilegio ſicut Enoch à morte ſeruaretur: non quidem vt ille tranſlatus, ſed vt in illa quaſi diuina maieſtate cum populo Dei remaneret. Quod autem hoc vnum ex intentis diaboli in iſta altercatione fuerit mox ex ipſa ſcriptura colligetur. Alterum eius intentum, ex quo dedu-

k Ant. lib. 14 in fine. *Diaboli cum Michaele diſputatio dupliciter intelligitur.* *Primò volebat Moyſen non mori.*

Digitized by Google

citur alter præſentium verborum ſenſus, eſt: quòd cùm ſententiam de morte Moyſis à Deo per Michaelem datam audiuiſſet, & nihil ſe pro eius vita diutiùs ſeruanda in ſua altercatione obtinuiſſe, videret: expoſtulauit iterum, vt ſaltem tanti viri corpus pretioſis de more vnctum amonis honorificè ſepeliretur. Sed nec iſtius petitionis compos effectus eſt: imò aliud decretum à Deo per Michaelem factum & exequutioni mandatum eſt, vt illud corpus in ſepulchro quidem Angelicis manibus facto reponeretur: ſed quod nec ab vllo mortalium, vel etiam malignorum ſpiritum ſciri poſſet. *Secundò, vt ſaltem corpus eius diligenter ſeruaretur.*

B Quæquidem duo Dei decreta ei facilè patebunt, qui & phraſis Hebraicæ, & laconici paſſim in Pentateucho ſermonis vel mediocriter gnarus extiterit: vbi mors & ſepultura Moyſis ita ad verbum narratur, [a] *Et aſcendit Moſeh è planiciebus Moab ad montem Nebo qui eſt caput collis qui erat contra faciem Iericho: & mortuus eſt ibi Moſeh ſeruus Domini in terra Moab, iuxta os Domini: & ſepeliuit eum in valle in terra Moab contra Beth-pehor, & non cognouit quiſquam ſepulchrum eius, vſque ad diem hanc.* Quæ verba ſic breuiter exponimus: Mons in quem aſcendit Moyſes, illemet eſt de quo priùs C Deus, ſeu Angelus Michael Dei nomine dixerat Moyſi [b] *Aſcende in montem iſtum Abarim* (Ioſephus [c] ait, *eum fuiſſe comitatos ſeniores & pontificem Eleazarum & principem Ieſum*, id eſt Ioſue (nempe vt aliàs ſæpe antea fecerat, quod tamen hîc valde notandum eſt: ſed præterea legendum eſt montem [d] Hibrim, hoc eſt, Hebræorum nempe prophetarum, qui à priſco eorum magiſtro Heber ita dicebantur & in illis montibus habitabant, vt alibi [e] probauimus) *montem Nebo qui in terra Moab qui eſt contra faciem Iericho.* Nebo, ſignificat prophetiam, & mons Nebo ſic dictus eſſe videtur, D quia ibi prophetæ ſua petentibus reddebant oracula: vt in hoc Balaam contra mentem Regis Balac prophetando benedixit Iſraelitis. [f] Proſequitur hiſtoria. *Nebo mons vnde ſic dicitur.*

a Deut. 34. 1 & 5 6.

b Deut. 32. 49.

c Antiq l. 4. ſub finem.

d Deut. 32. 4

e Ante legem. 1. cap. 6. & 7.

f Num. 23. 14.

Et mortuus eſt ibi Moſeh ſeruus Domini in terra Moab (quæ nondum pertinebat ad veram terram promiſſionis, eo quod eſſet vltra Iordanem & proinde Moyſes nondum ingreſſus fuerat terram promiſſionis) id autem factum eſt, *iuxta os Domini.* Non in ſenſu qui paſſim datur his verbis, quaſi in oſ-

 A

culo Dei, vel nulla ægritudine præcedente, ſed Dei voluntate animam, de corpore educente & vt creditur cum exiguo nulloue doloris ſenſu: non, inquam, hæc Hebr. phraſis ſic accipienda eſt, ſed in eo ſenſu quo ſæpe à prophetis dicitur quod *os Domini locutum eſt*, [a] aut, *verbum oris Domini fieri ad aliquem, vt annunciet illud*; [b] aut *aliquem quaſi os Dei eſſe*. [c] Quibus verbis eum Deus quaſi os ſuum eſſe affirmat (vt exponit Oecumenius) qui ſeparat pretioſum à vili: os enim Dei efficitur quicúnque verba eius annunciat. Quemadmodum præco qui Regis decreta proclamat proteſtatur imprimis non ex ſe ſed velut ex ore legis locuturum præmittens hæc verba DE PAR LE ROY. In eodem planè ſenſu nunc dicitur. Quod Moyſes ſeruus Domini mortuus eſt in terra Moab *Iuxta os* (id eſt, ſtatutum, ſententiam, decretúmque) *Domini*. Quod Vulgatus noſter optimè expoſuit *iubente Domino*, nempe per Michaelis Arcangeli eius vices gerentis miniſterium. Nimirum, ſub iſtis verbis, *iuxta os Domini*, latet præcedens litigatio, qualis eſt patronorum in iudicio, quam ſequitur conſiliariorum opinatio, & iſtam iudicis ſententia prolatúmque iudicium. Michael ergo poſtquam diu cum diabolo, qui nolebat Moyſen mori, altercatus eſt: iuſſu ipſius Dei, præmiſſa de more hac formula IMPERET, ſeu increpet, TIBI DOMINVS (ac ſi diceret, *De par le grand Dieu viuant*) pronunciauit: Statutum eſt, vt Moyſes ſeruus Domini moriatur. En primum Dei per Michaelem prolatum contra diabolum de Moyſis morte decretum: idque publicè & in forma, verbíſque ſenſibilibus, coram ſummo Pontifice Eleazaro, Imperatore Ioſue, & tota congregatione ſeniorum: vt in ſimilibus longe priùs fieri ſolitum ex libro Iob probauimus.

Moyſes quo ſenſu dicitur mortuus iuxta os Domini.

a Eſa 1.20. 40 5.58.14.
b Ierem. 9.12.
c Ierem. 15.19.

Qui verbum Dei annunciat os Domini eſt.

B

Prima Michaelis contra diabolum prolata de morte Moyſis ſententia.

C

At prolata hac ſententia non quietatur diabolus ſed nouam aliam tunc & ibidem mouet litē aduerſus ſuum antagoniſtam Michaelem Arcangelum poſtulans & fortaſſe præſentium adiutans ſapientiā & ſuffragia, vt ſaltē corpus Moyſis honorificè ſepeliatur ad perpetuā tanti viri memoriā: ſed iterū cauſa cadit, & poſt longam cum Michaele diſputationem: Michael ſic iterū pronunciauit: *Increpet tibi Dominus: Ego ipſe ſepeliam Moyſen in valle huius montis: ita tamen vt nullus cognoſcat ſepulchrum eius.* D

Secunda Michaelis aduerſus Diabolum de ſepultura Moyſis prolata ſententia.

Hoc

Hoc Dei de Moyſis ſepultura decretum colligitur ex iſtis longè poſt mortem Moyſis additis verbis. *Et ſepeliuit* (ſup. Archangelus pro Deo agens) *in valle terræ Moab contra Phogor: & non cognouit homo* (legi poteſt, *& non cognouit quis*, vt etiam diabolus & mali Angeli, qui illud facilè reuelaſſent, in his verbis includantur) *ſepulchrum eius vſque in præſentem diem.* Iam autem ex doctiorum ſententia diximus, hæc vltima verba addita fuiſſe à Samuele vel Eſdra, quorum temporibus adhuc ignotum erat ſepulchrum Moyſis. Quo diuinum illud decretum valde commendatur, quod nunquam vio-
B lari potuit per aliquam corporis Moſaici detectionem: licet facilè in notitiam venire poſſe videretur, cum certum ſit ſepultum eſſe in valle vnius montis Abarim.

Ex dictis tria colligenda ſunt: vnum quidem, quàm conciſè & laconicè tam noſter Iudas, quàm hiſtoria Deuteronomij, vel etiam tota veteris teſtamenti ſcriptura loquatur; quæ ideo non curſim ac velut primo aſpectu, vt multi faciunt, exponenda eſt, ſed, vt dicit Chriſtus, diligenter conſiderari ac ſcrutari debet. Alterum eſt, doctiſſimum & in ſcrutandis ſcripturis perſpicaciſſimum virum Feuardentium[a] optimè ſcri-
C pſiſſe ipſam huius loci, & verborum Iudæ rem contineri in Deuteronomio,[b] cùm ſcribitur, quod *Moyſes mortuus eſt in terra Moab iubente Domino*, &c. Significatur enim quod ipſemet Dominus (id eſt, Michael qui perſonam eius agebat) illum ſepelierit iubente Domino, interueniente altercatione cum diabolo: vt in explanatione Deuteronomij notant Abulenſis, Caietanus, Catena Græca, & in præfatione ſuper lib. Ioſue Magallianus.[c] Tertium eſt, hic quoddam iudicij particularis in vniuſcuiuſque morte proferri exemplar: ſed præſertim elici doctrina de Angelorum bonorum cura circa mo-
D rientes, déque cacodæmonis in tali potiſſimùm articulo inſidiis, quam multæ confirmant hiſtoriæ, præter Lazarum deportatum ab Angelis in ſinum Abrahæ,[d] & eum qui Chriſtum in agonia confortauit.[e]

Sacra ſcriptura non curſim, ſed attente conſideranda.

a in epiſt. Iudæ.

b Cap. 34. 5.

Feuardentij ſolertia commendatur.

c Sect. 6.

De iudicio particulari quædam notanda.

d Luc. 16. 22.

e Luc. 22. 44.

Non eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ.

Iam ex dictis facilè eſt colligere, quid ſit iſtud iudicium blaſphemiæ quod Archangelus Michael inferre non eſt auſus contra diabolum. Cùm enim iſte ſuis tecnis & artificiis id quod

valde blaſphemum erat & ſupremum Dei honorem directè A
collimabat, intenderet: nempe, vt Moyſes, cuius facies erat radioſa, non moreretur, & ſic à ſuis pro vero Deo coleretur: aut ſaltem, ſi moreretur, corpus eius amomis lutatum & honorificè ſepultum pro Deo ſimiliter haberetur: Michael os Domini & iudex in hac parte à Deo conſtitutus, noluit contra tam blaſphemum cacodæmonem blaſphemiæ, quæ non apparebat, ſententiam ferre: ſed illam ſupremi iudicis Dei, qui ſcit omnium cogitationes, reliquit iudicio, nolens ſine illius dictamine proferre ſententiam. Ideo maxima cum reuerentia, quaſi pronunciandi petens licentiam, B
dixit diabolo: *Increpet te Dominus*, & vt credo, ipſiſſimis quæ ſunt apud Zachariam [a] verbis Hebraicis יִגְעַר יְהוָה בְּךָ הַשָּׂטָן *Iiggbar Ieouah beca Satan: Increpet Dominus in te Satan.* Deinde, *iuxta os Domini* protulit iudicium; in quo nihil eſt diabolo contumelioſum: ſed tantùm quid, contra eius impiam mentem, de corpore Moyſis ſit futurum, declaratur. Igitur non audere, non importat metum, quo Michael timeret Diabolum: ſed reuerentiam & humilitatem erga Deum, vt expoſuimus.

Diabolus volebat vt Moyſes ſiue viuens, ſiue mortuus ſupremo cultu adoraretur.

a Cap. 3. 2.

Cùm etiam tale iudicium à bonis Angelis, vel ab ipſo Deo C
per eos contra Satanam ſeu diabolum etiam in cœtu prophetarum non ſemel prolatum antea viderimus: nihil ſanè mirum, ſi B. Petrus loquatur in plurali numero idem quod Iudas probare volens, & dicat: *Vbi Angeli fortitudine cùm ſint maiores* (iuxta Græcum legitur *qui ſunt maiores*) *non portant aduerſum ſe execrabile* (al. *blaſphemum*) *iudicium*. In qua ſententia particula ὅπου, cùm ſignificet locum, notanda valde eſt: referri enim videtur ad nomen proximè antecedens δόξας, quod expoſuimus de Euchariſtia, vel de ſynaxibus, in quibus conueniebant fideles, priſcorum in Galilæa prophetarum D
congregationum adhuc formam retinentes, vt lector curioſus ex ſe videre poterit, ſi diligenter conſideret illam quæ facta eſt Antiochiæ, in qua Paulus & Barnabas à Spiritu ſancto electi ſunt. [b] In qua celebrabatur liturgia, id eſt, ſacrum & publicum miniſterium coram Domino (vt exigunt iſta verba, Λειτουργούντων δὲ αὐτῶν τῷ κυρίῳ καὶ νηστευσάντων) Chriſtiano quidem more, ſed priſcum Eſſenorum & legis naturæ prophe-

Cur B. Petrus dicat generaliter de Angelis quod ſingulariter B. Iudas dixit de Michaële.

b Act. 13. 1. 2. & ſeq.

Digitized by Google

tarum ritum redolente, quem anteà vidimus in Agape Eſſenorum. Per quod optimè confirmatur ſenſus de nominis δό-ξα, pro ſynaxi vel liturgia, quam iſti pſeudoangeli ſpernebant blaſphemantes. Quem in ſacris conuentibus ordinem etiam à Simonianis pſeudoangelis Galilæis de more ſeruatum fuiſſe non dubito, vt faciliùs perſuaderent populis ſe legitimas ſeruare ſinaxes.

Petrus ergo vult dicere, pſeudoangelos multas proferre blaſphemias cùm ſimul conueniunt ad celebrandas ſinaxes, quas nullatenus reuerentur, nec ad Chriſti in Euchariſtia
E horrent aut contremiſcunt præſentiam. In quo minimè imitantur Angelos, qui fortitudine & virtute longè ſunt eis maiores, nempe intellectuales ſubſtantias: qui in huiuſmodi, ſanctorum prophetarum congregationibus, ſi aliquod bonorum Angelorum aduerſus malos occurrebat diſſidium, vt contigit in morte Moyſis, & apud Zachariam propter Ieſum ſacerdotem: nunquam aliquid blaſphemum contra ſeinuicem pronunciabant, aut contra Dei, coram quo fiebat liturgia, maieſtatem: quæ maieſtas in præciſo templi loco adorata, ſignificatur in libro Iob per hac verba, *Cùm conueniſ-*
C *ſent filij Dei, vt ſtarent* (al. miniſtrarent) *coram Domino*: in Actis verò Apoſtolorum[a] reſpectu Euchariſtiæ, cùm dicitur, *Miniſtrantibus autem illis Domino.* Quodquidem ſacrum miniſterium comprehendebat illas ceremonias, quas cum pſalmodia vidimus fuiſſe ſeruatas in Agape Eſſenorum, cui ſucceſſit noſtra liturgia, ideo ab antiquis optimè ſic nominata.

a cap. 13 v. Liturgia miniſterij ordo & forma qualis fuerit.

Sed dixit, imperet tibi Dominus. Iſta iam ſunt expoſita.

B. Iudas.	B. Petrus. Epiſt. 2. cap. 2.
Verſ. 10. *Hi autem, quæcumque quidem ignorant, blaſphemant: quæcumque autem naturaliter tanquam muta animalia, norunt, in his corrumpuntur.*	Verſ. 12. *Hi verò velut irrationabilia pecora, naturaliter in captionem & in perniciem in his, quæ ignorant blaſphemantes, in corruptione ſua peribunt.* B 13. *Percipientes mercedem iniuſtitiæ voluptatem exiſtimantes diei delicias.*

IAm ante vidimus, idem importare nomen Apoſtoli ac nomen Angeli, & illud datum à Chriſto fuiſſe quibuſdam ex ſuis diſcipulis, tanquam ſuis à latere legatis, iuxta antiquum à mundi principio morem Eccleſiæ, quo qui *præcones* erant *iuſtitiæ*, ſeu legis naturalis, id eſt, prædicatores, vocabantur Angeli. Quodquidem honorabile nomen falsò ſibi aſſumebant hæretici Simoniani, vt meliùs imitari viderentur veros Chriſti Apoſtolos ſeu Angelos: ſed turpiſsima & impudiciſsima eorum vita & ea quæ in ſuis præſertim ſacris conuiuiis ac liturgiis (quæ alioquin veris Apoſtolorum liturgiis erant perſimiles) opere & verbo perpetrabant ſcelera, blaſphemantes, illos penitus conuincebant: dum quam in ſacroſancto Euchariſtiæ Sacramento Chriſti filij Dei maieſtatem plena fide cum omni humilitate reuereri & adorare deberent, blaſphemabant: & cùm Archangelus Michael & alij, qui propter naturæ excellentiam fortitudine & virtute ſunt iſtis longè maiores Angeli, ſponte & humillimè ſuum diuino demittant, ſubmittantque iudicium: multò magìs iſti homines minimimè ſpirituales, ſed carnis pondere grauati, diuinæ ſeſe deberent ſubiicere veritati, & ſimpliciter quod illa nobis credendum proponit, amplecti: è contrario, iſti nomine Angeli, quæcumque de ſacris myſteriis ſibi, vt nobis, propoſitis ignorantia prauæ diſpoſitionis

Notent hoc hæretici, qui realem Chriſti præſentiã negant in Euchariſtia.

C

D

A ignorant, pro ſuperbia deſpiciunt, atque ſine fronte blaſphemant: & quæ ſolo naturali lumine intra captum rationis humanæ percipiunt, id ſolum ſibi ſtatuunt eſſe credendum, nullum fidei, aut ſupernaturali lumini locum dantes. Sicque ſimiles ſunt animalibus irrationabilibus, quæ in eo quod pro ſua naturali capacitate per ſenſus exteriores apprehendunt, couquieſcunt.

Talis eſt genuinus horum B. Iudæ verborum cum præcedentibus nexus. Proinde *naturaliter noſce*, hoc in loco tam ad pſeudoangelos refertur, quàm ad muta animalia: ſed iuxta diuerſam naturalis cognitionis capacitatem. Illi quidem quia homines ſunt ratione præditi intellectualia & ſpiritualia cognoſcunt naturaliter: ſed iſta cognitio naturalis ad ſalutem non ſufficit, quia debet ab alio ſupernaturali lumine perfici: iſta verò, ſenſibilia duntaxat naturaliter norunt, atque in eis tanquam in ſuo fine quieſcunt. Imò dum illi non alia credere volunt, quàm quæ ſolo naturali diſcurſu, & ratione capiunt, in his corrumpuntur: atque in craſſiſſimos errores horrendaſque blaſphemias prolabuntur. Exempli gratia: Eo quod ratione capere non poſſunt quo pacto Chriſtus in corpore anima & diuinitate realiter eſt in Sacramento Euchariſtiæ: ita propter hoc corrumpuntur, vt non ſolùm eam Chriſti maieſtatem in ſuis Agapibus diuerſimodè contemnant: ſed etiam horrendis, enormiterque turpibus verbis & actionibus blaſphement, ſeinuicem etiam ad extra excitantes ad comedendum, bibendum, venereis indulgendum, & alia faciendum, quæ ſunt communia cum animalibus ratione carentibus, vt etiam ex hoc loco obſeruat Clemens Alexandrinus.

Naturaliter aliquid noſſe quo pacto intelligatur.

B

Simoniani negabāt veritatem corporis Chriſti in Euchariſtia.

C

Quos nouatores imitantur.

Hinc diſcant noſtri nouatores: quod dum magis rationales eſſe volunt aut philoſophi; quàm fideles: pluſquam infideles fiunt, nempe bruta & animalia irrationabilia, vt nunc Petrus & Iudas eos vocant. Meritò autem Epiphanius [a] Gnoſticos hoc nomine ſcribit hîc notari, qui *ad brutorum, præſertim canum & ſuum ſimilitudinem corrumpantur & corrumpant, atque blaſphemantes Sancta Sanctorum* (vocat ſanè Euchariſtiam Sancta Sanctorum, eo quod ſucceſsit propitia-

D

a Hæreſ. 26.

Euchariſtia vocatur Sancta ſanctorum.

torio, quod erat Sancta Sanctorum) *quæ cum ſanctificatione nobis tradita ſunt, in turpitudinem transſmutent*. De quo ſupra.[a]

a Verſ. 4.

Appoſitè autem Petrus talem corruptionem appellat *captionem & perniciem*. *Cauſa pabuli*, exponit Beda, *naturale eſt irrationabilibus animalibus, ſæpius in captionem & perniciem ignoranter excidere*: atque idem Petrus bene concludit, quod qui huiuſmodi ſunt *in ſua corruptione peribunt*. Nam hæretici ob appetitum ſuæ corruptionis explendum, incorruptam, ſanamque doctrinam, nec non gloriam Dei ſpernentes & blaſphemantes, ſempiternæ ſibi perditionis laqueos impia temeritate nectunt. Quam perditionem aliter priùs expoſuerat, dicens quod Sodoma & Gomorrha *factæ fuerant exemplum ignis æterni pœnam ſuſtinentes.*[b] Vt ibidem vidimus. Quam tamen in inferno ignis æterni alia in hoc mundo pœna præcedit, nempe miſeranda animi cœcitas, qua veram exiſtimant eſſe voluptatem impunè vacare ſuis enormibus deliciis in meridie, hoc eſt, palam & publicè. Quæ pœna iuſto Dei iudicio datur eis pro mercede iniquitatis ſuæ ſeu iniuſtitiæ, qua *carnem maculant, Dominationem ſpernunt, maieſtatem blaſphemant*,[c] vt expoſuimus. Et hoc eſt quod nunc addit B. Petrus: *Percipientes mercedem iniuſtitiæ voluptatem exiſtimantes diei delicias*: cùm, vt plurimùm, noctu percipiantur ab aliis præſertim, quæ ſunt minùs honeſtæ. Niſi nomen *diei* ſumatur præciſè pro die Dominica qua Chriſtiani conueniebant, vt videbitur.[d]

b Verſ. 7.

c Verſ. 8.

d Infra ver. 13.

B. Iudas.	B. Petrus. Epiſt. 2. Cap. 2.
Verſ. 11. *Væ illis qui in via Cain abierunt.*	Verſ. 9. *Et originali mundo non pepercit: ſed octauum Noe iuſtitiæ præconem cuſtodiuit, diluuium mundo impiorum inducens.*

B

DOcuimus aliquando[a] in quo olim conſiſteret via, hoc eſt, doctrina erronea Cain fratricidæ, eamque ad tria præſertim capita reduximus, iuxta tria nomina, quibus eius gregales ac diſcipuli in Geneſi nuncupantur, quæ continentur in iſtis verbis iuxta Hebr. *Et viderunt filij Dei filias hominum quod pulchræ ipſæ, & acceperunt ſibi vxores, ex omnibus quas elegerunt: & dixit Dominus, non erit vt in vagina ſpiritus meus cum homine ad ſæculum, in eo quod etiam ipſe caro.* Quemadmodum enim Cainitas, id eſt, viæ Cain ſectatrices mulieres ibi vocat *filias hominum*: ita & homines ſeu viros eiuſdem viæ ſectatores tacitè nominat *filias hominum*, phraſi Hebræa: quaſi dicas filios humanos, & non niſi humana ſapientes, ſicut in loco citato amplè oſtendimus, Secundò vocat eos *homines ad ſæculum*, ſeu ſæculo dediti, eo quod planè mundani mundanæque ſapientiæ profeſſores erant. Tertiò denique nomine *carnis* appellantur, eo quod inſtar brutorum ſuos carnales affectus omnino ſectabantur.

[a] Ante lege. liu 1 c. 8.

C — *Cainitæ vocantur filij & filiæ hominum.*

Vnde nihil mirum, ſi B. Iudas, poſtquam de pſeudoangelis loquutus eſt, tanquam de hominibus, qui non niſi humana & mundana ſapientes, *quæcunque* de diuinis myſteriis *ignorant blaſphemant*, & qui velut Cainitæ, cùm nihil aliud quàm caro eſſe videantur, *quæcunque naturaliter tanquam muta animalia, norunt in his corrumpuntur*; nunc eos primo, qui vnquam in Eccleſia fuit, hæreſiarchæ Cain, comparat, eiuſque ſectatores appellat, & Væ maledictionis contra eos vibrat. Quatuor autem viæ Cain, in quibus veteres & recentes hæretici abierunt, abeuntque, quas hîc obſeruat Feuardentius.

D — *Simoniani Cainitis comparantur.*

Digitized by Google

(nempe impietas in Deum, cuius potentiam, prouidentiam, A
juſtitiamque negabant; hypocriſis, qua fingebat externum Dei cultum; inuidia fraterna & fratricidium; deſperatio) legi poſſunt ex his quæ nos in primo de Eccleſia ante legem libro de Cain pluries ſcripſimus. Sed quod ad rem præſentem maximè facit, eſt, quod Catharinus & Salmeron notant ſicut Abelem, qui ob innocentiam cum agno conferendus eſt, Cain deſpexit, ſéque à Deo deſpectum cum muneribus agnouit; ita hæreticos (vt nuper de Simonianis vidimus) agnum in Euchariſtia Deo Patri oblatum impudenter deſpicere, B
imò multis modis blaſphemare.

Porrò, cùm dicitur, *Væ illis qui in via Cain abierunt*, referri hoc poteſt tam ad eos viæ Cain ſectatores, qui olim diluuio perierunt: quàm ad neotericos & omnes qui Apoſtoli Iudæ tempore eandem viam ſectabantur, hæreticos. Sed hoc ambiguum lectio Græca dirimit, apertè oſtendens præciſè de Simonianis eſſe ſermonem: habet enim ὅτι, *quia*, non οἳ, *qui*: vt talis ſit cum præcedentibus nexus. *Væ illis, qui carnem maculant, dominationem ſpernunt & glorias blaſphemant*: *quia* ſic faciendo, *in via Cain abeunt*, ſicque æternam cum eo ſibi damnationem acquirunt. C

a 2. epiſt. cap. 2. v. 5.

Quamuis B. Petrus Paulò antè,[a] poſtquam de quibuſdam antiquis pſeudoangelis dixiſſet, *ſi enim Angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos in iudicium reſeruari*, exemplum quoque ſubdidit quorumdam pſeudoangelorum, qui primis mundi temporibus, paulò poſt mortem Caini, cùm viam eius ac doctrinam amplexati eſſent, ſimul cum impiis diluuio perierunt, cùm addidit; *& originali mundo non pepercit: ſed octauum Noe iuſtitiæ præconem cuſtodiuit, diluuium mundo impiorum inducens*. Quæ verba vſque nunc diſtulimus interpretari: eo quod D
verè intelliguntur de iis pſeudoangelis, qui diluuij temporibus viam Cain ſectabantur, vt mox videbimus. Scio quòd Græcè eſt ἀρχαίου κόσμου, id eſt, *priſcus mundus*, vt tranſferunt Vatablus, Eraſmus, Clarius, Sa, & Caietanus, Interpres verò Latinus in hoc dumtaxat loco, & expoſitionis gratia, *originalis mundus*, ab omnibus ferè intelligi de hominibus

Mundus originalis qui dicatur.

Digitized by Google

A nibus ante diluuium, quod ea fuerit prima veluti mundi ætas ac pueritia.

Hanc tamen expoſitionem ne admittam tria me prouocant: vnum quidem, quia ex præcedentibus Petri verbis conſtat, eum ſingulariter ac præcisè loqui de falſis prophetis, quibus Deus non pepercit. Ad quid ergo nunc tam generale de omnibus primæ mundi ætatis hominibus, qui cataclisſmo abſorpti ſunt, exemplum proponeret? Deinde, video hîc B. Petrum de duobus loqui mundis, quorum vnum vocat *priſcum*, alterum *mundum impiorum*: & huic Deum diluuium induxiſ-
B ſe, id eſt, propter eum immiſiſſe: illi verò non pepercisſe: quod ſuperuacaneum, gratiſque dictum eſſe videtur, ſi per originalem mundũ cui Deus non pepercit, omnes homines, qui tempore diluuij perierunt, intelligantur. Tertiò, cùm dicitur Deus non pepercisſe mundo originali, tacitè indicatur, vidiſſe in huius originalis mundi hominibus aliquod bonum, quo ſuaderetur eis parcere, eoſque à diluuio præſeruare: ſicut inuenit poſtea in illis de quibus ſimiliter dictum fuerat, *ſi enim Deus Angelis peccantibus non pepercit*, &c.[a] ſed ad exemplum & ter- a 2. Petr. 2.
rorem aliorum eis parcere noluiſſe: quod de hominibus dilu- verſ. 5.
C uio delendis generaliter dici non debet: de quibus generaliter ἀρχαίου
Deus pronunciauit, *Delebo hominem quem creaui à facie terræ ab* nomen quid importet.
homine vſque ad animantia, &c.[b] Quarta ratio ex mox dicen- b Geneſ. 6. 7.
dis elucebit.

Proinde nomen ἀρχαῖος, eodem nunc modo & ſenſu vſurpatur, quo apud Matthæum,[c] cùm ſæpè repetitur, *Audiſtis quia* c Cap. 5. 21.
dictum eſt antiquis, &c. ſed præſertim apud Lucam,[d] *Quia pro-* 27. 23.
pheta vnus de antiquis ſurrexit. Nempe, pro Enoſcæis prophe- d cap. 9. 8.
tis, qui, vt alibi vidimus propter mirabilem antiquitatem in Geneſi[e] vocantur Hebraice קדמני *Kadmoni*, id eſt, antiqui: e cap. 15. 19.
D eorum autem familia (quæ à Plinio & Solino *gens æterna* vocatur) nunc per Hebraiſmum dicitur ἀρχαῖος κόσμος, *priſcus mundus*, ſicut vniuerſitas impiorum mundi nunc vocatur κόσμος ἀσεβῶν *mundus impiorum*; vniuerſitas eorum, qui proximum ſuis ſcandalis offendunt, κόσμος ἀπὸ τῶν σκανδάλων, f Matth. 18. 7.
mundus à ſcandalis,[f] & cohors vel turma vitiorum κόσμος τῆς
ἀδικίας *mundus iniquitatis*.[g] Quo etiam pacto nomen *populi* pro g Iacob. 3. 6.

A

iis qui eiuſdem ſunt congregationis, aut familiæ paſſim accipitur.[a]

a Pſ. 14 8. 10. Geneſ. 31. 7. 33. 15. Exod. 8. 23. Leuit. 7. 25.

Duæ igitur nunc denotantur diſtinctæ velut familiæ: vna ex ſe bona, quia ſanctorum & piorum hominum; altera iniquorum & impiorum eſt, quales erant ferè omnes homines, qui tempore diluuij in mundo degebant. Et quamuis illis diebus *omnis caro corrupiſſet viam Dei*,[b] atque inter tot peccatores ſceleratiſſimos, illi, qui inſtituto erant filij Dei, ita pro maiori parte deprauati eſſent propter filias hominum, mulieresque Cainitas, quibus contra Dei mandatum nupſerant, & propter innumera alia horrenda peccata quæ patrabant, vt præ cæteris Deum ad iracundiam prouocarent, vehementerque mouerent ad delendum totum genus hominum: nonnulli tamen ex eis non tam ſcelerati ac perditi erant, quin facilè eis peperciſſet Deus, niſi ſtatuiſſet in poſteritatis exemplum, & ad aliorum terrorem eos quoque in eadem vniuerſi diluuij clade inuoluere: vnicum ex hoc priſcorum prophetarū mundo iuſtiſſimum Noe ſibi à ruina ſeruare cum ſua ſanctiſſima familia ſtatuens, cæteros omnes, qui ex mundo impiorum erāt, propter quem potiſſimùm inducturus erat diluuium, aquarum inundatione delere ac perdere voluit. Et hoc mihi ſapiunt iſta B. Petri verba, *& originali mundo non pepercit: ſed octauum Noe iuſtitiæ præconem cuſtodiuit, diluuium mundo impiorum inducens*.

B

b Geneſ. 6. 12.

Diſcrimen eſt inter mūdum originalem, & mundum impiorum.

C

Non omnes qui ex aquis diluuij perierunt in æternū damnati ſunt.

Vnde colligitur, non omnes, etiam adultos, qui aquis diluuij ſuffocati ſunt, in æternum apud orcum fuiſſe damnatos: ſed licet *Kedmonæo mundo*, hoc eſt, ipſis prophetis, non pepercit, minimè ſeruans eos à diluuio: ex illis tamen fuerunt Angelis, quos Deus *rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit ſeruandos in iudicium* (quod Chriſtus fecit in ſua paſſione & reſurrectione *eÿciens principem mundi, & omnia trahens ad ſeipſum.*[c]) vt eos è limbo liberaret. Vide ſupra[d] horum Petri verborum explanationem.

D

c Ioan. 12.
d verſ. 6.

Quod autem Lyranus & paſſim alij exponunt, Noe octauum dici iuſtitiæ præconem, quia cum eo fuerunt ſeptem perſonæ à diluuio ſaluatæ, quas animas octo ipſe Petrus[e] ſcripſit *in arca ſaluas facti s per aquam*, tam violentum eſt, vt in hoc ſenſu, meritò Clarius textum noſtrum locutionem nouam appel-

e epiſt. 1. c. 3. 20.

Digitized by Google

A let. Benè autem refellit Carthuſianus opinionem quòd octauus ab Adam, Noe fuerit, id enim falſum eſt, ſicut veriſſimum Noe octauum eſſe poſt Enos, qui tam in Geneſi, quàm apud Lucam [a] in ſerie filiorum Dei tertius quidem eſt: ſed quia primus inſtitutor fuit eorum, qui miſſi per orbem ad prædicandum iuſtitiam, id eſt, legem naturæ, qui propterea *præcones* dicti ſunt *iuſtitiæ*: ideo Noe octauus ab Enos, octauus quoque præco iuſtitiæ nuncupatur, vt non ſemel alibi [b] ample docemus.

a cap. 3.

b ante leg. lib. 1. c. 11.

B

B. Iudas.	P. Petri Epiſt. 2. Cap. 2.
11. *Et errore Balaam mercede effuſi ſunt.*	13. *Et in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur.* 14. *Cor exercitatum auaritia habentes, maledictionis filij.*

C 15. *Derelinquentes rectam viam errauerunt, ſecuti viam Balaam, ex Boſor, qui mercedem iniquitatis amauit.*

16. *Correptionem verò habuit ſuæ veſaniæ: ſubiugale mutum animal hominis voce loquens prohibuit prophetæ inſipientiam.*

MVlta nobis hîc vtriuſque Apoſtoli textus ac præſertim de Balaam, ſuppeditat exponēda. Nempe, quæ & quot eius nomina: quis pater eius & patria: an qui nunc ſimpliciter propheta vocatur, veri Dei, an falſus, aut ariolus extiterit: quinam & quotuplex error eius fuerit: quo pacto eius inſipien-
D tia ab aſina loquente prohita ſit: & tandem quando, & quo modo pſeudoangeli de quibus ſermo eſt, errore Balaam effuſi ſunt.

Quantùm ad primum: præſupponit quod nos cum S. Hieronymo [c] verum tenemus, ampléque probamus [d] cùm agitamus hæc verba, *& iratus indignatuſque eſt Eliu filius Barachel Buzites de cognatione Ram*, Balaam illum eſſe, qui in libro Iob ocatur Eliu. Eadem eſt Ruperti [e] ſententia: &, teſte Philip-

c Trad. Hebr. Geneſ. 22.

d in Comment. in Iob cap. 32 v. 2.

e lib. 6. in Geneſ. cap. 24.

Digitized by Google

a In præfat. lib. Iob, & in cap. 32. 2.
b Iob. 32.
Balaam Binomius fuit.

po,[a] *Patrum doctiſſimorum ſcripturarum.* Binomius ergo fuit: nam adhuc iuuenis (qualem ſe plerumque nominat[b] cum viginti circiter eſſet annorum) primo (vt videtur) nomine vocabatur Eliu, id eſt, *Deus meus*: quo item pacto multi ex Dei nomine compacta nomina habuerunt, vt ante eum Elieſer, & poſt Eleazar, Elias, Eliſæus, &c. Sed ſenex factus cùm ſupereſſet, ex priſca ſanctorum Raphaim, qui olim erant in Aſtaroth,[c] vnde erat oriundus, vulgò Balaam, quod eſt *vetuſtas populi* ab ipſis Aſtarothenſibus facilimè vocatus eſt honoris cauſa.

c Gen. 14.

d num. 22. 5. 24. 3. & 25. & 31. 8. Deuter. 23. 4. Ioſue 13. 22. Mich. 6. 5.
Pater eius ſimiliter.

Pro ſecunda quæſtione, clarum eſt ex ſcriptura,[d] filium eſſe illius viri qui dicebatur Beor: vixque de Balaam fit ſermo (vt ſæpe fit) quin, tanquam quid honorabile, filius Beor nominetur, ſiue de carnali ſtirpe agatur, ſiue vt magis honoretur, vt patet in quatuor proximè citatis locis, in quibus emphaticè dicitur iuxta Hebr. *filius illius Beor*, nempe cuius nomen longè celeberrimum erat: ſicut & cognomen Barachel, id eſt, Benedictus Dei, vel Benedicens Deum: cuius Barachel Eliu dicitur eſſe filius, vt ex Iob nuper vidimus. Malè ergo Caietanus, Adamus, Gagneius, Salmeron, Eraſmus, Afel, & Sa, quod nunc dicitur *Balaam ex Boſor*, de patre interpretantur, qui alio nomine dicatur Boſor. Sicut legitimè de vrbe natali exponunt Beda, Gloſſa ordinaria, Carthuſianus, Thomas Anglicus, & Lorinus. Iſte Beor, qui & Barachel, in prælaudato loco, vocatur *Buzites de cognatione Ram*, id eſt, de cognatione Abram cui propter dignitatem, Thare patris cognatio tribuitur: ex qua, honoris cauſa Beor eſſe dicitur: qui & Buzites, vel quia natus in ciuitate Buz, quam Buz filius Nachor fratris Abrahæ ædificauit propè Themam in Idumæa meridionali: vel quia princeps eius fuit. Thare igitur genuerit Nachor; Nachor, Buz; Buz, Beor; qui duos filios habuit nempe Bela, primum Regem Idumææ cuius patria fuit Denaba & ſucceſſor, Iobab,[e] qui eſt Iob. Alter eius filius fuit Eliu, qui & Balaam, iuxta ſeptuaginta Huzitanus, quia natus in vrbe quæ nunc vocatur Boſor (nempe Huzitide) quæ legitimè vocatur[f] עַשְׁתְּרָה *Ghaſterah*, vel עַשְׁתָּרוֹת[g] *Ghaſtaroth*: leniùs Latinè Boſra: a Septuaginta Boſora: & alibi, vt nunc, Boſor. Quod nomen plerumque, ſed malè, confunditur cum Iobi

Boſor non patris Balaami ſed patriæ nomen eſt.

Beor quare vocatur Buzites.

e Geneſ. 36. 32.
f Ioſue 21. 27.
g Ioſue 13. 29. Geneſ. 14.
Boſor vrbs legitimè dicta Aſtaroth.

vrbe natali & Idumææ meridionalis metropoli, quæ propriè nominatur Boſra. Et ſic ſecundæ quæſtioni de patre & patria Balaam factum ſit ſatis: niſi quis longè plura de hac & de ſequentibus quæſtionibus videre voluerit in noſtris Commentariis. [a]

Tertia quærebat, An Balaam, cùm venit ad Balac Regem Moabitarum, erat verus Dei propheta, & non potiùs idololatra, impius, magus & ariolus? Quo vltimo nomine nuncupatur in libro Numerorum: [b] & dicitur *quæſiuiſſe augurium*, [c] & ad illud captandum ſeptem aras extruxit Deo Baal, eique victimas immolauit, contra conſcientiam, & Dei mentem voluit maledicere Iſraeli, quem benedicere debebat, & alia multa fecit quæ illum impium & idololatram ac pſeudoprophetam conuincunt. Reſpondeo, primò, verum Dei cultum habuiſſe multa probant: vt cùm eſſet iuuenis illa eius cum Iobo, imò cum Deo longa, ſermocinatio ampliſſimè probat. Deinde ſenex effectus, cùm quaſi ſuæ fidei rationem reddens, dixit ſe optimè noſſe, quem Deus benedixit, eſſe benedictum: [d] & Deum non ſicut hominem mentiri, ſed ſtare verbum eius. [e] III. Quod vt perſpexit Angelum, ſtatim de ſuper C aſinam deſcendens, more priſcorum Rephaim, proſtratus Deum adorauit, & humiliter veniã poſtulans vult in domum reuerti, ſi Deus velit. [f] IV. Ab Angelo præceptum accipit, vt iter ad Balac proſequatur, nihil quàm quod ſibi dictum fuerit loqui ſtatuens: [g] quod conſtanter & fideliter exequitur, [h] licet ei maxima munera & honores afferantur, [i] vt fecerat priùs: Præterea, veri Dei ſacerdotem extitiſſe demonſtrat, quod licet ducatur à Rege ad Ramoth Baal, non vult tamen ibi ſacrificare, ſed in alio à ſe deſignato loco erigi curat altaria, quoties rogatur, vt ſacrificet. [k] Secundò, more Iſraelitarum & ipſius D Iobi [l] numerum ſeptenarium religioſè ſeruat in altaribus erigendis & hoſtiis immolandis. [m] Tertiò, Quando Deo inſinuauit, ſe de ſeptem altaribus & hoſtiis cæremonias velut ſibi præceptas ſeruauiſſe, & Deus iſta omnia ſibi gratia fuiſſe oſtendit. [n]

Inſuper veri Dei prophetam fuiſſe demonſtrant ceremoniæ quibus vtitur ad conſulendum Dei oraculum. Siquidem nocte, id facit, [o] vt veri Dei prophetæ: [p] & interdiu poſt ſacrifi-

a In Iob c. 32. 2.

An Balaam fuerit peſſimè magnus aut ariolus.

b Gap. 22. 5.

c Num. 24.

d Num. 23. 6.

e Ibid v. 19.

Verum Dei prophetam fuiſſe multa probant.

f Ib v. 31.

g verſ. 34.

h verſ. 35.

i verſ. 37. 38. & c. 23. 12.

k c. 23. 1. 14. 18 29 30.

l Iob. 4. 2.

Ac veri Dei ſacerdotem.

m Ibid.

n Num 23. 4. 5 & 16.

o Num 22. 7 8. 19 & 20.

p 1. Reg 9. 19.

Digitized by Google

a Num 23. 2 & 14. b Ibid.

cium vel tempore ſacrificij: [a] ſe à Rege & aliis ſegregat manens in augurio. [b] Antequam pronunciet, poteſtatur ſe nihil velle dicere, quam quod Deus ei reuelauerit. Et tandem ex multis veri prophetæ proprietatibus manifeſtè oſtendit, ſe talem eſſe. Imò, ſe malæ magiæ profeſſores diuinos & ariolos non approbare demonſtrat, cùm in ſua parabola laudat Iſraelem, quod auguriis & diuinationibus non vtatur, [c] vt potè malis. Nam bonis quoſdam Iſraelitas vſos notiſſimum eſt. [d] Itaque probandus vtique eſt B. Hieronymus, [e] cùm ait de Balaam, quod *primùm fuit vir ſanctiſſimus & propheta Dei, poſtea per inobedientiam & deſiderium munerum, dum Iſrael maledicere cupit, diuini vocabulo nuncupatur.* Quod non puto ita intelligendum, quaſi poſtea vſus ſit falſis diuinationibus, & arte diabolica quæſitis: cùm hoc ex ſcriptura minimè conſtet (nomen enim *arioli* in ſuo fonte in bonam quoque partem ſumi notum eſt: ſicut & *quærere augurium*) ſed quod multis ſeſe peccatis infecerit, ac ſi malus eſſet ariolus. Cuius malitiam generali *erroris* vocabulo complecti nunc videtur B. Iudas cũ ait: *& errore Balaam mercede effuſi ſunt.*

c Ibid. v. 23. d Gen. 44. 5. Iudic 5. e in Trad. Hebr. Geneſ. 22.

Sub erroris nomine B. Iudas comprehendit, quicquid mali dici poteſt de Balaã.

Proinde quarta quæſtio de qualitate & numero errorum Balaam ſic ex textu B. Petri ſolui poteſt: vt primus error, aut peccatum, idque præcipuum ſit hypocriſis, quam à Simonianis imitari nunc aſſerit his verbis, *& in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur*: ſatis apertè indicans, quod quicquid fecit Balaam cum Balac ſimulatè fecit & dixit, vt facilius ſuæ auaritiæ ſatisfaceret. Secundus error quem & imitantur pſeudoangeli, eſt ipſa auaritia, ideo dicit: *Cor exercitatum auaritia habentes, maledictionis filij*, & quæ ſequuntur vſque ad verſiculum 16. ad eundem pertinent errorem. Tertius error, quem verſus dicimus ſextus exprimit, eſt veſania & inſipientia: quam vnius aſinæ Deus confudit miniſterio. Quartus error fuit ſcandalizare proximum, de quo legitur, [f] quod *miſit ſcandalum coram filijs Iſrael, docens edere & fornicari.* Quæ quidem peccata & errores non prohibent, quin Balaam verus Dei propheta fuerit, & quin cùm eſſet iuuenis, vſque paulo ante mortem, ſanctiſſimus, piiſsimuſq; fuerit iuxta ſanctas priſcorum Raphaim leges.

f Apoc. 2. 14. & 15. g Gen. 19. 11.

Circa quartam quæſtionem, multiplex fuit prophetæ Balaam inſipientia, dum quaſi percuſſus aoraſia, vt Sodomitæ, [g]

Digitized by Google

A vel obduratus ira & cupiditate, vt ait Auguſtinus,[a] perinde agit cum aſina, ac ſolet homo cum homine, & illuſionis crimen ei tribuit, quo laborare non poteſt, niſi homo: dum præteritam ex illa vtilitatem oblitus, furens optat gladium quo eam perimat: dum per ſe non aduertit tantæ rei nouitatem, vt mutum animal ſecum diſſerat. Quanquam Magiſter hiſt. ſcholaſticæ[b] ait, *aſſuetum monſtris Balaam ad vocem aſinæ non expauiſſe*. Melius fortaſſe dixerimus aſſuetum audire diabolum loquentem inter prophetas ſub forma aliqua viſibili, vtque in ipſa ſua vrbe Aſtaroth terræ Huz metropoli factum fuerat

B cùm adhuc eſſet iuuenis, *cùm conueniſſent filij Dei ad ſtandum coram Domino adfuit & Satan inter eos, cui dixit Dominus, Vnde venis*, &c.[c] vt antea[d] jam vidimus. Putauit ergo nunc, Satanam per os ſuæ aſinæ ſibi obſiſtere velle: quod vt probet an verum ſit, citra omnem turbationem diſceptatur cum illo. Ad hæc Carthuſianus[e] docet Balaam ſic locutum ea intentione, vt intelligerentur quæ dicebãtur à diabolo loquente per eam, indignando contra eum, ac in illius dedecus volendo aſinam trucidare. Quæ ſi ita ſunt, nulla in hoc eius apparet veſania. In quo ergo erit? fortaſſe in hoc quod nimis imprudenter &

C cupiditate ductus aſſenſit legatis, ſeu principibus miſsis à Rege Moabitarum, vt veniret ad eum. Cùm autem vidit, non malum, ſed bonum, Deique vires gerentem Angelum (puto Raphaelem, aut aliquem ex eius hierarchia, quæ prophetis præficitur) ex aſina deſcendens proſtratus adorauit. Porrò veriſimile eſt olim prophetas paſsim aſinis inſediſſe, & ſic quoſdam ex eis ſanctitate conſpicuos in ſculpturis fuiſſe repræſentatos, tandem pro Diis habitos ac in templa vigente idololatria repoſitos. Quod Gentilibus anſam præbuit deridendi Iudæos tanquam ſuperſtitioſos.

D Cùm autem dicitur *ſubiugale animal hominis voce loquens*, vel in ipſa hiſtoria,[f] *Aperuitque Dominus os aſinæ & locuta eſt*, non eſt admittendum beſtias & animantes aliquando & præſertim ante peccatum primi hominis ſermonis & rationis vſum habuiſſe, vt S. Baſilius,[g] Abulenſis,[h] Ioſephus,[i] & alij tenere videntur: vel loquelam & rationis vſum conceſſum ad tempus à Deo fuiſſe tam ſerpenti, id poſtulante Satana ad tentandum Euam, quàm aſinæ Balaam: quoniam

[a] q. 50. in Num.

Idſipientia Balaam cùm loquitur cum aſina.

[b] in cap. 32. num. 20.

[c] Iob. c. 1.

[d] verſ. 9.

[e] in cap. 22. num. 20.

Aſina Balaam non malus, ſed bonus Angelus præfuit.

[f] Num. 22. 28.

[g] Hom. de paradiſo.

[h] Geneſ. 3. q. 4. 29.

[i] 1. Antiq. cap. 1.

Digitized by Google

Bruta animalia quondam habuiſſe vſum loquendi non eſt admittendum.

quæ propria ſunt humanæ naturæ nunquam brutis communicata ſunt ſecundum naturam, nec, ſalua naturali eorum conditione & conſtitutione, poſſunt communicari: ſed ex communi & vera ſententia tenendum eſt, in ſerpentis ore malum, bonum in aſinæ ore Angelum vocem humanam, ſermonemque formaſſe. De quo Magiſter ſententiarum,[a] & poſt illum B. Thomas.[b] Hoc igitur pacto *ſubiugale mutum animal hominis voce loquens prohibuit prophetæ inſipientiam*: eo quod illemet Angelus, qui in illa locutus fuerat, apparens, dixit ei: *Ego veni vt aduerſarer tibi, quia peruerſa eſt via tua, mihique contraria*, &c.[c] Adquod nunc Petrus alludit dicens, quod pſeudoangeli *derelinquentes rectam viam errauerunt, ſecuti viam Balaam*: S. verò Iudas breuiùs expreſsit ſic, *& alij Balaam mercede effuſi ſunt.*

a 2. diſt. 21.
b 2. diſt. 23. q 22. 3 ad. 2.
c Num. 22. 32.

Quando & qua ratione id contigerit, quinta quæſtio exigebat: nos autem, primò id factum eſſe dicimus, quando Simon Magus *videns, quia per impoſitionem manus Apoſtolorum daretur Spiritus Sanctus, obtulit eis pecuniam, dicens: Date mihi hanc poteſtatem, vt cuicúmque impoſuero manus, accipiat Spiritum Sanctum. Petrus autem dixit, ad eum: Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri*, &c.[d] Deinde ab eius gregalibus & diſcipulis pro vera doctrina acceptarum, aliiſque paſsim traditum ac prædicatum. Nam exercitatio indicat intentum ad lucra atque violentum, diu aſſuetum ac inueteratum ſtudium cum quadam fraude, laude, & gloria: vnde nunc de illis præſertim dicitur quod ſunt *cor exercitatum auaritia habentes maledictionis* (quā verba Petri[e] ad Simonem continent) *filij*. Videtur enim his verbis confirmari quod à quibuſdam tenetur, Simonem in eo errore, hæreſique fuiſſe, vt exiſtimaret æſtimabilem pretio diuinam gratiam, ſiue donum gratis datum; ac proinde ſimoniam ipſius non fuiſſe ſimplicem, ſed cum hæreſi coniunctam. Maledictionis autem nomine ipſa videtur intelligenda cenſura excommunicationis in auctorem huius hæreſis: quam ipſemet Petrus in quodam ex canonibus[f] Apoſtolorum expreſsit hoc modo: *Si quis Epiſcopus, aut Presbiter, aut Diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatem, deijciatur, & ipſe, & ordinator. Sicut Simon Magus à me Petro abſciſſus eſt.*

d Act. 8. 20.
e Ibid.
f Can 21.

Simonis Magi peccatum cum hæreſi coniunctum fuit.

Porrò

Porrò, numerantur à Philaſtrio [a] inter hæreticos Balaamitæ, qui ſibi conſtituerint idolum Balaam quod colerent (vtique in forma nuper dicta, qua & ipſum Melchiſedech ſculptum, ideóque Anamelech, hoc eſt, pauperem Melechdictum fuiſſe putamus) docentes fornicari & edere de ſacrificijs idolorum nullum eſſe peccatum, quemadmodum Balaam conſilium dedit Balac, vt pulchras mulieres adduceret, & poneret coram filijs Iſrael, quarum pulchritudine capti ruerent in amplexus earum, & ſeducti comederent de ſacrificijs Beel phegor. [b] Ad quod reſpicere nunc Petrus potuit, cùm de Si-
B monianis ait: *Et in auaritia fictis verbis negotiabuntur*, maximè ſi nomen πλεονεξία ſumatur pro inexplebili laſciuia, quæ vocetur auaritia, vt non ſemel alibi [c] vſurpatur.

a Lib. de hæreſ.

b Num 24. 14.25.3 & 5.31.16 Mich 6.5.

c 1 Theſ. 4.6. Ephes. 4.19.

B. Iudas.

Verſ. 11. *Et in contradictione Core perierunt.*

C QVænam fuerit iſta contradictio Core & quando contigerit iam expoſuerat priùs, [d] vbi loquens de filio Dei, qui populum (Iſrael) de terra Ægypti ſaluauerat, ita loquitur: *Commonere autem vos volo, ſcientes ſemel omnia, quoniam Ieſus populum de terra Aegypti ſaluans, ſecundò eos qui non crediderunt, perdidit. Angelos verò, qui non ſeruauerunt ſuum principatum, ſed dereliquerunt ſuum domicilium, in iudicium magni diei, vinculis æternis ſub caligine reſeruauit.* Cùm igitur iſta contradictio Core non ſeruantis ſuum principatum, eiúſque propterea & aſſeclarum Angelorum punitio contigerit in deſerto,
D quando Ieſus perfectæ populi ſui ex terra Ægypti liberationi actualiter (vt ita dicam) intendebat, manifeſtum eſt, iſta verba ad illa referri: quæ iam ampliſſimè à nobis expoſita non ſinunt me dicta reſumere. Hoc duntaxat addiderim, quòd ſicut ibi inſignem locum de contradictione Core ex libro Sapientiæ [e] attulimus, in quo qui cum Core & Dathan perierunt nominantur iuſti: quippe qui ex Enoſcæorum (qui dicebantur Angeli) ſocietate erant: ita nunc alium non minùs no-

d Verſ. 5. & 6.

e Cap. 18. 14.15. & ſeq.

Ee

Digitized by Google

a Cap. 45. 21. 23. 24. tandum ex libro Eccleſiaſtici [a] qui idem confirmet, proponimus. *Quia contra illum* (Aaron) *ſteterunt alieni, & propter inuidiam circundederunt illum homines* (Græcè ἄνδρες, id eſt viri,) *in deſerto, qui erant cum Dathan & Abiron, & congregatio Core in iracundia. Vidit Dominus Deus, & non placuit illi, & conſumpti ſunt in impetu racundiæ: fecit illis monſtra, & conſumpſit illos in flamma ignis*. In qua ſententia *alieni* dicuntur Core & qui cum illo erant de tribu Leui dicti *congregatio Core in iracundia*: eo quod iam à Deo reiecti erant, & Aaron electus in ſummum Pontificem; qui ideo legitimus, illi verò alieni erant: quod quidem repudium bilem magnam accendit in Core & inuidiam. Qui verò, vt in lib. Numerorum, [b] Græcè dicuntur ἄνδρες, Hebraicè vocantur אנשי *Enoſce* ſicut in lib. Geneſis [c] à 70. vocantur ἄνθρωποι: ac ſi ita rigidè diceretur, circundederunt eum Enoſcæi. Et iſti dicuntur eſſe cum Dathan & Abiron, qui erant ex tribu Ruben & à Pſalmiſta [d] ſpecialiter nominantur *congregatio Abiron*, à populo autem, *congregatio Domini*. [e] Hos numero 250. *conſumpſit flamma ignis*; Nam dicitur, quod *ignis egreſſus à Domino interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incenſum*: [f] illi vero abſorpti à terra *conſumpti ſunt in impetu iracundiæ & facta ſunt in illis monſtra*, ob eorum planè prodigioſam mortem: vel potiùs quia in loco infernorum in quem viui deſcenderunt, horribilia ſpectra viderint: qui ideo locus *vinculorum ignotorum* q. d. inexplicabilium, dictus eſt. [g] Dicuntur autem nunc periiſſe: quod eodem modo intelligendum eſt, quo, de illis dictum fuerat, *in iudicium magni diei vinculis æternis ſub caligine fuiſſe reſeruatos*. [h]

Quenam dicatur Congregatio Core in iracundia.

b Cap. 16. 2.
c Cap. 6. 4.
d Pſal. 105. 17.
e Num. 16. 35.
f Num. 16. 34.
g Supra verſ. 6.
h Supra verſ. 6.

B. Iudas.	B. Petri Epiſt. 2. Cap. 2.
Verſ. 12. *Hi ſunt in epulis ſuis maculæ, conuiuentes ſine timore. ſemetipſos paſcentes, nubes ſine aqua, quæ à ventis circumferuntur, arbores autumnales, infructuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ.*	Verſ. 13. *Voluptatem exiſtimantes diei delicias: coinquinationes & maculæ delicijs affluentes, in conuiuijs ſuis luxuriantes vobiſcum.*
B 13. *Fluctus feri maris, deſpumantes ſuas confuſiones, ſidera errantia: quibus procella tenebrarum ſeruata eſt in æternum.*	14. *Oculos habentes plenos adulterij & inceſſabilis delicti. Pellicientes animas inſtabiles.* 17. *Hi ſunt fontes ſine aqua & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reſeruatur.*

QVæ vſque nunc B. Iudas generaliùs dixerat de notis pſeudoangelorum iam ſigillatim & diſtinctiùs exponit,
C & maximè quod conciſè tetigerat de blaſphemiis contra glorias, id eſt, liturgias, ſacraſue ſinaxes, quarum myſteria cùm non intelligerent, diuerſimode blaſphemabant & in his velut muta animalia corrumpebantur. Quam corruptionem declarat dicens, *Hi ſunt in epulis ſuis maculæ, conuiuantes ſine timore.* Epularum enim vocabulo non quælibet, ſed ſacra duntaxat, pia & charitatis gratia celebrata tunc Chriſtianorum conuiuia ac præciſè illam, quæ ab Apoſtolo [a] *Dominica cœna* nuncupatur, debemus hîc intelligere, quam per vocem ἀγάπαις tunc apud Chriſtianos vſitatam Iudas voluit exprimere: Petrus
D quoque, apud quem Interpres optimè legit ἐν ταῖς ἀγάπαις αὐτῶν. Eadem enim vtriúſque mens eſt loqui de Gnoſticis, aliíſque impuriſſimus hæreticis, qui in ſuis Liturgijs, noſtris planè ſimilibus, turpitudines ſuas ſine fronte & modo exercentes ſacræ Euchariſtiæ maieſtatem horrendè blaſphemabant. Quam eorum cum Chriſtianorum Agape ſimilitudinem ſubindicat hîc Petrus dicens, *in conuiuiis ſuis luxuriantes* (vel, vt poſt Auguſtinum [b] alij legunt *coepulantes*) *vobiſcum.* Simi-

a 1. Cor. 11. 20.
Epularum nomine ſacra conuiuia S. Iudas intelligit.

b De fide & oper. cap 25.

Digitized by Google

inter apud Iudam lectio Græca ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν, in Agapis vestris. Non quod in sacris conuiuijs inter Christianos admitterentur: sed ad maiorem tantæ blaſphemiæ & enormitatis horrorem, vtrumque Apoſtolus proponit fidelibus ad quos ſcribit, libidines illas ab hæreticis exerceri ſolitas inter eadem myſteriorum ſolemnia, quæ ipſi omni cum deuotione celebrant ac reuerentia. Sic dictus Pater vtrumque Apoſtoli locum exponit de epulis ſacramentorum, vbi pro epulis ponit agapas. Cœna noſtra, inquit Tertullianus [b] de nomine rationem oſtendit, vocatur enim agape, id quod dilectio penes Græcos eſt. Subdit deinde modum illam pie celebrandi, & inter alia ſic habet: Non prius diſcumbitur, quam oratio ad Deum prægustetur, editur quantum eſurientes capiunt, bibitur quantum pudicis eſt vtile. Ita ſaturantur, vt qui meminerint etiam per noctem adorandum Deum ſibi eſſe. Ita fabulantur, vt qui ſciant Dominum audire. &c. Quidam [c] aiunt [illegible] eſſe [illegible] corpore Domini [illegible].

Et ad hoc congregabantur fideles & in templum conueniebant ad [illegible] Euchariſtiæ, vt ait Paulus [d] & Iuſtinus. [e] Hinc [illegible], vt [illegible] ab Ignatio [f] Euchariſtia [illegible] Chriſti [g] & Cyprianus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] de quo Durandus [h] & Bonus [i] ex antiquitatis teſtimonijs. Hodie [illegible] Euchariſtia [illegible] in vaſe in columbæ formam facto, quæ [illegible] Illæ igitur [illegible] & [illegible] charitatis gratia [illegible], præſertim poſt Euchariſtiam, vt præter [illegible] Tertullianum, [illegible] Cyprianus, [k] Hieronymus, [l] Clemens Romanus, [m] Canones Apoſtolici. [n] Hæ vulgaris [illegible] apud Chriſtianos [illegible] ad [illegible], [illegible] charitatem. Sic hunc locum intelligit Oecumenius, [o] & de [illegible] in Eccleſia [illegible] etiam Paulus [p] [illegible] de quibus [illegible] non [illegible] ſed vt [illegible] vt hic Petrus [illegible]. Conuiuæ quoque [illegible] C[illegible]-

a In [illegible]
Agape Chriſtianorum [illegible] Tertullianum [illegible].
b In [illegible] cap. [illegible]
c 1. Cor. [illegible]
d [illegible]
e Epiſt. [illegible]
f Epiſt. ad [illegible]
g [illegible]
h [illegible]
i [illegible] Eucharist.
k [illegible]
l [illegible]
m [illegible] Conſt. [illegible]
n Can. [illegible]
o [illegible]
p [illegible]

mens Alexandrinus [a] & Epiphanius, [b] vbi nefandiſſimos Gnoſticos narrat cum peregrinos opiparè excepiſſent, & poſtquam compotaſſent & venas ſatietate expleſſent ad œſtrum ſe conuertiſſe, & virum quidem concedendo alteri vxorem ſuam, iſti dixiſſe: *Surge, & fac ἀγάπην cum fratre.*

a 3. Strom.
b Hæreſ. 16.

Iſti ergo meritò dicuntur & à Petro σπῖλοι *coinquinationes* & à Iuda σπιλάδες *maculæ*, quod Turrianus [c] deriuat à σπᾶν ὕλην *à trahendo cœno*, quaſi denotentur, aut inde nomen acceperint ſpurciſſimi hæretici æquiualenti vocabulo cognominati ἀπὸ τοῦ βορβόρου, quod cœnum ac lutum importat (Gallicè
B *Bourbier*) Borboritæ, ſiue Borboriani. Quadrat etiam eis nomen apud Petrum μῶμοι, quod vertitur *maculæ*, quatenus etiam importat probrum, dedecus, infamiam ignominiam; propter blaſphemias quas ſuis turpitudinibus & effrenatis actibus S. Euchariſtiæ quodam modo infligebant.

c lib. de dogm. charact.
Borboriani hæretici vnde nomen habeant.

Et quia iſtæ ſacræ epulæ; ſeu conuiuia charitatis vna Sabbati, hoc eſt, Dominica die præſertim celebrabantur, de iſta die accipi debere credo quod nunc Petrus de eiſdem hæreticis ait: *percepiſſe mercedem iniuſtitiæ voluptatem exiſtimantes diei delicias.* Quaſi dicat: eos ad tale omnis iniuſtitiæ culmen perueniſſe,
C ideòque à Deo obcœcatos fuiſſe, vt veram ac ſummam voluptatem eſſe arbitrarentur diebus Dominicis genio indulgere & quaſlibet exercere delicias. Vtcúnque ſit, cùm feſtiuis diebus, honeſtæ quieti atque voluptati liceat indulgere, etiam per legem diuinam, non ſolùm ex vſu & doctrina Gentilium, de qua Xenophon, [d] & Plato: [e] fit tamen neſcio quomodo, vt eo maximè tempore laxentur freni libidini, & gulæ, & indulgeatur choreis profano ac gentilitio modo. Huic noſtræ expoſitioni de nomine *diei* κατ' ἐξοχὴν ſumpto per Dominica fauet, quod de ea ſcriptum eſt, *Hæc eſt dies quam fecit Dominus,* [f] &c.
D & quod olim *dies panis* & *dies lucis, Soliſque* vocabatur: quorum trium nominum cauſæ diffuſiùs explicantur à S. Ioan. Chryſoſtomo. [g] Adde quod dierum regina vocatur à vetuſtiſſimo Patre & Epiſcopo Ignatio. [h] *Poſt Sabbathum*, inquit, *omnis Chriſti amator Dominicum celebret diem, diem reſurrectioni conſecratum Dominicæ, reginam & principem omnium dierum.* Quam ipſo exordio naſcentis Eccleſiæ obſeruari cœptam ab Apoſtolis, qua ſimul ad ſacram ſynaxim conuenirent, argu-

d In Hieron.
e De legib. ſtatim ab initio.
Feſti dies peſſimè violantur.
f Pſal. 117. 24.
g De reſurrect. Hom. 5.
h Epiſt 8.
Dies Dominica præclarè nominata.

liter apud Iudam lectio Græca ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν, *in Agapibus veſtris*. Non quod in ſacris conuiuijs inter Chriſtianos admiſcerentur: ſed ad maiorem tantæ blaſphemiæ & enormitatis horrorem, vterque Apoſtolus proponit fidelibus ad quos ſcribit, laſciuias illas ab hæreticis exerceri ſolitas inter eaeadem myſteriorum ſolemnia, quæ ipſi omni cum deuotione celebrant ac reuerentia. Sic dictus Pater vtriúſque Apoſtoli locum exponit de epulis ſacramentorum, vbi pro *epulis* ponit *dilectiones*. *Cœna noſtra*, inquit Tertullianus [a] *de nomine rationem oſtendit, vocatur enim ἀγάπη, id quod dilectio penes Græcos eſt*. Subiicit deinde modum illam pie celebrandi, & inter alia ſic habet: *Non priùs diſcumbitur, quàm oratio ad Deum prægustetur, editur quantum eſurientes capiunt, bibitur quantum pudicis eſt vtile. Ita ſaturantur, vt qui meminerint etiam per noctem adorandum Deum ſibi eſſe. Ita fabulantur, vt qui ſciant Dominum audire*, &c. Qui alibi [b] ait, ſoluendam eſſe *orationem corpore Domini accepto*. B

a In Apolog cap 39.

Agape Chriſtianorum vt olim fiebat à Tertulliano deſcribitur.

b Lib. de orat. cap. vlt.

Et ad hoc congregabantur fideles & in templum conueniebant ad vſum Euchariſtiæ, vt ait Paulus [c] & Iuſtinus. [d] Hinc fluxit quoque, vt diceretur ab Ignatio [e] Euchariſtia *pax Chriſti:* [f] & Cypriano idem ſit *dare pacem lapſis, quod admittere ad communionem*. Idem ſibi vult oſculum exhibitum in miſſa: de quo Durantus [g] & Bozius [h] ex antiquitatis teſtimonijs. Horum prior [i] ſcribi quod olim Euchariſtia aſſeruabatur in vaſe in columbæ forma facto, quæ eſt ſymbolum charitatis. Iſta igitur conniuia ſeu epulæ erant ſobriæ & frugales cœnæ charitatis gratia celebrari ſolitæ, præſertim poſt Euchariſtiam, vt præ cæteris præter citatum Tertullianum, ſcribunt Cyprianus, [k] Hieronymus, [l] Clemens Romanus, [m] Canones Apoſtolici, [n] Hinc vulgaris omnium gentium phraſis apud Chriſtianos vſurpatur, vt qui aliquem ad conuiuendum inuitat, inuitare dicatur ad faciendam charitatem. Sic hunc locum intelligit Oecumenius, [o] & de menſis, quæ proponebantur in Eccleſia, de quibus etiam Paulus [p] meminit: ad quas hi, de quibus nunc eſt ſermo, conuenirent, non vtilitatis cauſa, ſed vt occaſionem caperent *animas inſtabiles alliciendi*, vt hîc Petrus loquitur, eaſque fallendi. Conuiuia quoque intellexit Cle- C D

c 1. Cor. 11. 18.
d Apol. 2.
e Epiſt 14.
f Epiſt. 10. 29.
g 2. de Ritib 14.
h Lib 14. de notis Eccl. cap. 5.
i 1. de ritib. Ecc cap. 16.
K Lib. 3. cap. 3.
l. ad Euſtoch
m 2. Conſtit. c. 2.
n Can. 2.

Inuitare aliquem ad faciendam charitatem, priſca locutio eſt.

o 1. Epiſt 11.
p 1. Cor 11. 20.

mens Alexandrinus [a] & Epiphanius, [b] vbi nefandiſſimos Gnoſticos narrat cum peregrinos opiparè excepiſſent, & poſtquam compotaſſent & venas ſatietate expleſſent ad œſtrum ſe conuertiſſe, & virum quidem concedendo alteri vxorem ſuam, iſti dixiſſe: *ſurge, & fac* ἀγάπην *cum fratre.*

a 3. Strom.
b Hæreſ. 26.

Iſti ergo merito dicuntur & à Petro σπῖλοι *coinquinationes* & à Iuda σπιλάδες *maculæ*, quod Turrianus [c] deriuat à σπᾶν ὕλην *à trahendo cœno*, quaſi denotentur, aut inde nomen acceperint ſpurciſſimi hæretici æquiualenti vocabulo cognominati
B ἀπὸ τοῦ βορβόρου, quod cœnum ac lutum importat (Gallice *Bourbier*) Borboritæ, ſiue Borboriani. Quadrat etiam eis nomen apud Petrum μῶμοι, quod vertitur *maculæ*, quatenus etiam importat probrum, dedecus, infamiam ignominiam; propter blaſphemias quas ſuis turpitudinibus & effrenatis actibus S. Euchariſtiæ quodam modo infligebant.

c lib. de dogm. charact.
Borboriani hæretici vnde nomen habeant.

Et quia iſtæ ſacræ epulæ; ſeu conuiuia charitatis vna Sabbati, hoc eſt, Dominica die præſertim celebrabantur, de iſta die accipi debere credo quod nunc Petrus de eiſdem hæreticis ait: *percepiſſe mercedem iniuſtitiæ voluptatem exiſtimantes diei delicias.* Quaſi dicat: eos ad tale omnis iniuſtitiæ culmen perueniſſe,
C ideóque à Deo obcœcatos fuiſſe, vt veram ac ſummam voluptatem eſſe arbitrarentur diebus Dominicis genio indulgere & quaſlibet exercere delicias. Vtcúnque ſit, cùm feſtiuis diebus, honeſtæ quieti atque voluptati liceat indulgere, etiam per legem diuinam, non ſolùm ex vſu & doctrina Gentilium, de qua Xenophon, [d] & Plato: [e] fit tamen neſcio quomodo, vt eo maximè tempore laxentur freni libidini, & gulæ, & indulgeatur choreis profano ac gentilitio modo. Huic noſtræ expoſitioni de nomine *diei* κατ' ἐξοχὴν ſumpto per Dominica fauet, quod de ea ſcriptum eſt, *Hæc eſt dies quam fecit Dominus,* [f] &c.
D & quod olim *dies panis* & *dies lucis, Soliſque* vocabatur: quorum trium nominum cauſæ diffuſiùs explicantur à S. Ioan. Chryſoſtomo. [g] Adde quod dierum regina vocatur à vetuſtiſſimo Patre & Epiſcopo Ignatio. [h] *Poſt Sabbathum*, inquit, *omnis Chriſti amator Dominicum celebret diem, diem reſurrectioni conſecratum Dominicæ, reginam & principem omnium dierum.* Quam ipſo exordio naſcentis Eccleſiæ obſeruari cœptam ab Apoſtolis, qua ſimul ad ſacram ſynaxim conuenirent, argu-

d In Hieron.
e De legib. ſtatim ab initio.
Feſti dies peſſimè violantur.
f Pſal. 117. 24.
g De reſurrect. Hom. 5.
h Epiſt. 8.
Dies Dominica præclara nomina.

Digitized by Google

 A

a Cap 20 7. *Et eiuſdem celebratio habitur in ſcriptura.* b 1.Cor.16.

mento ſunt quæ in Actis Apoſtolorum [a] legimus de conuentu Troade ab Apoſtolo habito vna Sabbathi: quodque Paulus [b] ſcribit, vna item Sabbathi pecuniam pro collecta aſſeruari præcepiſſe.

Conuiuantes ſine timore. Omnes agnoſcunt notari his verbis inſignem contemptum in patranda nequitia, qui non ſolùm feſtiuitatem Dominicam reſpiceret locúmque ſacrum: ſed & quæ per participium συνευωχούμενοι importari poſſunt, turpiora quàm ſolius gulæ vitia, ſi reſpondeat eidem quod tranſtulit Interpres apud Petrum, *luxuriantes vobiſcum*: vbi forſitan legit συνοχεώμενοι, quod eſt, *ineuntes, cœuntes, inſcendentes, ſalientes, luxuriantes, ſeſe commiſcentes* vnâ rem veneream exercentes. Quam ſine timore conuerſationem ac quidlibet audendi abſque timoris temperantiæ vel caſtitatis aut obedientiæ freno libertatem ſectati ſunt poſteriores hæretici noſtri & recentiſſimi, præſertim verò qui Liberi cognominantur Antilutherani ex Anabaptiſtarum ordine, de quibus ſcribit Lindanus. [c] B

c Dubitantij dialog. 2. d Apolog. e lib 1.c.9. f Hæreſ. 26. *Gnoſtici hæretici abominabilem mulierculis referebant gratiam.*

Semetipſos paſcentes. Si de venereis etiam hic paſcuis hominum carnalium & animalium intelligamus, ad mentem eſſe videtur Sanctorum Iuſtini, [d] Irenæi, [e] Epiphanij, [f] & aliorum C de Gnoſticis, qui doctoris munus prætexentes, & quaſi etiam alios paſcere vellent corporaliter, corrogabant ſtipes & munera, ſed & mulierculas ad concubitum inuitabant, quaſi magni doni loco & perinde ac ſi prophetiæ inde gratiam referrent, quam illæ remunerare geſtiebant & ipſa corporum copulatione & diuitiarum largitione. Ad hoc facit quod velut exponendo addit hîc Petrus. *Oculos habentes plenos adulterij & inceſſabilis delicti: pellicientes animas inſtabiles.*

Nubes ſine aqua. Hanc & ſequentes ſimilitudines bene qui, ſicut nos, ſequuntur hiſtoriam, de Gnoſticis qui ipſo ſe vocabulo ſcientiam profiteri demonſtrabant, interpretantur: falſi D enim erant doctores, qui, vt ait Didymus, comparabant ſe

g Eſa.45 8. h Eſa 5.6. i Deut.32. 2.

ſanctis nubibus pluentibus Iuſtitiam, [g] quibus mandatur ne pluant ſuper indignos, [h] cùm tamen ſcientiam non haberent. Orthodoxi doctores optant & cum ſapientiſſimo Moyſe ſuæ doctrinæ teſtes cœlos habere poſtulant, vt *concreſcat in pluuiam, & vt ros, nubes & ſtillæ ſuper gramina fluant.* [i] *Vt nubes*

Digitized by Google

volant a ad quas vſque veritas Dei peruenit: [b] rore & aqua oc- a Eſa 60 8.
cultorum concreſcunt myſteriorum: [c] magnificentia Dei diſ- b Pſal. 55 6.
currunt, [d] non ſicut volunt, nec à maligno vel priuato ſpiritu, *vt* c Pſal. 17.
nebulæ paſſionum & effrenatorum affectuum aut zeli diabolici 12. Prouer. 3. 20.
turbinibus exagitatæ: ſed ab vno eodémque, *qui ſuggerit omnia.* d Deut. 33. 26.
[e] Sicut è contra, quos virtute ſolida vacuos, inanis gloriæ, ſu- e Iob 37. 12.
perbiæ & ambitionis venti exagitant & impellunt animas au- Ioan. 14. 26.
dientium irrigare non poſſunt aut fœcundare, ſed obſcurant,
ac ſiue fructu dimittunt. Hos & *fontes ſiue aqua* hîc Petrus apte
B nominat. *Vbi autem fons ſiue aqua ibi lutum & erroris & pecca-* *Hæretici cur fontes ſiue aqua dicantur.*
ti: nec lauat, ſed coinquinat, ait Gloſſa interl. Hugo & Tho-
mas Anglicus. Quod & Gnoſticis ac pſeudoangelis noſtris ap-
prime conuenit, qui cùm pietatem & eruditionem profiteren-
tur, & vtráque deeſſet eis, nihil niſi luxuriæ lutum producere
poterant. *Ideo* (ait S. Auguſtinus [f] de ſimilibus) *Apoſtolus* f De fide & oper. cap. 25.
fontes ſiccos eos appellat: fontes ſcilicet, quod acceperint cognitio-
nem Domini Chriſti: ſiccos autem quia non congruenter viuunt.
Deteriores hæretici, qui fidem quoque orthodoxam abijciunt, eius
tamen præ ſe ferentes ac pollicentes perfectam ſinceritatem. Ea-
C dem S. Hieronymi [g] expoſitio, cuius ſunt hæc verba: *Nonne* g 2 contr. Ioanni.
tibi videtur pinxiſſe ſermo Apoſtolicus nouam imperitiæ factio-
nem? Aperiunt enim falſi doctores *quaſi fontes ſcientiæ, qui*
aquam non habent doctrinarum: promittunt imbrem velut nubes
propheticæ ad quas perueniat virtus Dei, [h] *& turbinibus exagitan-* h Pſal. 35. 6.
tur dæmonum atque vitiorum, &c. Beda & Hugo tranſcribunt
quoque Hieronymum.

Arbores autumnales. Et ad rem hæc ſimilitudo ſumitur pro
pſeudoapoſtolis. Solent enim, vt Adamus, Eſtius, Lancellot-
zius poſt Eraſmum & Caietanum notant, nouellæ arbores ex-
tremo autumno præter rationem temporis florere, idque agri-
D colis indicat mox emorituras. Meritò tales, inquit Beda, qui vel
peruersè agunt, vel alios peruertunt, quíque fructus fidei ferre
negligunt, & ea quæ fideles quoſlibet bona facere conſpiciunt,
extirpare, atque in caduca ſtudent negotia conuertere, autum-
nalibus arboribus comparantur, vt deſperata eorum ſalus
oſtendatur. Autumni enim tempore non ſolum poma nulla
naſci, ſed etiam ea quæ nata erant, matura ſolent decidere. De-
nique, vt alias non paucas expoſitiones relinquamus, tota vis

Digitized by Google

comparationis conſiſtere videtur aut in floribus arborum, in A
extremo præſertim autumno exiſtentium, quod indicio eſt illas morituras: aut in fructibus, quos quæ ſerò arbores ea tempeſtate proferunt, non perducunt ad maturitatem; quas quidam idcirco *frugiperdas arbores* cognominant. Propterea & à noſtro Iuda *infructuoſæ* quoque dicuntur.

Bis mortuæ. Nonnulli Angeli, qui ex Cedmonæo, originali, ſeu priſco mundo, hoc eſt, ex antiquorum prophetarum familia diluuio perierunt eo quod *in via Cain abierant*; multi quoque ex eis *qui errore Balaam effuſi ſunt, & eorum qui in contradictione Core perierunt*, ſemel tantùm mortui eſſe videntur, B
cùm Deus ad tempus hoc eſt, *in iudicium magni diei vinculis æternis eos ſub caligine reſeruauit*: iſti autem ad ſecundam æternæ damnationis mortem [a] ituri verè bis mortuæ ſunt arbores, qui & Cain, & Balaam & Core viam ſectati ſunt. Hæc eſt contritio ſuper contritionem [b] ſeu duplex contritio, [c] item diplois qua induuntur impij; [d] romphææ bis acutæ ſimilis iniquitas: [e] duplices iniquitates & peccata quæ reddit Deus. [f] Ideo de iſtis arboribus mox dicetur, quod *illis procella tenebrarum ſeruata eſt in æternum.*

Quinam dicatur Arbores bis mortuæ.

a Apoc c. 2. 11. & 20.
b Ierem. 4. 20.
c Ierem 17. 18.
d Pſal. 108. 29
e Eccli. 21 4.
f Ierem. 16. 18.

Eradicatæ. Plus eſt arbores eradicari quàm mori: mortuæ C
namque adhuc in ſolo hærere poſſunt & conſiſtere: deterius item eſt non modo fructum inutilem ferre, quod autumnali arbori conuenit, & nullum, quod eſt eſſe infructuoſam, ſed & bis mortuam eſſe abſque vlla omnino ſpe fructus & eradicari, ac tandem in ignem mitti. *Lignum habet ſpem: ſi præciſum fuerit rurſum vireſcit & rami eius pullulant. Si ſenuerit in terra radix eius & in puluere emortuus fuerit truncus eius ad odorem aquæ germinabit & faciet comam quaſi cum primùm plantatum eſt. Homo verò cum mortuus fuerit & nudatus atque conſumptus, vbi quæſo eſt?* [g] Valet etiam comparatio non ex proceris tantùm arbo- D
ribus, verumetiam ex humilioribus plantis. Et ad rem confert ex fungo petita, quam de Simonianis, Gnoſticiſque traditam ab Irenæo [h] & Epiphanio [i] declarant hoc loco Sorbinus & Lancellotzius poſt Feuardentium, Irenæi Scholiaſten, iuxta eiuſdem phyſiologiam quam deſcribit Plinius. [k] Nam ſunt hæretici veluti quædam arborum excrementa, quemadmodum ſuillus præcipue fungus, vt potè, qui ex nobis prodierint, ſed

g Iob. 14. 7.
h lib 1 cap. 31.
i Hæreſ. 31.
K lib. 22. cap. 23.

Digitized by Google

ſed non erant ex nobis, a atque de noſtro fructificent, non noſtri: b qui non naſcantur ex ſynonima cauſa, principioue, hoc eſt, non per legitimam ſucceſſionem maiorum ſuorum vſque ad Apoſtolos, quod merito vrgent omnes principes antiqui. a 1. Ioan. 2. 19. b Tertul. de præſcrip.

Fluctus feri maris, Non mare ſed eius fluctus feri dicuntur Græce κύματα ἄγρια θαλάσσης. Iuxta Syriacum *fluctus vehementes maris*: licet & mari conueniat quod paſſim ſæuum, iratum, truculentum, inſanum, væſanum apud auctores appellatur. Norunt omnes quod diligenter notat Feuardentius, quàm tum veteres, tum recentes hæretici factioſi, ſeditioſi, turbu-
B lenti, tumultuoſi fuerint, & ſint fluctuantes, vlulantes & quod ſtatim additur ſpumantes, fluctuatio denotat dubiam incertam, aucipitem, inconſtantem, variam, diſcordem doctrinam, ac huiuſmodi in dies mutatum modum. Iam non ſemel impij à noſtris Apoſtolis vocati ſunt, qui, teſte Eſaia, c ſunt *quaſi mare feruens quod quieſcere non poteſt & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum*, qui ad inſtar vndarum tumentium, quantò altiùs ſe ſuperbientes attollunt, tantò ampliùs confuſi quaſi in ſpumas leuiſſimas diſſoluuntur & pereunt. Et inſuper vna cum vlulatione & deſpumatione maledicta, calumnias, conui-
C tia, iniurias, blaſphemias contra Deum, ſanctos, magiſtratus, Eccleſiam, omnes ordines eiuſdem; expilationes ſacrorum, euerſiones, deuaſtationes, &c. *Hæretici cur dicantur fluctus feri maris.* c Cap. 57. 20.

Deſpumantes confuſiones ſuas. Nos qui ſequimur pſeudoangelorum Simonianorum Gnoſticorum, Borborianorum & ſimilium, qui hic à Iuda vellicantur, hiſtoriam, ſponte acceptamus ſenſum Adami, qui ad illos alludi putat impuriſſimos hæreticos, qui fluxum corporum ſuorum offerebant Patri vniuerſorum, atque inſtar canum illum abſumebant, abſorbebántque & propriam immunditiam decoquebant. Cui con-
D cordat Didymus, in *confuſionibus deſpumatis* denotari dicens, veterum illorum hæreticorum fornicationes, quas frequentabant. De quibus multi tenent etiam Paulum d loqui, cùm ait: *Multi enim ambulant quos ſæpe dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Chriſti, quorum finis interitus quorum Deus venter eſt & gloria in confuſione ipſorum*, &c. Vbi modum loquendi videas Apoſtoli Pauli, Petri & Iudæ perſimilem: iſti enim Simonianos *in via mala iuiſſe* dicunt, ille *eos* d Philip. cap. 3. 19. *Verborum Pauli cum verbis Iudæ & Petri ſimilitudo.*

male ambulare: ille miſerrimam eorum vitam deflet, quam iſti graphicè exprimunt: ille vocat eos *inimicos crucis Chriſti:* iſti dicunt, hos *ſolum Dominatorem & Dominum noſtrum Ieſum* A
a Verſ. 4. *Chriſtum*[a] (hoc eſt ſaluatorem eſſe) *negare*: ille aſſerit quod *finis eorum eſt interitus*: & de iſtis nunc dicetur, quod *procella*
b Verſ. 13. *tenebrarum ſeruata eſt eis in æternum*:[b] ille ait, quod *eorum Deus venter eſt:* Iudas verò, quod ſunt *conuiuantes ſine timore, ſeipſos*
c Verſ. 12. *paſcentes*.[c] Et tandem Paulus dicit, *gloriam eorum eſſe in confuſione:* quod paulò aliter Iudas exprimit: ſiue dicat, quòd *Dei*
d Verſ. 4. *gratiam transferunt in luxuriam*,[d] ſiue dicat *eos glorias blaſ-*
e Verſ. 8. *phemare*,[e] ſiue dicat, *eos eſſe in agapibus ſuis maculas*.[f] Videtur B.
f Verſ. enim Paulus in eodem ſenſu nomen δόξα ibi ſumpſiſſe, quo ab vtróque noſtro Apoſtolo in dictis locis acceptum fuiſſe diximus. Porrò B. Chryſoſtomus dicta Pauli verba exponens alludere videtur ad præſentem B. Iudæ locum, de *fluctibus feri maris deſpumantibus confuſiones ſuas*, pulchrè ſic diſſerens: *Tanta mala non facit mare fines ſuos tranſgreſſum, quanta venter*
g Matth. *ſi corpus noſtrum cum anima ſuperauerit. Omnem orbem illuit ma-*
18.12.13 c. *re & venter totum corpus. Pone illi terminum naturæ ſufficien-*
21.29. *tiam, quemadmodum Deus mari poſuit arenam, & ſi æſtuauerit &*
Marc 12. 24. *ferocierit, increpa illum virtute quam in te habes. Vide quomodo* C
h Matth. *Deus increpauerit, vt ipſum imiteris.*
24.4.5.11. Ioan 7.12. *Sidera errantia*. Græcè ἀστέρες πλανῆται. Quæ poſterior
i Matth vox venit à verbo πλανᾶν vel πλανᾶσθαι, quod eſt errare,
24.24. K Luc 21 8. [g] ſeducere,[h] in errorem induci,[i] ſeduci,[k] errare, & in errorem
Ioan 7.7. mittere.[l] Et apud Petrum[m] in ſequenti tmemate nomen
2. Cor. 11. 13. 2. Timoth. πλάνην vertit interpres errorem. Quæ & plurima alia loca ad
3 13. hunc noſtrum illuſtrandum valent. Prior autem vox Græca
m 2. Petr. à quibuſdam deriuari putatur ab Hebræo אֵשׁ *es* quod eſt
2.18. n Carm. ignis, quod *aſtra* (hoc enim nomen à Græcis acceperunt La-
nupt. tini) putent eſſe ignea, vnde & ignes quandóque ſeu flammæ D
o 8. Æneid. pro ſtellis vſurpant Catullus,[n] Virgilius,[o] Horatius,[p] Oui-
p lib. 1 Ad. 12. dius[q] & alij. Sed ſiue ἀστὴρ ſit vna ſtella, ἄστρον verò ſignum
q 4. de ex ſtellis coactum, quod vocant ζώδιον; ſiue conſtans non ſit
Triſt eleg. r Com- hoc diſcrimen: pro comperto tenemus alibi[r] Græcum ἄστρον
ment. in venire ab Hebræo עַשְׁתּוֹר *Ghaſtor* quod importat congrega-
Iob cap 4. 19 & cap. tionem (ſup. ſtellarum) encyclicam & per circuitum factam,
9 ?. qualis eſt circulus zodiaci. Et quia ex vi verbi עשׁ *Ghous*, cui

Digitized by Google

A Græcum συνοδεύειν reſpondet, nomen עש *Ghas* importat Synodum hinc & inde conuocatam: hinc factum eſt, vt congregatio ſeu Eccleſia fidelium in ſingulari *Ghaſtor*, in plurali *Ghaſtaroth* vocaretur, & circulo zodiaci, qui & *Ghaſtor* nuncupatur, aſſimilitaretur: vt vbi dicitur, *pulchra vt luna, electa vt Sol, reuerenda vt vexillata.* Hebr. כנדגלות *Cannidgaloth*. Vocat enim ſigna zodiaci, quæ vexillorum formam habent, *vexillatas* per Hebraiſmum, quaſi diceres, vexillata quædam. Poteſt etiam nomen *Ghaſtaroth* quod & caulas, mandras, ſeu greges importat, de Eccleſijs & fidelium conuentibus metaphoricè B dici, quorum ſuperiores dicuntur paſtores: at prius etymon melius eſt.

Aſtaroth nomen eſt ſignificans Eccleſias, & vnde hoc.

Sed quia iſta plerúmque tetigimus, ampliſſiméque tractamus in commentarijs noſtris: [a] ſufficiat nunc dicere, nomina Græca ἀστὴρ & ἄστρον ab Hebræo eſſe mutuata. Cùm autem nomen Hebræum *Ghaſtor* æquè ſignificet, Eccleſiam, ac circulum zodiaci: Si B. Iudas hanc epiſtolam ſcripſit (vt putamus) Hebraicè, facilè vocauerit iſtorum hæreticorum congregationes & ſynagogas עשתרות מתעות *Chaſtaroth matghehoth Eccleſias errantes*, cum quadam analogia ad circulum zo-C diaci, ſuper quem cùm ſine vllo errore Sol progrediatur, veræ & nunquam errantis Eccleſiæ typus eſt expreſſiſſimus. Aliæ autem hæreticorum ſectæ Synodi ſunt erraticæ, ac per ambages ambulantes Eccleſiæ, quæ nunc in hoc ſenſu dicerentur ἀστέρες πλανῆται *ſidera errantia*. Adde quod nomen Græcum ἄστρον præcisè ſignificat ſignum aliquod zodiaci, apud meliores auctores. A qua expoſitione de veris ſideribus, ſignísque zodiaci non admodum diſtat Oecumenius, falſis aptans doctoribus. Non quod firmamentum, inquit, fidei noſtræ exornantes, vel Solem iuſtitiæ Chriſtum habeant per ipſas progredien-D tem, & quatuor virtutum ὥρας perficientem, fidelésque, qui in his conſtituti ſunt viuificantes: ſed quia cum in Angelos lucis transformari videantur, [b] ſicut qui eis præſidet malus dæmon aduerſus Domini dogmata tantùmmodo ferantur, quibus & obſcurant accedentes, & ſibimetipſis caliginem æternam comparant. Ante Oecumenium idem dixerat Didymus, qui tales nominat ſidera erroris & ſeductionis, & trahendos

a in Iob. 4 19 & 9.

Eccleſiæ nunquam errantis typus.

b 2 Cor 11. 13

Digitized by Google

a Matth. 8. 12. 22. 13. ait tenebris exterioribus [a] dum fuerit lumen eorum extinctum.

Alij exponunt hæc verba, vel potiùs comparationem, non de veris ſideribus, ſed de meteorologicis impreſſionibus, quæ vocari ſolent ſidera volantia, ſtellæ cadentes & ab Ariſtotele [b] ἀστέρες διαθέοντες, καὶ διάττοντες ſtellæ diſcurrentes & proſilientes, ſeu ſidera diſcurrentia & proſilentia. Quæ fiunt, cùm exhalationis pars poſt partem accenditur, prioreque extincta & deficiente, ignitur ſequens ad ſimilitudinem pulueris tormentarij, qui coniunctim in longum ſparſus inflammatur, fiúntque in ſuprema aëris regione. De iſtis hunc locum omnino intelligit Caietanus: cuius ratio, quia verarum ſtellarum, ſiue ſint planetæ, ſiue ſigna zodiaci, motus ſunt regulares: & poſtquam B. Iudas pſeudoangelos aſſimilauit nubibus, arboribus ſterilibus, ac feris fluctibus maris, eos quoque ignibus errantibus comparare voluit: nec diſplicet Feuardentio, Lancellotzio hoc loco & alijs. Quorum ſententia vim ſumit ex verſione Syriaca, quæ habet *Stellæ ſeductrices:* & ex Arabica in qua eſt, *ſicut ſtellæ obſcuræ, ſeu caliginoſæ, vel maleficæ*. Per quas figuratè iſti doctores intelligerent vitia, exitiáque hæreticorum, cum ſumma quadam leuitate, inconſtantia, mutatione circa doctrinam & mores, quamuis nonnihil præ ſe ferant lucis & ſe in veræ lucis Angelos transfigurent. [c] Cùm tamen eundem myſticum ſenſum, etiam vtcúmque ſucculentiùs, reddat prior & communior de veris ſideribus ſententia, nos eam auidiùs amplectimur.

b 1 Meteorolog cap 4 & 5. Siderum errantium *alia expoſitio.*

B

c 2. Cor. 11. 13.

Quibus procella tenebrarum ſeruata eſt in æternum. His verbis, vt Petrus in Græco ſimillimis, exprimit B. Iudas æternæ damnationis in inferno pœnam, quæ manet iſtos, quos vſque nunc ſuis coloribus depinxit hæreticos. Cuius exemplar, typus & figura fuit in irreparabili & vſque ad mundi conſummationem durante Pentapolitanæ regionis euerſione, nec non pœna illorum Angelorum & prophetarum, qui *in contradictione Core perierunt*, & eo quod *non ſeruauerunt ſuum principatum, ſed dereliquerunt ſuum domicilium, in iudicium magni diei vinculis æternis ſub caligine reſeruati ſunt.* [d] Vbi Græcè quidem legimus δεσμοῖς ἀϊδίοις *vinculis æternis*: ſed potius legendum δεσμοῖς ἀϊδύοις *vinculis ignotis*, ſuadet lectio Syriaca quæ habet *non no-*

C

d Verſ. 6. 7.

Digitized by Google

tis: exigit & ratio ad vtriúſque mentem Apoſtoli, qui ibi vult oſtendere priſcos illos prophetas qui in contradictione Core humo abſorpti perierunt, non quidem æternam damnatorum in inferno pœnam ſubiiſſe: ſed ſub quibuſdam tenebrarum vinculis inuiſibilibus, non perſpectis, quæ capi non poſſint, vel ſub cognitionem, cogitationémque noſtram cadere, tanquam in cuſtodia ad tempus fuiſſe detentos & ſeruatos: vt pote, in limbo vel purgatorio: donec inde à Chriſto liberati fuerunt: vt ibi vidimus. In præſenti verò textu & Petrus *Purgatorium ex verbis B. Iudæ deducitur.*

B & Iudas oſtendere volunt, iſtos pſeudoapoſtolos & impiiſſimos hæreticos Simonianos *ignis æterni qui paratus eſt diabolo & Angelis eius* [a] certiſſime pœnam ſubituros, vnde nunquam euaſuri ſunt. Priorum pœna *longæ quidem noctis* [b] fuiſſe dicebatur, ſed non perpetuæ: vincula & catenæ, quales propriè eſſent, ſcire non concedebatur, etiam ſi caliginis eſſent, aut ſub caligine: iſtorum autem vincula exterminans quædam & exitioſa prorſus tenebrarum procella eſt: illi ſeruabantur, vt tandem inde educerentur: iſtis *procella tenebrarum ſeruata eſt*; quæ illos planè conterat. Ita vt dici de illarum pœna poſſit, *Qui cecidit ſuper lapidem iſtum, confringetur:* de iſtorum autem

C procella, *ſuper quem ceciderit, conteret eum* [c] obruet, abſorbebit, deglutiet. Quæ & à Petro vocatur *caligo tenebrarum*, quaſi caligo caliginum, id eſt, opaciſſima & ſupra modum obſcura, eo modo, quo flos florum dicimus de roſa, & ſanctum ſanctorum de re ſanctiſſima. Et tandem ſine, fine erit illa pœna: contra eos qui arbitrati ſunt *abyſſum*, id eſt, infernum *ſeneſcere*, [d] id eſt deficere.

a Matth. 25.41.
b Sap. 17.2.
c Matth. 21.44.
d Iob. 41. 23.

D

Digitized by Google

B. Iudas.

Verſ. 14. *Prophetauit autem & de his ſeptimus ab Adam Henoch, dicens: Ecce venit Dominus in ſanctis millibus ſuis.*

15. *Facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impiè egerunt, & omnibus duris, quæ locuti ſunt contra Deum peccatores impij.*

B

B. Iudas his verbis proſequi videtur diſcrimen pœnarum, quas in inferno paſſuri ſunt pſeudoangeli Simoniani, eorúmque ſectatores, & earum, quas paſſi ſunt olim illi angeli, ſeu prophetæ, qui in contradictione Core perierunt. Quaſi diceret; iſtas ab illis non ſolùm magnitudine, grauitate & diuturnitate longè ſuperari, vt nuper vidimus; ſed etiam horrore ac rigore ipſius iudicij. Etenim in illo iudicio (quod *magni diei* vocatum eſt, [a] & *ad quod in vinculis non notis ſub caligine reſeruatæ ſunt* animæ eorum, qui adhæſerunt Core, & à Chriſto ibi in ſpiritu prædicante, ex illis tenebris liberatæ) ſola eius anima verbo diuino vnita illuc deſcendit: in iſtorum autem iudicio, ipſe Chriſtus *venturus eſt in ſanctis millibus ſuis* & in maieſtate ſua. In illo iudicio fecit Chriſtus *iudicium mundi* [b] in eius ſalutem & proinde in omnium hominum bonum & vtilitatem, ſed tãtummodo contra Satanam *principem huius mundi, quem eiecit foras & omnia traxit ad ſeipſum* etiam Patrum animas è limbo: in iſto autem iudicio quòd erit generale, *facturus eſt iudicium contra omnes*, tam angelos, quàm homines, tam ſanctos, quàm iniquos & impios. Licet enim peccata per pœnitentiam remittantur, nihilominus tunc coram omnibus manifeſtabuntur: eo quod etiam ſancti iudicabuntur non ſolum iudicio approbationis, ſed etiam diſcuſſionis: hoc enim exigit publicum & exactum, tam de peccatis, quàm de eorumdem pœnitẽtia Chriſti iudicium. Et licet S. Hieronymus [c] dicat peccata tegi, quia hîc deleta ſunt per pœnitentiam, ita vt in die iudicij non amplius manifeſtentur, ſed tegantur, & celentur: hoc tamen ſic intelligendum eſt, vt tunc, poſtquam, vt ſatis fiat ijs

a Verſ. 6.

C

b Ioan. 12. 31.

Peccata etiã remiſſa manifeſtabuntur in extremo iudicio.

D

c in Pſal. 31.

quos offenderunt, manifeſtata fuerint, tegenda dicantur, quia per pœnitentiam tecta & condonata declarabuntur: atque pœnitenti non ad ignominiam, ſed ad honorem & gloriam cedẽt: alioquin Chriſtus tunc *faciet iudicium contra omnes*. Quemadmodum enim *omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt*, &c. [a] ita *omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum*. [b] Generale ergo iudicium Chriſti illud eſſe dicitur, quod fiet contra omnes: de quo, deque falſis Angelis in illo condemnandis S. Henoch prophetaſſe nunc dicitur. Sed, an verbo,
B ſcriptoue id fecerit, an verus Dei propheta fuerit; quo pacto ſeptimus ab Adan dicitur, an aliquid ſcripſerit, an eius ſcriptura fuerit canonica, quando & quo modo tranſlatus eſt, an non mortuus, vbi nunc ſit, quid viuus agat, venturuſue ſit ante iudicium & ad quid breuiter diſcutiendum eſt.

a Pſal. 13. 5.
b 2. Cor. 5. 9.
Iudicium generale cur ita dicatur.

Sed Apoſtoli noſtri modus loquendi vtique notandus eſt: cùm enim ait *Prophetauit autem & de his ſeptimus ab Adam Henoch*, coniunctio enim, ſeu particula *&* in medio ſententiæ poſita ad duo referenda videtur, nempe ad præcedens verbum *prophetauit*, & ad quod immediate ſequitur *de his*: Prima re-
C latio talem efficit ſenſum: Alios quidem fuiſſe prophetas poſteriorum temporum qui de iſtis pſeudoangelis in extremo iudicio condemnandis prædixerunt: ſed inſuper vnus ex iis *qui à ſeculo ſunt*, [c] hoc eſt, à mundi principio ante diluuium; nempe ſeptimus ab Adam, nomine Henoch, talem de Chriſto venturo ad iudicium, déque iſtis ac ſimilibus arguendis, æternéque damnandis protulit ſententiam. Secunda relatio tale quid nobis indigitat: Henoch ſeptimus ab Adam magna prædixit myſteria multiſque de rebus futuris prophetauit atque etiam de iſtis pſeudoprophetis. Prior relatio inter plures poſteriores
D prophetas qui de extremo iudicio locuti ſunt, reſpexiſſe videtur Zacharias [d] dicens: *Et veniet Dominus Deus meus omnéſque ſancti cum eo*: ad quem locum alludit Eccleſia repetens. *Ecce Dominus veniet & omnes ſancti eius cum eo, & erit in die illa lux magna*. Reſpexit & ad Pſalmiſtam, [e] cùm ait: *Deus manifeſtè veniet, Deus noſter & non ſilebit: aduocabit cælum de ſurſum & terram diſcernere populum ſuum: congregate illi ſanctos eius*, &c. Sed præſertim reſpexit ad Eſaiam, [f] qui eiſdem prorſus

Henoch quomodo dicitur prophetaſſe futuram damnationem pſeudoprophetarum.
c Luc 1. 70. Act 3. 21.
d Cap. 14. 6.
e Pſal. 49. 4.
f Cap 3. 14

Digitized by Google

verbis, quaſi ab Henoch mutuatam talem de ſecundo Chriſti aduentu profert ſententiam: *Stat* (hoc eſt, paratus eſt) *ad iudicandum Dominus, & ſtat ad iudicandum populos. Dominus ad iucium veniet cum ſenibus populi ſui, & principibus eius*, &c. Vnde non abſurde colliget quis: noſtrum Henoch eodem modo præſentem ſententiam protuliſſe, eodémque ſpiritu, quo Dauid, Zacharias & Eſaias de eodem myſterio & locuti ſunt & ſcripſerunt: & proinde Henoch fuiſſe prophetam non ſolum eo quod prophetaſſe dicitur: ſed etiam munere & officio, ſicut eos qui eadem ſimilitérque ſcripſerunt. A

Henoch vere fuiſſe prophetam.

Præterea, B. Iudas Apoſtolus, ſeu Angelus, dum in hac epiſtola profitetur agere contra pſeudoangelos, quos prioribus comparat Angelis de quibus nuper locutus eſt, illos ſine dubio intelligens, cùm ait *de his prophetauit ſeptimus ab Adam Henoch*, tacitè vocat Henoch ſeptimum ab Adam prophetam: quemadmodum Noe octauus præco iuſtitiæ nominatur à Petro, eo quod ab Enos, qui primus dictus eſt præco iuſtitiæ, octauus in ordine eſt. Itaque Adam primus propheta fuerit, etiam officio, Seth fuerit ſecundus; Enos, tertius; Cainam, quartus; Malaleel, quintus; Iared, ſextus; Henoch, ſeptimus: omnes enim iſtos & alios in ſerie filiorum Dei apud Lucam[a] vſque ad Regem Dauid viros Eccleſiaſticos Deíque miniſtros extitiſſe latè alibi [b] oſtendimus. Præſertim Henoch ſicut nomine, ita & re dicatum hoc eſt, diuino miniſterio mancipatum fuiſſe, idque ſignificari iſtis loquendi formulis *ambulauit cum Deo* [c] *placuit Domino Deo* [d] & quod de Elia eius collega, eiuſdémque inſtituti viro dicitur, *ſtare ante vultum Dei* [e] Vtérque enim ex illis fuit prophetis, qui honoris cauſa *à ſæculo* fuiſſe dicuntur: [f] tum quia eorum prima ſocietas & inſtitutum ab exordio mundi per Enos Adæ nepotem nomen ſumpſit & originem, vt ſæpe vidimus: tum etiam quia à ſæculo ſeu mundo ſeparati alienam prorſus ab eo vitam in ſocietate ducebant, vt quiete, iugiterque ambularent coram Deo, eique miniſtrarent. Ideo minimè probandus hîc eſt Lorinus, cùm ait, prophetalem ordinem ac denominationem cœpiſſe poſt Moyſen, ſolitóſque prophetas nominari, vt à lege, id eſt, ab eo tempore quo Moyſes vixit, & ab iis quæ ſcripſit, diſtinctos. Nam vt ſæpe vidimus nomen

B (beside "Præterea"); C (beside "iſtos & alios"); D (beside "pe vidimus")

Adam, Seth, Enos, Kenan, Malaleel, &c. fuerunt prophetæ.

a Cap. 3.
b Ante leg. lib. 1. cap. 5.
c Geneſ. 5. 22. 24. 6. 9. 17. 1.
d Eccli. 44. 16. Hebr. 11. 5. Sap. 4. 10. 14.
e 3 Reg. 18. 15.
f Luc 1. 70.

Qui verè dicuntur prophetæ ad legem naturæ pertinent cuius ſunt doctores.

Digitized by Google

A men prophetæ illis proprie conuenit, qui legem naturæ profitebantur, illiúſque tempore erant doctores Eccleſiæ, vel illorum ſucceſſores, vt Elias, Eſaias, Ieremias, &c.

Et quia iam à mundi principio Seth Adæ filius multa noſtræ fidei & præſertim Meſſiæ venturi myſteria ſcriptis mandauerat & in columnis ſculpſerat: [a] Henoch quæ ab eo & alijs ſe præcedentibus didicerat, quæque ſuo tempore à deprauatis Angelis, ſceleratíſque prophetis in *via Cain euntibus* patrabantur, ſcripto digeſſit: quod librum Henoch poſteritas nominauit, retinuit, magno in pretio habuit, & vel aliquot
B poſt Chriſtum ſæculis Eccleſia inter ſcripturas canonicas repoſuit. Cuius fragmenta poſtquam ab omni errore alieniſſima & doctrinam in illis contentam eſſe puriſſimam oſtendimus, [b] illius quoque iacturam, atque ex quorumdam (vt videtur) inſcitia factum repudium lamentauimus & nunc iterum toto corde deflemus. De iſtis igitur pſeudoangelis prophetauit verus Dei propheta & Angelus Henoch, non ſolum verbo, vt cùm mittebatur ad prædicandum Angelis deprauatis, [c] ſed etiam ſcripto, vt ante ſe fecerat propheta Seth, & poſt ſe Eſaias & alij,

C De eius raptu ſeu tranſlatione ſobriè admodum ſcriptura loquitur *Ambulauítque cum Deo & non apparuit, quia tulit eum Dominus.* [d] Quod ita expoſuimus: vt cum vacaret diuino miniſterio ſiue cum alijs prophetis pſallendo, ſiue coram cis ſacrificium offerendo nube (in qua tunc Deus apparere & loqui ſolebat [e]) obuolutus non ampliùs apparens ſublatus à Domino fuiſſe dicatur, ſicut poſtea ſodalis eius Elias cum in via ſermocinaretur cum Eliſæo [f] *tectus* [g] *& receptus eſt in turbine ignis in curru equorum igneorum.* Iſte ergo in via, ille verò in loco ſacro, & (vt bene cenſet Selneccerus) coram tota Ec-
D cleſia, vel præcipuis Patriarchis tranſlatus eſt. Quod autem poſtea mortuus ſit, credere prohibet Pauli [h] ſententia dicentis: *fide Henoch tranſlatus eſt, ne videret mortem.* Et multipliciter confirmat B. Thomas ibidem [i] Sicut & diſertè, doctéque facit Auguſtinus, [k] qui & alibi [l] propter nimis expreſſum, luculentúmque teſtimonium Pauli, nefas ait dubitare. Quibus ſubſcribunt recenſiores, Pererius, [m] Ribera, [n] Iuſtinianus, [o]

a Ante leg. lib. 1. cap. 4.
b Ante leg. lib. 1. c. 19.
c Irenæus lib. 4. cap. 30.
d Geneſ. 24.
Henoch quo pacto raptus à Deo eſt.
e Iob. 9. 17. 38. 1. 40. 1.
f 4 Reg. 2. 11.
g Eccli 48. 3.
h Hebr. 11. 5.
i in Comment. in epiſt. ad Hebr.
k De Geneſ. ad lit. lib. 9. c. 6. & lib. 1. de pecc. mer. & remiſſ. cap. 2. & 3.
Henoch mortuum non eſſe de fide eſt
l 2. de grã. Chriſti c. 21.
m lib. 7. in Geneſ.
n in Epiſt. ad Hebr. cap. 11.
o Ibid.

Cornelius, [a] Alcaſar, [b] Suarez, [c] Viegas, [d] Yſtella, [e] Maluenda, [f] Pamelius, [g] Mendoza, [h] & Feuardentius, [i] aſſerentes fidei quoque repugnare. Sed quod ei non repugnat, vel ad eam non pertinet, teſte Auguſtino, [k] nec inueſtigare neceſſarium putat Chryſoſtomus [l] negans extare in ſcriptura, eſt, quem in locum facta ſit tranſlatio: quaſi non agnoſcens (quod forſitan additum fuit editioni noſtræ Latinæ) nomen *paradiſi*, ad quem in Eccleſiaſtico [m] Enoch tranſlatum legimus: ni fortè (vbi legi aliquando potuit, *Henoch placuit Deo & tranſlatus eſt in paradigma, vt det gentibus pœnitentiam*) pro paradigma (quaſi dicat, in exemplum) paradiſum, vel in paradiſum ſenſim irrepſerit. B

Aſt quid nunc agat Enoch adhuc ſuperſtes vbicúmque ſit: reſpondet B. Gregorius [n] eum in magna carnis & ſpiritus tranquillitate viuere, ſoli vacare Deo intelligendo, diligendo, fruendo: quod & de Elia putandum eſt, & vtrúmque in gratia confirmatum dubitari nequit, & inordinatos fomitis motus non habere, nec illam corporis corruptionem, quæ aggrauat animam, ſenſúmque deprimit, vt perpendit Bernardus: illis tamen non conceditur, nec vlli homini non mortuo, ne ad tempus quidem; non Moyſi, non Paulo videre Dei eſſentiam aut comprehendere, iuxta tutiorem ſententiam. Poſito autem quod Henoch non ſit mortuus, fide credi debere, quodque non ſit immortalis: omnino certa videtur illatio de reditu in hunc mundum: & præterea iuxta plurium conſenſum ac veluti traditionem, propterea nondum obijſſe, nec Eliam, quia vtérque Antichriſti tempore venire debeat vt prædicet pœnitentiam, iuxta citatum Eccleſiaſtici locum, & martyrio moriatur. C

Ecce venit Dominus in ſanctis millibus ſuis. Diuerſa admodum eſt huius loci lectio. Græcè quidem, ἐν μυριάσιν ἁγίαις αὐτοῦ. *In millibus ſanctis ſuis.* In alijs codicibus præponitur ἁγίαις, *in ſanctis millibus ſuis.* Quidam habent, ἐν μυριάσιν ἁγίων ἀγγέλων αὐτοῦ. *In millibus ſanctorum Angelorum ſuorum.* Quo pacto ſub nomine nunciorum legit S. Cyprianus. [o] *Ecce venit cum multis millibus nuntiorum ſuorum.* Similiter habet S. Ephrem. Arabicè verò legitur, *in millibus millibus de* D

a Ibid.
b in Apoc. 11 not 6.
c 3 par. 10. 2. d. 35.
d in Apoc 11.
e in Geneſ. 10.
f 9. de Anti Chriſt. & de parad. c. 87.
g in Tert.
h in quodlibet.
i in Irenæ lib. 4 cap. 3.
k Vbi ſup.
l Hom. 21. in Geneſ. cap. 5. & Hom. 22. in epiſt ad Hebr.
m Cap. 44. 15.
Nomen paradiſi apud Eccleſiaſticum non agnoſcit Chryſoſtomus, forte legendum paradigma.
n Hom 29. in Euang.
o Ad Nouatianum.

A *Angelis ſuis ſanctis.* Quæ duæ poſteriores lectiones reſpexiſſe videntur ad nomen μυρίας, quod decies millenarium numerum ſignificat, & pluraliter δύο μυριάδες viginti millia, & ſic deinceps; ita vt propriè vertendum eſſet, *Ecce venit Dominus in decem millibus ſanctis ſuis.* Qui numerus certus licet pro incerto & interminato poſitus intelligatur, ſenſum tamen reddit ingratum magis quàm quod ſimpliciter legimus *in millibus ſanctis ſuis*. Vnde fit probabile, ſi B. Iudas primò ſcripſit Hebraicè, eundem ſeruaſſe loquendi modum, quo, propter magnam in tota terra ſancta prophetarum mul-
B titudinem, de iiſdem ſub nomine Angelorum dicitur in libro Iob. [a] *Si fuerit pro eo Angelus loquens, vnus de millibus* (Hebr. אֶחָד מִנִּי-אָלֶף *Ebhad minni aleph, vnus ex mille*) vt *annunciet hominis æquitatem*, &c. Vel ſi, vt nuper diximus, Eſaiæ prophetæ de aduentu iudicis Chriſti ſententiam ſequutus eſt, quod Eſaias de venturis cum eo ſenibus & principibus per voces זְקֵנִים *zekanim* & שָׂרִים *ſaraim* expreſſit, facilè per nomen אֲלָפִים *Alaphim* intelligere voluerit: quod cùm propriè & chiliarchos, ſeu duces, mille virorum, & numerum millenarium ſignificet, facile tranſlator ſecundam eligens
C notionem, ad maiorem emphaſim dictum nomen vertit per μυριάδων. Quod ergo in ſenſu Eſaiæ B. Iudas dixiſſe facile eſt, *Ecce venit Dominus in ſanctis chiliarchis ſuis*, intelligendo de chiliadibus Angelorum, per nomen μυρίας (licet minùs propriè quàm per χιλιὰς) transferri potuit *in ſanctis millibus ſuis*. Hæc autem noſtra coniectura tantò fit probabilior, quantò prioribus mundi ſæculis nomen אֲלָפִים *Alaphim* pro ducibus, chiliarchis & principibus vſitatiſſimum erat, vt ex dictis alibi, [b] facile colligitur. Vnde S. Henoch ſponte ſuam per illud facilè potuit explicare mentem. Sed prior interpretatio
D ſimplicior eſt.

Porrò, B. Iudas opportunè adfert teſtimonium Henoch, qui ſuo tempore Cain futurum negantis iudicium hac ipſa ſententia tanquam diuino decreto proſtrauit hæreſim, quam iſti poſtea Simoniani, eorúmque ſequaces Borboritæ refricarunt. Sed optimè Iſidorus Peluſiota [c] demonſtrat ex euentis multarum Chriſti prædictionum, neceſſariò fatendum, veram

a Cap. 33. 23.

b Ante leg. lib. 2. cap. 2.

c lib. 1. epiſt. in 57.

Digitized by Google

Extremum ac generale iudicium futurum eſſe ipſa ratio exigit.

eiuſdem eſſe de iudicio: idque multò magis, quoniam & ratio perſuadet, & ipſi philoſophi multi conſentiunt, conuicti prouidentiæ diuinæ, atque iuſtitiæ neceſſitate; quæ duo argumenta myſterijs alijs obſcurioribus non æquè adſunt. Itáque generale iudicium exigit Dei iuſtitia, ſapientia, honor, & alia attributa, quæ palàm omnibus ac publice manifeſtari decet. De Chriſto iudice ſunt illa verba, *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Omnipotens,* [a] *qui erat, & qui eſt & qui venturus eſt,* venturus videlicet ad iudicium, vt quibuſdam placet: qui inde colligunt, quàm crebro mortalibus futuri iudicij ſit ingerenda mentio maximéque ab Eccleſiaſte Chriſtiano.

a Apoc 4. 8.

Facere iudicium contra omnes. Nam, *cuncta quæ fiunt adducet Deus in iudicium pro omni errato, ſiue bonum, ſiue malum illud ſit.* [b] Si tamen ab illa generali ſententia, quam paulò ante expoſuimus etiam de iuſtis, demas eos, qui nullum admiſerunt actuale peccatum, qualis B. Virgo, pueri, & perpetuo amentes, præſtat de cæteris fateri dictam diſcuſſionem ſeu publicam bonorum cum laude & malorum cum vituperatione operum declarationem: quoniam Scripturæ [c] magis id præ ſe ferunt, pluréſque ex ſcholaſticis ita ſentiunt: & in hoc ſenſu Chriſtus *facturus eſt iudicium contra omnes & ipſas iuſtitias iudicabit.* [d]

b Eccl.12. 14.

c Daniel 7. 26. Apocal. 20.12. Matth. 25. 31. & ſeq. 2. Cor. 5. 10. Rom. 14.10

d Pſal.74. 3.

Et arguere omnes impios, de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impie egerunt. Docent iſta verba ferendum eſſe iudicium de cunctis operibus iuxta illud, *Et cuncta quæ fiunt adducet Deus in iudicium pro omni errato, ſiue bonum, ſiue malum iſtud ſit.* [e] Quibus & alijs S. Scripturæ paſſim occurrentibus ſententijs per ſe forma iudicij denotatur, quæ conuenit adultis, non tamen de alijs negant, ſed innuunt potiùs, quando tradunt omnes manifeſtandos ante tribunal Chriſti, [f] tum magnos, tum puſillos; [g] & per ea quæ quiſque geſſerit, ſeu opera, poſſunt quoque modo intelligi media omnia per quæ ſaluari poſſunt homines aut damnari. Angeli qui ſunt ſpiritualis ſubſtantiæ non pertinent ad hunc locum: & ipſi tamen aderunt, ac fortaſſis iudicabuntur diſcuſſionis iudicio, vt quidam [h] ex recentioribus pro-

e Eccle.12. 14.

f 2.Cor.5. 10. Rom 14.10

g Apocal. 20.12.

h Suarez 3. part. diſp. 57. ſect. 6.

Digitized by Google

bat: quamuis in Symbolo profiteamur tantùm id quod eſt certum nobiſque neceſſarium de Chriſto venturo iudice viuorum & mortuorum.

Et omnibus duris quæ locuti ſunt contra Deum peccatores impij. Illa nominis *impiorum* ſeu impietatis quater facta repetitio zelum denotat Apoſtoli & iuſtam contra huiuſmodi ſceleratos homines indignationem qui ſine pietate ſunt: iuxta diſcrimen poſitum ab Oecumenio inter ἁμαρτωλὸν & ἀσεβῆ peccatorem & impium; quod *impius habet circa Deum peccatum: peccator autem circa ea quæ ſecundùm vitam aguntur, à iuſtitiæ ſcopo receſſum.* Meritò etiam hîc Lorinus ponderat vim græcæ vocis σκληρῶν, quæ duritiem importat, non quamlibet, ſed quæ ex ariditate contrahitur: quam moraliter habent hi, quorum cor induratum eſt, & quorum anima dici poteſt ſine aqua Deo,[a] ſiue coram Deo: quia humore gratiæ (adde deuotionis) deſtituuntur. Idem author dura ab impijs contra Deum prolata putat præcipuè ab Apoſtolo noſtro intelligi de blaſphemijs, quas in Chriſtum & Deum euomuerunt Iudæi, vt ſcribunt Euangeliſtæ, & à primis illis hæreticis Irenæus, Iuſtinus, Epiphanius aliique toties citati. Et Iudas ipſe ab his negatum Chriſtum ſcripſit: volens, vt Adamus notat, tales reſtrictè intelligere per peccatores impios, cùm hîc proximè antè generaliùs omnes comprehendiſſet. Sic Lorinus & bene; præſertim de Simonianorum in Chriſtum eiuſque maieſtatem blaſphemijs ſupra notatis.

B. Iudæ zelus in eius verbis apertè denotatur.

a Pſal. 142. 6.

B C D

Digitized by Google

B. Iudas.	B. Petri Epiſt. 2. Cap. 2.
Verſ. 16. *Hi ſunt murmuratores, queruloſi, ſecundum deſideria ſua ambulantes, & os eorum loquitur, ſuperba, mirantes perſonas quæſtus cauſa.*	Verſ. 18. *Superba enim vanitatis loquentes, pelliciunt in deſiderijs carnis luxuriæ eos, qui paululum effugiunt, qui in errore conuerſantur.*

B

PRoſequitur B. Iudas pſeudoangelorum notas, peſſimáſque qualitates, alludens (vt cenſeo) ad illud quod *factum eſt murmur Græcorum* (propriè Græcizantium) *aduerſus Hebræos eo quod deſpicerentur in miniſterio quotidiano viduæ eorum.* [a] Ex iſta enim murmuratione & querimonia initium ſumpſit magnum ſchiſma, vel potiùs, quod inter doctores aliquandiu latuerat, apparuit: quo qui Biblia Hebraica in ſuo fonte legere, quàm Septuaginta verſione vti malebant, alios, quos ἑλληνιστὰς vocabant, in multis deſpicere videbantur: Inde factum eſt, vt Simon Magus (qui teſte B. Clemente [b] Græcis literis C
apprimè eruditus erat, & ſuper omnes ſuperbiſſimus) Græcizantium partes ardenter amplexus Græcorum Bibliorum & Ionici idiomatis dignitatem mordicus aduerſus Hebraizantes deffendendam ſuſceperit: idque mirabili prorſus ſtratagemate, quo finxit mulierem, quam ſecum ducebat nomine Hellenam (id eſt Græcam) illam eſſe, quæ ſe, ſicut priſcos omnes prophetas, Eccleſiæque doctores ſacra & altiſſima myſteria docuerat. De quo nos antea. [c] Itáque prædictus viduarum Græcarum deſpectus non tam fuit quia magis rudes eſſent, vt exponunt Chryſoſtomus, Beda, & Lyranus: quàm ex latente præ- D
dicto inter doctores ſchiſmate: cuius vtráque pars tam viros quàm mulieres etiam diaconiſſas habebat, quales erant illæ quæ in Euangelio [d] Domino miniſtraſſe dicuntur, & poſtea Apoſtolorum *ſorores* [e] vocabātur, vt omnes expoſitores paſſim interpretantur & Tertullianus, [f] Auguſtinus, [g] atque Hieronymus: [h] qui [i] item obſeruat & poſt eum Beda, & Gloſſa ordinaria, [k] *Quod conſuetudinis Iudaicæ fuit, nec ducebatur in culpam*

a Act. 6. 1.
b 1. Recognit.
Simon Magus Græcizantium partes obnixè tuebatur aduerſus Hebræos, & quanam id arte fecerit.
c de Eccl. poſt leg. cap 6.
d Matth. 27. 55.
e 1. Cor. 9. 5.
f lib de Monog. cap. 8.
g lib. de operib monach. cap. 4.
h 1. contr. Ionia.
i In Matth. cap. 27.
K Luc. cap. 8.

Digitized by Google

more gentis antiquo, vt mulieres de ſubſtantia ſua victum atque veſtitum præceptoribus miniſtrarent. Sed quia hoc ſcandalum facere poterat in nationibus (vt ſanè tunc adhuc faciebat illa Simonis Hellena, quam iuxta prædictum morem, & ſicut veri Chriſti Apoſtoli faciebant, ſecum ducebat) Paulus eas abieciſſe ſe memorat.[a] Viderat quoque Paulus, Apoſtolos, occaſione dicti murmuris Græcorum aduerſus Hebræos, pro mulieribus Diaconiſſis viros in Diaconos ſapientiſſimè ſubſtituiſſe.[b] Quam ordinationem Simon Magus contemnens, iterum perſtat mulierem ſecum ducere.

Mulieres in officio ſorores poterant Apoſtoli ſecum ducere.

a 1 Cor 9. 12.

b Act 6.

Senſim tamen ab eis ablegatæ fuerunt.

B Sed vt ad noſtros Simonianos reuertamur, qui nunc murmuratores ac querulosi dicuntur; ſenſum quem dedimus valde confirmat non ſolùm coniunctio iſtorum duorum nominum γογγυσταὶ μεμψίμοιροι *murmuratores queruloſi*, nec non verſio Syriaca, *Hi ſunt qui turbant, & conqueruntur in omni re:* ſed etiam tranſlatio Arabica, *Et hi iſti nobis* (Apoſtolis ſunt) *prouocantes ſuper vos reatus*. Indicat enim murmurationem fuiſſe, quòd excogitarent crimina, quæ Apoſtolis obijcerent, vt potè perſonarum acceptionem in eo quod *viduæ Græcorum deſpicerentur in miniſterio quotidiano*. Sic, quos minæ, flagelláque C robuſtiores & caritate coniunctiores reddiderant, eorum tantam illam concordiam turbare, atque ſchiſmate diſcindere zizaniorum ille ſeminator [c] capitalis inimicus Eccleſiæ conatus eſt.

c Matth. 13. 15.

Vbi animaduertenda eſt infirmitatis humanæ conditio, & quàm parum nos nobis ipſis fidere poſſumus: cùm primitias illas Spiritus corrumpere ambitio & tot myriadum cor vnum & animam infringere leui ex cauſa conceptum murmur potuerit: quod profectò & magis mirandum eſt, quòd tot ac tam graues perſecutiones pro Chriſto toleratæ, tam rigida rerum D omnium abdicatio, adeo crebra verbi diuini & ſacramentorum vſurpatio murmur iſtud impedire non potuerunt: & illa ſcintilla tantam hæreticorum ſyluam per vnum Simonem accendere valuit. Nimirum, ſolent qui vitam ſeueriorem magíſque ſpiritualem profitentur, propriæ fiduciæ pleni & exiſtimationis interdum huiuſmodi vitijs laborare; qua non poſſunt in multitudine tam exactè omnia fieri, vt ſuperiores omnibus placeant: & deinceps obſeruare eſt, tum in ipſo Eccleſiæ pro-

Murmurationis vitium ſæpe inter viros religioſiores diſſeminatur à Satana.

Digitized by Google

 A

ceſſu, tum in ordinibus religioſis, tum in omni alio conuentu ſacro & politico natam plerumque perturbationem & confuſionem ex multitudine, vt iſtud murmur initium habuiſſe dicitur *creſcente numero diſcipulorum.* [a]

a Act. 6.1.

Secundum deſideria ſua ambulantes. Hoc generaliùs dictum referri videtur ad illa quę diſtinctiùs expreſſit dicens, quòd *carnem maculabant,* [b] *quæcúmque naturaliter tanquam muta animalia norunt in his corrumpuntur,* [c] *quod ſunt in Agapis ſuis maculæ,* [d] *deſpumantes confuſiones ſuas,* &c. [e] Petrus tamen aliquid ſpecialius & quod ad hiſtoriam facit, nobis miniſtrare videtur, cùm ait, *pelliciunt in deſiderijs carnis luxuriæ eos, qui paululum effugiunt, qui in errore conuerſantur.* Quibus quadrarent verba B Iudæ, ſi legeremus quod in nonnullis Græcis codicibus additur τῇ ἀσεβείᾳ, τῇ παρανομίᾳ. *Secundum deſideria ſua ambulantes impietate & iniquitate:* niſi quod Petrus videtur clariùs exprimere quæſit illa impietas & iniquitas. Nempe, iſti pſeudoangeli, vt meliùs alios ad ſuas turpitudines attrahant, illos præſertim ex fidelibus alloquuntur & ineſcant, quos vident paululum effugere conuerſationem errantium in fide & vera doctrina: ac ſi dicerent illis: O boni homines & ſimplices, quid iſtos fugitis, & ſenſim ab eorum familiaritate & commercio abſtrahitis vos, ac ſi in errore verſarentur? valde hallucinamini, non enim ſunt in errore, aut falſam doctrinam ſectantur, ſed optimam: vt autem quod dicimus verum eſſe comperiatis, venite nobiſcum ad ſacras Agapes, &c. Cum autem ſic eos ad ſua contubernia pertraxerunt, erroneam illis doctrinam expandunt, quàm illis per multa & varia luxuriæ & voluptatum delinimenta confirmant: vel (vt Hieronymus [f] legit hunc locum) *indoctos facilè illecebris carnis irretiunt.* Et ſic (vt idem pater alibi [g] legit) *pellicient in deſiderijs carnis, qui paululum effugerant, & ad errorem reuerſi ſunt.* D

b Verſ. 8.
c Verſ. 10.
d Verſ. 12.
e Verſ. 13.

C

f 1. contr. Iouin.
g 1. contr. Iouin.

Et os eorum loquitur ſuperba. Græcè ὑπέρογκα, quo etiam vocabulo vſus eſt Petrus addens ματαιότητος· quorũ prius importat tumida ſupra modum ac turgida, elata, faſtuoſa, intolerabilia, grauia, magnifica: poſterius autem vacuitatem, inanitatem, vanitatem Emphaſim quoq; habet apud Petrum participium φθεγγόμενοι, quod ſignificat reſonantes, vociferantes, ſonum ſiue fructu emittẽtes: vt non ſolum iſti dicãtur ampullata

verba

Digitized by Google

verba proferre, ſed etiam ea in vocis contentione & clamore emittere. Vnde Hieronymus [a] iſta verba Iouiniano applicans, *Deſcripſit*, inquit, *ſermo Apoſtolicus Iouinianũ loquentem buccis timentibus & inflata verba trutinantem.* Lectio Syriaca habet, *os eorum loquitur ſtupenda*: Arabica verò, *implicant in maximis ora ſua*, vt ſimplices & idiotæ quæ non intelligunt admirantes talia loquentibus fidem & reuerentiam adhibeant: & hoc eſt quod de Simone Mago ſcribitur, *Vir autem quidam nomine Simon, qui ante fuerat in ciuitate Magus, ſeducens gentem Samariæ, dicens ſe eſſe aliquem magnum. Cui auſcultabant omnes*

B *vſque ad maximum, dicentes: Hic eſt virtus Dei, quæ vocatur magna.* [b] Quàm magnificè de ſe & ſentiret & prædicaret, ſcribunt Iuſtinus, Epiphanius, Philaſtrius, Euſebius, Damaſcenus, Theodoretus, & alij: inſuper Hieronymus [c] refert, eum dixiſſe, *ego ſum ſermo Dei, ego ſum ſpecioſus, ego Paracletus, ego Omnipotens, ego omnia Dei.* Nomen quoquè *Gnoſticorum*, hoc eſt, ſcientia præditorum, quod eius ſectatores ſibi aſſumpſerunt, ſatis prodit eorum ſuperbiam & vanitatem. Duobus igitur modis iſti hæretici indoctos & ſimplices ad ſe trahebant; verbis nempe & operibus. Primò modo vel ſe ſcientia magna ac virtute

C iactando præditos, aut de altiſſimis ac profundiſſimis coram populo diſſerendo & prædicando. Altero modo turpia quæque & horrenda in omni genere luxuriæ palam & impudenter patrando ſcelera, alioſque ad illa prouocando.

Mirantes perſonas, quæſtus cauſa. Non tantùm per ſuperbam ſui iactantiam, ac per carnis delicias ad ſe pelliciunt ſimplices & indoctos, ſed etiam magna cum aſtutia eos, qui alicuius ſunt dignitatis, nobilitatis excellentiæ, vel etiam doctrinæ ac virtutis per aſſentationem, adulationemque pertrahunt ad ſuam ſectam ficta cum admiratione ac ſtupore exaltando in eis inge-

D nium, ſcientiam, pietatem, prudentiam, nobilitatem, fortitudinem, ſimiléſque corporis & animæ dotes. Talis eſt enim vis verbi θαυμάζειν, quod obſeruantia cultuq; proſequi, ſuſpicere, magni facere in pretio habere aliquem ſignificat: quo etiam ſenſu Latini vſurpant verbum *mirari*.

——*Qui ſe mirantur in illis*
Virus habe. [d]

Id eſt, qui ſeipſos laudãt, aut ſibi complacent, digni ſunt, quos

Hh

a l. contr. Iouin.
Simonis Magi verba faſtuoſa.
b Act 8.9. 10
c in cap. 24. Matth.
Gnoſticorum inſignis arrogantia.
Perſonas mirari quid ſit.
d Martial. l. 13. epigr. 2.

canum fidei Chriſtianæ in conſcientia pura, illudque puris mentibus &, manibus populo adminiſtrent. In eodem ergo ſenſu quo Paulus Euchariſtiam vocat *illud myſterium fidei*, & vſque nunc fideles κατ' ἐξοχὴν, *ſanctum Sacramentum*, B. Iacobus item Apoſtolus, Chriſtique cognatus ſanctiſſimus appellat *gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti*, fidem autem illud myſterium apprehendentem, tanquam altiſſimam vocat *fidem gloriæ noſtri Ieſu Chriſti*.

Quartò, idem Iacobus dicens, *ſi introierit in conuentum veſtrũ*, &c. non profanum aut ciuilem aliquem cœtum intelligit, ſed ſacrum & eum in quo exercebatur *fides gloriæ Domini noſtri Ieſu Chriſti*, nempe Agapen, ſanctamque Synaxim, ad quam celebrandam ſingulis diebus Dominicis fideles conueniebant ad percipiendam Euchariſtiam: & talis conuentus, vel eius locus appellatur nunc ſυναγωγὴ, Synagoga, cùm de fideliũ conuentu ſit ſermo, licet paſſim de priſcis Iudæorum cœtibus hoc nomen intelligatur. Quod fieri potuit ſicut cum aliquo adiuncto in vtramque partem ſumi nomen Eccleſiæ poteſt: dicitur enim *Eccleſia malignantium*,[b] & *Eccleſia ſanctorum*,[c] & nomen *Eccleſia* aliquando pro antiqua ſynagoga vſurpatur.[d] Quintò, oſtendit B. Iacobus in iſtis ſacris conuentibus quoſdam fuiſſe qui *mirantes perſonas* intendebant in eos, qui præclaris veſtibus induebantur; vel potiùs tacitè vellicat noſtros pſeudoapoſtolos, in quorum ſynagogis erant huiuſmodi adulatores, perſonarumque miratores. Quodquidem vitium Iacobus fideles hortatur, vt caueant.

a in Pſal. 81. & in epiſtola ad Rom.

b Pſ. 25. 5.

d Act. 7. 38.

Sextò, oſtendit primis illis temporibus pauperes ſimul cum nobilibus ac diuitibus nullo habito delectu, & ſine perſonarũ acceptione ad ſacrã menſam admiſſos fuiſſe. De quo ſic Chryſoſtomus:[e] *Ad ſuam ſpiritualem menſam eos vocare, & illud cõmunicare conuiuium non dedignatur: ſed claudus & mutilus, ſenex & pannoſus, ſordidus & mucoſus, cum iuuene pariter ſpecioſo, & ipſo purpurã induto, & in capite diadema geſtante, futurus menſæ particeps venit, & ſpirituale petit conuiuium, & iiſdem ambo fruuntur, nec vlla eſt differentia; & Chriſtus quidem eos ad menſam cum Rege ſimul vocare non dedignatur, pariter enim ambo vocantur.* Hæc Chryſoſtomus, oſtendens quanta olim in Agapibus fuerit Chriſtianorũ cum charitate ſimplicitas: ad quam

e Hom. 18. ad pop. Ant.

In Synaxi Chriſtianorũ quanta olim reluxerit cũ charitate ſimplicitas.

conſeruandam B. Iacobus prædictam ſcripſit ſententiam. Iudas autem loqui perſeuerans de pſeudoangelis & hæreticis, ſiue dicat eos murmuratores & queruloſos, ſuperba loquentes, pellicientes in deſideriis carnis alios, ſiue vocet eos mirantes perſonas, iſta omnia ab eis patrari intelligit in ſynaxibus, vel fideliũ, antequam ab eis diſcederent, vt conſtat de murmure Græcorum, vel in ſuis poſtquam diſceſſerunt, vt conſtat ex iis quæ ſæpiùs ante dicta ſunt.

Quæſtus cauſa. Plerumque Apoſtolus hoc in Eccleſiæ miniB ſtris & diſpenſatoribus myſteriorum Dei, aut reprehendit vitium, aut vt illud fugiant, hortatur, ſiue Timotheo [a] ſcribat, vt diaconi *non turpe lucrum ſectentur*: ſiue moneat, vt Epiſcopus *non ſit turpis lucri cupidus:* [b] ſiue de iſtis hæreticis aut ſimilibus dicat: *Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui & ſeductores, maximè qui de circunciſione ſunt, quos oportet redargui, qui vniuerſas domos ſubuertunt docentes, quæ non oportet turpis lucri gratia.* [c] Petrus quoque eoſdem hortatur, vt *paſcant gregem Dei prouidentes non coactè, ſed ſpontaneè ſecundum Deum, neque turpis lucri gratia.* Cum quo eodem Petro [e] tales in Eccleſia *negotiatores* vocare poſſumus, & qui *lucra ſæculi in Chriſti quæ-* C *runt militia*, vt loquitur Hieronymus, [f] *pluſque habent, quàm quando clerici eſſe cœperunt, & ſuſpirat eos Eccleſia diuites, quos mundus tenuit antè mendicos.* In mercenarios iſtos multo plura adhuc dici poſſent allatis teſtimoniis Michææ, [g] Ieremiæ, [h] Eſaiæ, [i] & aliorum: nec deeſſent auaritiæ iſtius exempla permulta in Hęreſiarchias, de quibus meminerũt Ignatius, [k] Irenæus, [l] Auguſtinus, [m] Optatus, [n] & Euſebius, [o] vt æui noſtri omittam hæreticos. Quintilianus [p] docet, procul abominandam negotiationem, etiam à mediocriter improbis admonens abeſſe debere: longè honeſtiſſimum pronunciat ac liberalius diſci- D plinis, & illo quem exigat ipſe animo ab oratore digniſsimum non vendere operam nec eleuare: tanti beneficij autoritatem, cùm pleraque hoc ipſo poſſunt videri vilia, quod pretium habeant.

a 1. Epiſt. 3. 8.
b Tit. 1. 7.
c Ibid. v. 11.
d 1. Epiſt. 5. 2.
e 2. Epiſt. 2. 3.
f Epiſt. 2. & 3.
Mercenarii in Eccleſia pernetioſi.
g cap 3. 5.
h cap 6. 13.
i cap 56. 11.
k Epiſt. 3.
l lib 1. c. 1. & 9.
m 1. contr. lit. Petil. c. 24.
3 contr. c. 42.
n cõt Parm.
o 5. Hiſt c. 26.
p 2. Inſtit. c. 7.

Cornelius, a Alcaſar, [b] Suarez, c Viegas, [d] Yſtella, [e] Maluenda, [f] Pamelius, [g] Mendoza, [h] & Feuardentius, [i] aſſerentes fidei quoque repugnare. Sed quod ei non repugnat, vel ad eam non pertinet, teſte Auguſtino, [k] nec inueſtigare neceſſarium putat Chryſoſtomus [l] negans extare in ſcriptura, eſt, quem in locum facta ſit tranſlatio: quaſi non agnoſcens (quod forſitan additum fuit editioni noſtræ Latinæ) nomen *paradiſi*, ad quem in Eccleſiaſtico [m] Enoch tranſlatum legimus: ni fortè (vbi legi aliquando potuit, *Henoch placuit Deo & tranſlatus eſt in paradigma, vt det gentibus pœnitentiam*) B pro paradigma (quaſi dicat, in exemplum) paradiſum, vel in paradiſum ſenſim irrepſerit.

a Ibid.
b in Apoc. 11 not 6.
c 3 par. 10. 2. d. 55.
d in Apoc 11.
e in Geneſ. 18.
f 9. de Anti Chriſ. & de parad. c. 87.
g in Tert.
h in quodlibet.
i in Irenæ lib. 4. cap. 3.

Aſt quid nunc agat Enoch adhuc ſuperſtes vbicúmque ſit: reſpondet B. Gregorius [n] eum in magna carnis & ſpiritus tranquillitate viuere, ſoli vacare Deo intelligendo, diligendo, fruendo: quod & de Elia putandum eſt, & vtrúmque in gratia confirmatum dubitari nequit, & inordinatos fomitis motus non habere, nec illam corporis corruptionem, quæ aggrauat animam, ſenſúmque deprimit, vt perpendit Bernardus: illis tamen non conceditur, nec vlli homini non mortuo, ne ad tempus quidem; non Moyſi, non Paulo videre Dei eſſentiam aut comprehendere, iuxta tutiorem ſententiam. C Poſito autem quod Henoch non ſit mortuus, fide credi debere, quodque non ſit immortalis: omnino certa videtur illatio de reditu in hunc mundum: & præterea iuxta plurium conſenſum ac veluti traditionem, propterea nondum obijſſe, nec Eliam, quia vtérque Antichriſti tempore venire debeat vt prædicet pœnitentiam, iuxta citatum Eccleſiaſtici locum, & martyrio moriatur.

k Vbi ſup.
l Hom. 21. in Geneſ. cap. 5. & Hom. 22. in epiſt ad Hebr.
m Cap. 44. 15.
Nomen paradiſi apud Eccleſiaſticum non agnoſcit Chryſoſtomus. forte legendum paradigma.
n Hom 29. in Euang.

Ecce venit Dominus in ſanctis millibus ſuis. Diuerſa admodum eſt huius loci lectio. Græcè quidem, ἐν μυριάσιν ἁγίαις αὐτοῦ. D *In millibus ſanctis ſuis.* In alijs codicibus præponitur ἁγίαις, *in ſanctis millibus ſuis.* Quidam habent, ἐν μυριάσιν ἁγίων ἀγγέλων αὐτοῦ. *In millibus ſanctorum Angelorum ſuorum.* Quo pacto ſub nomine nunciorum legit S. Cyprianus. [o] *Ecce venit cum multis millibus nuntiorum ſuorum.* Similiter habet S. Ephrem. Arabicè verò legitur, *in millibus millibus de*

o Ad Nouatianum.

Digitized by Google

A *Angelis ſuis ſanctis.* Quæ duæ poſteriores lectiones reſpexiſſe videntur ad nomen *μυρίας*, quod decies millenarium numerum ſignificat, & pluraliter *δύο μυριάδες* viginti millia, & ſic deinceps; ita vt propriè vertendum eſſet, *Ecce venit Dominus in decem millibus ſanctis ſuis.* Qui numerus certus licet pro incerto & interminato poſitus intelligatur, ſenſum tamen reddit ingratum magis quàm quod ſimpliciter legimus *in millibus ſanctis ſuis.* Vnde fit probabile, ſi B. Iudas primò ſcripſit Hebraicè, eundem ſeruaſſe loquendi modum, quo, propter magnam in tota terra ſancta prophetarum multitudinem, de ijſdem ſub nomine Angelorum dicitur in libro
B Iob. [a] *Si fuerit pro eo Angelus loquens, vnus de millibus* (Hebr. אֶחָד מִנִּי-אָלֶף *Ebhad minni aleph, vnus ex mille)* vt *annunciet hominis æquitatem,* &c. Vel ſi, vt nuper diximus, Eſaiæ prophetæ de aduentu iudicis Chriſti ſententiam ſequutus eſt, quod Eſaias de venturis cum eo ſenibus & principibus per voces זְקֵנִים *zekanim* & שָׂרִים *ſaraim* expreſſit, facilè per nomen אֲלָפִים *Alaphim* intelligere voluerit: quod cùm propriè & chiliarchos, ſeu duces, mille virorum, & numerum millenarium ſignificet, facile tranſlator ſecundam eligens
C notionem, ad maiorem emphaſim dictum nomen vertit per *μυριάσιν*. Quod ergo in ſenſu Eſaiæ B. Iudas dixiſſe facile eſt, *Ecce venit Dominus in ſanctis chiliarchis ſuis*, intelligendo de chiliadibus Angelorum, per nomen *μυρίας* (licet minùs propriè quàm per *χιλιάς*) transferri potuit *in ſanctis millibus ſuis.* Hæc autem noſtra coniectura tantò fit probabilior, quantò prioribus mundi ſæculis nomen אֲלָפִים *Alaphim* pro ducibus, chiliarchis & principibus vſitatiſſimum erat, vt ex dictis alibi, [b] facile colligitur. Vnde S. Henoch ſponte ſuam per illud facilè potuit explicare mentem. Sed prior interpretatio
D ſimplicior eſt.

Porrò, B. Iudas opportunè adfert teſtimonium Henoch, qui ſuo tempore Cain futurum negantis iudicium hac ipſa ſententia tanquam diuino decreto proſtrauit hæreſim, quam iſti poſtea Simoniani, eorúmque ſequaces Borboritæ refricarunt. Sed optimè Iſidorus Peluſiota [c] demonſtrat ex euentis multarum Chriſti prædictionum, neceſſariò fatendum, veram

[a] Cap. 33. 23.

[b] Ante leg. lib. 2. cap. 2.

[c] Lib. 1. epiſt. 157.

Digitized by Google

Extremum ac generale iudicium futurum eſſe ipſa ratio exigit.

eiuſdem eſſe de iudicio: idque multò magis, quoniam & ratio perſuadet, & ipſi philoſophi multi conſentiunt, conuicti prouidentiæ diuinæ, atque iuſtitiæ neceſſitate; quæ duo argumenta myſterijs alijs obſcurioribus non æquè adſunt. Itáque generale iudicium exigit Dei iuſtitia, ſapientia, honor, & alia attributa, quæ palàm omnibus ac publice manifeſtari decet. De Chriſto iudice ſunt illa verba, *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Omnipotens*, [a] *qui erat, & qui eſt & qui venturus eſt*, venturus videlicet ad iudicium, vt quibuſdam placet: qui inde colligunt, quàm crebro mortalibus futuri iudicij ſit ingerenda mentio maximéque ab Eccleſiaſte Chriſtiano. B

a Apoc 4. 8.

Facere iudicium contra omnes. Nam, *cuncta quæ fiunt adducet Deus in iudicium pro omni errato, ſiue bonum, ſiue malum illud ſit.* [b] Si tamen ab illa generali ſententia, quam paulò ante expoſuimus etiam de iuſtis, demas eos, qui nullum admiſerunt actuale peccatum, qualis B. Virgo, pueri, & perpetuo amentes, præſtat de cæteris fateri dictam diſcuſſionem ſeu publicam bonorum cum laude & malorum cum vituperatione operum declarationem: quoniam Scripturæ [c] magis id præ ſe ferunt, pluréſque ex ſcholaſticis ita ſentiunt: & in hoc ſenſu Chriſtus *facturus eſt iudicium contra omnes & ipſas iuſtitias iudicabit.* [d] C

b Eccl. 12. 14.

c Daniel 7. 26. Apocal. 20. 12. Matth. 25. 31. & ſeq. 2. Cor. 5. v. 10. Rom. 14. 10

Et arguere omnes impios, de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impie egerunt. Docent iſta verba ferendum eſſe iudicium de cunctis operibus iuxta illud, *Et cuncta quæ fiunt adducet Deus in iudicium pro omni errato, ſiue bonum, ſiue malum illud ſit.* [e] Quibus & alijs S. Scripturæ paſſim occurrentibus ſententijs per ſe forma iudicij denotatur, quæ conuenit adultis, non tamen de alijs negant, ſed innuunt potiùs, quando tradunt omnes manifeſtandos ante tribunal Chriſti, [f] tum magnos, tum puſillos; [g] & per ea quæ quiſque geſſerit, ſeu opera, poſſunt quoque modo intelligi media omnia per quæ ſaluari poſſunt homines aut damnari. Angeli qui ſunt ſpiritualis ſubſtantiæ non pertinent ad hunc locum: & ipſi tamen aderunt, ac fortaſſis iudicabuntur diſcuſſionis iudicio, vt quidam [h] ex recentioribus pro- D

d Pſal. 74. 3.

e Eccle. 12. 14.

f 2. Cor. 5. 10. Rom 14. 10

g Apocal. 20. 12.

h Suarez 3. part. diſp. 57. ſect. 6.

Digitized by Google

bat: quamuis in Symbolo profiteamur tantùm id quod eſt certum nobíſque neceſſarium de Chriſto venturo iudice viuorum & mortuorum.

Et omnibus duris quæ locuti ſunt contra Deum peccatores impij. Illa nominis *impiorum* ſeu impietatis quater facta repetitio zelum denotat Apoſtoli & iuſtam contra huiuſmodi ſceleratos homines indignationem qui ſine pietate ſunt: iuxta diſcrimen poſitum ab Oecumenio inter ἁμαρτωλὸν & ἀσεβῆ peccatorem & impium; quod *impius habet circa Deum peccatum: peccator autem circa ea quæ ſecundùm vitam aguntur, à iu-* B. Iudæ zelus in eius verbis aperte denotatur.

B *ſtitiæ ſcopo receſſum.* Meritò etiam hîc Lorinus ponderat vim græcæ vocis σκληρῶν, quæ duritiem importat, non quamlibet, ſed quæ ex ariditate contrahitur: quam moraliter habent hi, quorum cor induratum eſt, & quorum anima dici poteſt ſine aqua Deo, [a] ſiue coram Deo: quia humore gratiæ (adde deuotionis) deſtituuntur. Idem author dura ab impijs contra Deum prolata putat præcipuè ab Apoſtolo noſtro intelligi de blaſphemijs, quas in Chriſtum & Deum euomuerunt Iudæi, vt ſcribunt Euangeliſtæ, & à primis illis hæreticis Irenæus, Iuſtinus, Epiphanius aliíque toties citati. Et

a Pſal. 142. 6.

C Iudas ipſe ab his negatum Chriſtum ſcripſit: volens, vt Adamus notat, tales reſtrictè intelligere per peccatores impios, cùm hîc proximè antè generaliùs omnes comprehendiſſet. Sic Lorinus & bene; præſertim de Simonianorum in Chriſtum eiuſque maieſtatem blaſphemijs ſupra notatis.

D

Digitized by Google

B. Iudas.	B. Petri Epiſt. 2. Cap. 2.
Verſ. 16. *Hi ſunt murmuratores, querulosi, ſecundum deſideria ſua ambulantes, & os eorum loquitur, ſuperba, mirantes perſonas quæſtus cauſa.*	Verſ. 18. *Superba enim vanitatis loquentes, pelliciunt in deſiderijs carnis luxuriæ eos, qui paululum effugiunt, qui in errore conuerſantur.*

B

PRoſequitur B. Iudas pſeudoangelorum notas, peſſimáſque qualitates, alludens (vt cenſeo) ad illud quod *factum eſt murmur Græcorum* (propriè Græcizantium) *aduerſus Hebræos eo quod deſpicerentur in miniſterio quotidiano viduæ eorum.* [a] Ex iſta enim murmuratione & querimonia initium ſumpſit magnum ſchiſma, vel potiùs, quod inter doctores aliquandiu latuerat, apparuit: quo qui Biblia Hebraica in ſuo fonte legere, quàm Septuaginta verſione vti malebant, alios, quos ἑλληνιστὰς vocabant, in multis deſpicere videbantur: Inde factum eſt, vt Simon Magus (qui teſte B. Clemente [b] Græcis literis C apprimè eruditus erat, & ſuper omnes ſuperbiſſimus) Græcizantium partes ardenter amplexus Græcorum Bibliorum & Ionici idiomatis dignitatem mordicus aduerſus Hebraizantes deffendendam ſuſceperit: idque mirabili prorſus ſtratagemate, quo finxit mulierem, quam ſecum ducebat nomine Hellenam (id eſt Græcam) illam eſſe, quæ ſe, ſicut priſcos omnes prophetas, Eccleſiæque doctores ſacra & altiſſima myſteria docuerat. De quo nos antea. [c] Itáque prædictus viduarum Græcarum deſpectus non tam fuit quia magis rudes eſſent, vt exponunt Chryſoſtomus, Beda, & Lyranus: quàm ex latente præ- D dicto inter doctores ſchiſmate: cuius vtráque pars tam viros quàm mulieres etiam diaconiſſas habebat, quales erant illæ quæ in Euangelio [d] Domino miniſtraſſe dicuntur, & poſtea Apoſtolorum *ſorores* [e] vocabãtur, vt omnes expoſitores paſſim interpretantur & Tertullianus, [f] Auguſtinus, [g] atque Hieronymus: [h] qui [i] item obſeruat & poſt eum Beda, & Gloſſa ordinaria, [k] *Quod conſuetudinis Iudaicæ fuit, nec ducebatur in culpam*

a Act. 6. 1.
b 1. Recognit.
Simon Magus Græcizantium partes obnixè tuebatur aduerſus Hebræos, & quanam id arte fecerit.
c de Eccl. poſt leg. cap 6.
d Matth. 27. 55.
e 1. Cor. 9. 5.
f lib de Monog. cap. 8.
g lib. de operib monach. cap. 4.
h 1. contr. Ionia.
i In Matth. cap. 27.
K Luc. cap. 8.

Digitized by Google

A *more gentis antiquo, vt mulieres de ſubſtantia ſua victum atque veſtitum præceptoribus miniſtrarent.* Sed quia hoc ſcandalum facere poterat in nationibus (vt ſanè tunc adhuc faciebat illa Simonis Hellena, quam iuxta prædictum morem, & ſicut veri Chriſti Apoſtoli faciebant, ſecum ducebat) Paulus eas abieciſſe ſe memorat.[a] Viderat quoque Paulus, Apoſtolos, occaſione dicti murmuris Græcorum aduerſus Hebræos, pro mulieribus Diaconiſſis viros in Diaconos ſapientiſſimè ſubſtituiſſe.[b] Quam ordinationem Simon Magus contemnens, iterum perſtat mulierem ſecum ducere.

Mulieres in officio ſorores poterant Apoſtoli ſecum ducere.

a 1 Cor 9. 12.

b Act 6.

Sensim tamen ab eis ablegatæ fuerunt.

B Sed vt ad noſtros Simonianos reuertamur, qui nunc murmuratores ac querulosi dicuntur; ſenſum quem dedimus valde confirmat non ſolùm coniunctio iſtorum duorum nominum γογγυςαὶ μεμψίμοιροι *murmuratores queruloſi*, nec non verſio Syriaca, *Hi ſunt qui turbant, & conqueruntur in omni re:* ſed etiam tranſlatio Arabica, *Et hi iſti nobis* (Apoſtolis ſunt) *prouocantes ſuper vos reatus*. Indicat enim murmurationem fuiſſe, quòd excogitarent crimina, quæ Apoſtolis obijcerent, vt potè perſonarum acceptionem in eo quod *viduæ Græcorum deſpicerentur in miniſterio quotidiano*. Sic, quos minæ, flagelláque
C robuſtiores & caritate coniunctiores reddiderant, eorum tantam illam concordiam turbare, atque ſchiſmate diſcindere zizaniorum ille ſeminator[c] capitalis inimicus Eccleſiæ conatus eſt.

c Matth. 13. 25.

Vbi animaduertenda eſt infirmitatis humanæ conditio, & quàm parum nos nobis ipſis fidere poſſumus: cùm primitias illas Spiritus corrumpere ambitio & tot myriadum cor vnum & animam infringere leui ex cauſa conceptum murmur potuerit: quod profectò & magis mirandum eſt, quòd tot ac tam graues perſecutiones pro Chriſto toleratæ, tam rigida rerum
D omnium abdicatio, adeo crebra verbi diuini & ſacramentorum vſurpatio murmur iſtud impedire non potuerunt: & illa ſcintilla tantam hæreticorum ſyluam per vnum Simonem accendere valuit. Nimirum, ſolent qui vitam ſeueriorem magíſque ſpiritualem profitentur, propriæ fiduciæ pleni & exiſtimationis interdum huiuſmodi vitijs laborare; qua non poſſunt in multitudine tam exactè omnia fieri, vt ſuperiores omnibus placeant: & deinceps obſeruare eſt, tum in ipſo Eccleſiæ pro-

Murmurationis vitium ſæpe inter viros religioſiores diſſeminatur à Satana.

Digitized by Google

 A

ceſſu, tum in ordinibus religioſis, tum in omni alio conuentu ſacro & politico natam plerumque perturbationem & confuſionem ex multitudine, vt iſtud murmur initium habuiſſe dicitur *creſcente numero diſcipulorum.* [a]

a Act. 6.1.

Secundum deſideria ſua ambulantes. Hoc generaliùs dictum referri videtur ad illa quę diſtinctiùs expreſſit dicens, quòd *carnem maculabant,* [b] *quæcúmque naturaliter tanquam muta animalia norunt in his corrumpuntur,* [c] *quod ſunt in Agapis ſuis maculæ,* [d] *deſpumantes confuſiones ſuas,* &c. [e] Petrus tamen aliquid ſpecialius & quod ad hiſtoriam facit, nobis miniſtrare videtur, cùm ait, *pelliciunt in deſiderijs carnis luxuriæ eos, qui paululum effugiunt, qui in errore conuerſantur.* Quibus quadrarent verba B Iudæ, ſi legeremus quod in nonnullis Græcis codicibus additur τῇ ἀσεβείᾳ τῇ παρανομίᾳ. *Secundum deſideria ſua ambulantes impietate & iniquitate:* niſi quod Petrus videtur clariùs exprimere quæſit illa impietas & iniquitas. Nempe, iſti pſeudoangeli, vt meliùs alios ad ſuas turpitudines attrahant, illos præſertim ex fidelibus alloquuntur & ineſcant, quos vident paululum effugere conuerſationem errantium in fide & vera doctrina: ac ſi dicerent illis: O boni homines & ſimplices, quid iſtos fugitis, & ſenſim ab eorum familiaritate & commercio abſtrahitis vos, ac ſi in errore verſarentur? valde hallucinamini, non enim ſunt in errore, aut falſam doctrinam ſectantur, ſed optimam: vt autem quod dicimus verum eſſe comperiatis, venite nobiſcum ad ſacras Agapes, &c. Cum autem ſic eos ad ſua contubernia pertraxerunt, erroneam illis doctrinam expandunt, quàm illis per multa & varia luxuriæ & voluptatum delinimenta confirmant: vel (vt Hieronymus [f] legit hunc locum) *indoctos facilè illecebris carnis irretiunt.* Et ſic (vt idem pater alibi [g] legit) *pellicient in deſiderijs carnis, qui paululum effugerant, & ad errorem reuerſi ſunt.* D

b Verſ. 8.
c Verſ. 10.
d Verſ. 12.
e Verſ. 13.
C
f 1. contr. Iouin.
g 2. contr. Iouin.

Et os eorum loquitur ſuperba. Græcè ὑπέρογκα, quo etiam vocabulo vſus eſt Petrus addens ματαιότητος· quorũ prius importat tumida ſupra modum ac turgida, elata, faſtuoſa, intolerabilia, grauia, magnifica: poſterius autem vacuitatem, inanitatem, vanitatem Emphaſim quoq; habet apud Petrum participium φθεγγόμενοι, quod ſignificat reſonantes, vociferantes, ſonum ſiue fructu emittẽtes: vt non ſolum iſti dicãtur ampullata verba

verba proferre, ſed etiam ea in vocis contentione & clamore emittere. Vnde Hieronymus[a] iſta verba Iouiniano applicans, *Deſcripſit*, inquit, *ſermo Apoſtolicus Iouinianũ loquentem buccis timentibus & inflata verba trutinantem.* Lectio Syriaca habet, *os eorum loquitur ſtupenda:* Arabica verò, *implicant in maximis ora ſua*, vt ſimplices & idiotæ quæ non intelligunt admirantes talia loquentibus fidem & reuerentiam adhibeant: & hoc eſt quod de Simone Mago ſcribitur, *Vir autem quidam nomine Simon, qui ante fuerat in ciuitate Magus, ſeducens gentem Samariæ, dicens ſe eſſe aliquem magnum. Cui auſcultabant omnes vſ-*
B *que ad maximum, dicentes: Hic eſt virtus Dei, quæ vocatur magna.*[b] Quàm magnificè de ſe & ſentiret & prædicaret, ſcribunt Iuſtinus, Epiphanius, Philaſtrius, Euſebius, Damaſcenus, Theodoretus, & alij: inſuper Hieronymus[c] refert, eum dixiſſe, *ego ſum ſermo Dei, ego ſum ſpecioſus, ego Paracletus, ego Omnipotens, ego omnia Dei.* Nomen quoquè *Gnoſticorum*, hoc eſt, ſcientia præditorum, quod eius ſectatores ſibi aſſumpſerunt, ſatis prodit eorum ſuperbiam & vanitatem. Duobus igitur modis iſti hæretici indoctos & ſimplices ad ſe trahebant, verbis nempe & operibus. Primò modo vel ſe ſcientia magna ac virtute
C iactando præditos, aut de altiſſimis ac profundiſſimis coram populo diſſerendo & prædicando. Altero modo turpia quæque & horrenda in omni genere luxuriæ palam & impudenter patrando ſcelera, alioſque ad illa prouocando.

a 1. contr. Iouin.

Simonis Magi verba faſtuoſa.

b Act. 8. 9. 10

c in cap. 24. Matth.

Gnoſticorum inſignis arrogantia.

Mirantes perſonas, quæſtus cauſa. Non tantùm per ſuperbam ſui iactantiam, ac per carnis delicias ad ſe polliciunt ſimplices & indoctos, ſed etiam magna cum aſtutia eos, qui alicuius ſunt dignitatis, nobilitatis excellentiæ, vel etiam doctrinæ ac virtutis per aſſentationem, adulationemque pertrahunt ad ſuam ſectam ficta cum admiratione ac ſtupore exaltando in eis inge-
D nium, ſcientiam, pietatem, prudentiam, nobilitatem, fortitudinem, ſimiléſque corporis & animæ dotes. Talis eſt enim vis verbi θαυμάζειν, quod obſeruantia cultuq; proſequi, ſuſpicere, magni facere in pretio habere aliquem ſignificat: quo etiam ſenſu Latini vſurpant verbum *mirari.*

Perſonas mirari quid ſit.

——— *Qui ſe mirantur in illis*
Virus habe.[d]

Id eſt, qui ſeipſos laudãt, aut ſibi complacent, digni ſunt, quos

d Martial. l. 13. epigr. 2.

a Rom. 16. 17.

ludibrio, riſu, vel ſanna proſequaris. Sine dubio Paulus[a] hos ipſos hæreticos carpit, cùm ait: *Rogo autem vos fratres, vt obſeruetis eos, qui diſſenſiones & offendicula præter doctrinam, quam vos didiciſtis, faciunt, & declinate ab eis. Huiuſmodi enim Chriſto Domino noſtro non ſeruiunt, ſed ſuo ventri, & per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentiũ.* Vbi pro *dulces ſermones*, Græcè habetur διὰ τῆς χρηστολογίας, à nomine χρηστὸς, quod eſt vtilis, vt ſit ſenſus, per laudationes & congratulationes, quibus aliquos exaltabant, quod Eccleſiæ, vel pauperibus, aut aliis valde vtiles eſſent.

Perſonarum acceptionis vitium etiam inter primos fideles olim vigebat.

Quod vitium ad perſonarum acceptionem reducitur, quæ primis illis Apoſtolorum temporibus etiam inter fideles nimiùm viguiſſe, præſertim in ſynaxibus, publiciſque conuentibus, qui fiebant ad celebrandam Agapen, patet ex Apoſtoli verbis, quibus reprehendit nobiles & diuites, qui primi ad cœnam Dominicam venientes non expectabant pauperes, ſed ad libitum decumbentes quæ parata erant & appoſita comedebant & bibebant vſque ad ebrietatem: pauperes autem cùm veniebant, nihil ampliùs reperientes famem & eſuriem patiebantur. *Conuenientibus vobis in vnum, iam non eſt Dominicam cœnam manducare: vnuſquiſq; enim ſuam cœnã præſumit ad manducandum, & alius quidem eſurit, alius autem ebrius eſt. Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum, aut Eccleſiam Dei contemnitis, & confunditis eos qui non habent.* Hanc autem in ſacro conuentu, ſeu ſynaxi perſonarum acceptionem reſcindere, volens Apoſtolus, addit cõcludens: *Itaque fratres mei dum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Si quis eſurit, domi manducet, vt non in iudicium conueniatis.*

b in Epiſt Iacob. c. cap. 2. 1. & ſeq.

Alia fuit tunc in illis ſacris fideliũ conuentibus, liturgiiſque perſonarum acceptio, ac propriè (vt nunc loquitur Iudas) miratio: quam ego comperio in iſtis Iacobi Apoſtoli[b] noſtrique Iudæ germani verbis notatu digniſſimis: *Fratres mei nolite in perſonarũ acceptione habere fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti gloriæ. Etenim ſi introierit in conuentum veſtrum vir aureum annulũ habens in veſte candida, introierit autem & pauper in ſordido habitu: Et intendatis in eum (mirantes perſonã,* vt nunc loquitur Iudas) *qui indutus eſt veſte præclara* (quam & pro ſua dignitate, & in die ſynaxis Dominica induerat) *& dixeritis ei: Tu ſede hîc bene: pauperi autem dicatis, Tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabello pedum*

micorum: nonne iudicatis apud voſmetipſos, & facti eſtis iudices cogitationum iniquarum. Si autem perſonas accipitis, peccatũ operamini, redarguti à lege quaſi tranſgreſſores.

Quæ verba, vt intelligamus, quædam breuiter ſunt prælibanda. Et primò ad quid ea protulit Apoſtolus: nempe, vt hoc exẽplo probet quod pluribus ſtatim oſtendit, fidem ſine charitate, cui acceptio perſonarũ contraria eſt, non ſufficere ad ſalutem. Secundò, charitatem commendare volens, quos alloquitur vocat *fratres*, ſicut nuper Paulus fecit cùm ſchiſmata quę erant inter Corinthios & acceptionẽ perſonarũ vult abſcindere. Tertiò, etiam de fide loqui volens, vnum præ cæteris noſtræ fidei myſteriis excellentiſſimũ & profundiſſimũ eligit, nempe Euchariſtiæ, cuius fidem vocat *fidẽ gloriæ Domini noſtri Ieſu Chriſti* (vt fert lectio Syriaca) iuxta illa quæ antea [a] diximus, nomen Græcũ δόξα, ſumi pro Euchariſtia. Eodem prorſus nunc modo, quo olim propitiatoriũ in quo præcisè Deus adorabatur & nomen, & facies, [b] & gloria [c] Dei vocabatur. Item nubes in qua loqui & apparere ſolebat. [d] Ita ſpecies, quas vocamus Sacramentales, vel Sacramentũ Euchariſtiæ, quod totum Chriſtũ realiter cõtinet, à B. Iacobo diceretur *Gloria Domini noſtri Ieſu Chriſti*: actus verò mentis per fidem directus in illam, aut ipſius fidei erga illã habitus vocaretur *fides gloriæ Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

Vnde, quia fides quæ hoc omnium myſteriorum altiſſimum apprehendit excellentiſſima eſt, ideo hoc Sacramentũ præ cęteris ab Eccleſia *myſterium fidei* nominatur in canone Miſſæ, in hoc ei præeunte Paulo Apoſtolo, [e] qui exigit ab eis, qui ſunt Dominici ſanguinis diſpenſatores, nempe Diaconis, vt non niſi puri, & in ſtatu gratiæ habeant, id eſt, teneant & conſeruent iſtud myſteriũ. *Diaconos ſimiliter pudicos*, inquit, *non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum ſectantes, habentes myſterium fidei in conſcientia pura.* Ita hunc locum de Euchariſtia rectiſſimè interpretãtur neoterici, vt Catharinus, Heſſelius, Magalianus, Soto maior. Hæc enim à Dionyſio, Chryſoſtomo, Cyrillo, Baſilio, aliiſque antiquis patribus per antonomaſiam appellatur myſteriũ, vel tremenda myſteria. Et in textu Græco additur τὸ, quaſi deſignet certum myſterium: nempe, Apoſtolus hortaretur Diaconos, vt ſeruent ac cuſtodiãt (hoc enim etiam ſignificat ἔχω) Euchariſtiam, quæ eſt myſterium illud at-

a Verſ. 8.

b Ante leg. lib. 1 c 33. & lib. 2 c 20.

c 1 Reg 4. 21. 22.

d Leuit 9 6. 29. Num. 14 10 & alibi.

Sacramentũ Euchariſtiæ vocatur gloria Chr. ſti.

e 1. Timot. 3. 9.

Euchariſtia vocatur myſteriũ fidei.

Digitized by Google

canum fidei Chriſtianæ in conſcientia pura, illudque puris mentibus &, manibus populo adminiſtrent. In eodem ergo ſenſu quo Paulus Euchariſtiam vocat *illud myſterium fidei*, & vſque nunc fideles κατ' ἐξοχὴν, *ſanctum Sacramentum*, B. Iacobus item Apoſtolus, Chriſtique cognatus ſanctiſſimus appellat *gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti*, fidem autem illud myſterium apprehendentem, tanquam altiſſimam vocat *fidem gloriæ noſtri Ieſu Chriſti.*

Quartò, idem Iacobus dicens, *ſi introierit in conuentum veſtrũ*, &c. non profanum aut ciuilem aliquem cœtum intelligit, ſed ſacrum & cum in quo exercebatur *fides gloriæ Domini noſtri Ieſu Chriſti*, nempe Agapen, ſanctamque Synaxim, ad quam celebrandam ſingulis diebus Dominicis fideles conueniebant ad percipiendam Euchariſtiam: & talis conuentus, vel eius locus appellatur nunc ſυναγωγὴ, Synagoga, cùm de fideliũ conuentu ſit ſermo, licet paſſim de priſcis Iudæorum cœtibus hoc nomen intelligatur. Quod fieri potuit ſicut cum aliquo adiuncto in vtramque partem ſumi nomen Eccleſiæ poteſt: dicitur enim *Eccleſia malignantium*,[b] & *Eccleſia ſanctorum*,[c] & nomen *Eccleſia* aliquando pro antiqua ſynagoga vſurpatur.[d] Quintò, oſtendit B. Iacobus in iſtis ſacris conuentibus quoſdam fuiſſe qui *mirantes perſonas* intendebant in eos, qui præclaris veſtibus induebantur; vel potiùs tacitè vellicat noſtros pſeudoapoſtolos, in quorum ſynagogis erant huiuſmodi adulatores, perſonarumque miratores. Quodquidem vitium Iacobus fideles hortatur, vt caueant.

a in Pſal. 81. & in epiſtola ad Rom.

b Pſ. 25. 5.

d Act. 7. 38.

Sextò, oſtendit primis illis temporibus pauperes ſimul cum nobilibus ac diuitibus nullo habito delectu, & ſine perſonarũ acceptione ad ſacrã menſam admiſſos fuiſſe. De quo ſic Chryſoſtomus:[e] *Ad ſuam ſpiritualem menſam eos vocare, & illud cõmunicare conuiuium non dedignatur: ſed claudus & mutilus, ſenex & pannoſus, ſordidus & mucoſus, cum iuuene pariter ſpecioſo, & ipſo purpurã induto, & in capite diadema geſtante, futurus menſæ particeps venit, & ſpirituale petit conuiuium, & iiſdem ambo fruuntur, nec vlla eſt differentia; & Chriſtus quidem eos ad menſam cum Rege ſimul vocare non dedignatur, pariter enim ambo vocantur.* Hæc Chryſoſtomus, oſtendens quanta olim in Agapibus fuerit Chriſtianorũ cum charitate ſimplicitas: ad quam

e Hom 18. ad pop. Ant.

In Synaxi Chriſtianorũ quanta olim veluxerit cũ charitate ſimplicitas.

conſeruandam B. Iacobus prædictam ſcripſit ſententiam. Iudas autem loqui perſeuerans de pſeudoangelis & hæreticis, ſiue dicat eos murmuratores & querulosos, ſuperba loquentes, pellicientes in deſideriis carnis alios, ſiue vocet eos mirantes perſonas, iſta omnia ab eis patrari intelligit in ſynaxibus, vel fideliũ, antequam ab eis diſcederent, vt conſtat de murmure Græcorum, vel in ſuis poſtquam diſceſſerunt, vt conſtat ex iis quæ ſæpiùs ante dicta ſunt.

Quæſtus cauſa. Plerumque Apoſtolus hoc in Eccleſiæ mini-
B ſtris & diſpenſatoribus myſteriorum Dei, aut reprehendit vitium, aut vt illud fugiant, hortatur, ſiue Timotheo [a] ſcribat, vt diaconi *non turpe lucrum ſectentur*: ſiue moneat, vt Epiſcopus *non ſit turpis lucri cupidus:* [b] ſiue de iſtis hæreticis aut ſimilibus dicat: *Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui & ſeductores, maximè qui de circunciſione ſunt, quos oportet redargui, qui vniuerſas domos ſubuertunt docentes, quæ non oportet turpis lucri gratia.* [c] Petrus quoque eoſdem hortatur, vt *paſcant gregem Dei prouidentes non coactè, ſed ſpontaneè ſecundum Deum, neque turpis lucri gratia.* Cum quo eodem Petro [e] tales in Eccleſia *ne-
C gotiatores* vocare poſſumus, & qui *lucra ſæculi in Chriſti quærunt militia*, vt loquitur Hieronymus, [f] *pluſque habent, quàm quando clerici eſſe cœperunt, & ſuſpirat eos Eccleſia diuites, quos mundus tenuit ante mendicos.* In mercenarios iſtos multo plura adhuc dici poſſent allatis teſtimoniis Michææ, [g] Ieremiæ; [h] Eſaiæ, [i] & aliorum: nec deeſſent auaritiæ iſtius exempla permulta in Hęreſiarchias, de quibus m eminerũt Ignatius, [k] Irenæus, [l] Auguſtinus, [m] Optatus, [n] & Euſebius, [o] vt æui noſtri omittam hæreticos. Quintilianus [p] docet, procul abominandam negotiationem, etiam à mediocriter improbis admonens abeſſe debere: longè honeſtiſſimum pronunciat ac liberalius diſci-
D plinis, & illo quem exigat ipſe animo ab oratore digniſsimum non vendere operam nec eleuare: tanti beneficij autoritatem, cùm pleraque hoc ipſo poſſunt videri vilia, quod pretium habeant.

a 1. Epiſt. 3. 8.
b Tit. 1. 7.
c Ibid. v. 11.
d 1. Epiſt. 5. 2.
e 2. Epiſt. 2. 3.
f Epiſt. 2. & 3.
Mercenarii in Eccleſia pernetioſi.
g cap 3. 5.
h cap 6. 13.
i cap 56. 11.
k Epiſt. 3.
l lib 1. c. 1. & 9.
m 1. contr. lit. Petil. c. 24. 3 contr. c. 42.
n cõt Parm.
o 5. Hiſt c. 16.
p 2. Inſtit. c. 7.

Digitized by Google

 A

B. Iudas.	P. Petri Epiſt. 2. Cap. 3.
Verſ. 17. *Vos autem chariſſimi, memores eſtote verborum, quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti.*	Verſ. 1. & 2. *Veſtram excito in commonitione ſinceram mentem, vt memores ſitis eorum, quæ prædixi, verborũ à ſanctis Prophetis, & Apoſtolorum veſtrorum præceptorum Domini & Saluatoris.* B
18. *Qui dicebant vobis, quoniam in nouiſſimo tempore venient illuſores, ſecundum deſideria ſua ambulantes in impietatibus.*	3. *Hoc primùm ſcientes, quod venient in nouiſſimis diebus in deceptione illuſores iuxta proprias concupiſcentias ambulantes,* &c.

V*Os autem Chariſſimi, memores eſtote verborum quæ prædicta ſunt,* &c. Non ſine quadam alluſione ad Agapen ſacram fidelium, de qua toties antea locutus eſt noſter Iudas, vt ſæpè C
priùs, at nunc præſertim, vocat eos, ad quos ſcribit ἀγαπητοὺς, cùm incipit eos admonere, vt diligenter caueant, fugiantque ab eis, quorum vitam & doctrinam corruptam, variiſque, præſertim inter ſacra conuiuia, turpitudinibus infectam, ac proinde *infelicem eorum exitum* eſſe multis exemplis & ſimilitudinibus demonſtrauit. Quibus nunc addit ex coapoſtolis ſuis teſtimonium, qui ſimilia ante ipſum prædicationibus, exhortationibus, & in familiaribus colloquiis prædixerant repetendo quæ ab ipſo Chriſto ſæpe didicerant, de cauendo *à falſis Prophetis venientibus in veſtimentis ouium*, &c. [a] Et maximè quod D
(velut Simonem Magum indigitans, qui poſt Chriſtum ſe Chriſtum primus dixit [b]) ait: *Videte ne quis vos ſeducat: multi enim venient in nomine meo dicentes ego ſum Chriſtus, & multos ſeducent,* [c] quod ſubindicatur, cùm non ſimpliciter dicuntur prædicta ab Apoſtolis, ſed additur *Domini noſtri Ieſu Chriſti*: quaſi diceret, Apoſtolos illa prædixiſſe prout didicerant à ſuo magiſtro Domino noſtro Ieſu Chriſto.

a Matth. 7. 15.
b Iren lib. 1. cap 30.
c Matth. 24. 4.

Digitized by Google

Proinde ex verbis præſcribus B. Iudæ non rectè aut neceſſario infert Oecumenius, hanc epiſtolam poſt Petri ſecundam [a] aliaſque Pauli [b] fuiſſe ſcriptam, in quibus ſimilia de pſeudoprophetis habentur: nec debuit Lorinus hæc B. Iudæ verba exponere de teſtimonio coapoſtolorũ eius, qui ſimilia ante ipſum ſcripſerunt; cùm nulla hîc de ſcriptura mentio fiat: & cùm, vt ipſe fatetur, dicere, & prædicere propriè importent orationem ore prolatam. Nec valet in hoc loco quod addit, ex communi vſu loquendi dicere dici quem vel prædicere, quod
B ſcribit ſeu ſcripto ſignificat. Nec valent exempla quæ profert ex Mattheo, [c] Marco, [d] Luca, [e] Ioanne, [f] Actibus Apoſtolorũ, [g] Epiſtolis Pauli & Iacobi, [h] vt probet, quod cùm citatur locus aliquis alicuius alterius ab aliquo ſcriptore, is dixiſſe ſcribitur: in illis enim locis citantur illa ſola quæ ſcriptis exarata fuerunt: nunc autem non cogimur de huiuſmodi ſcriptis præſentem locum intelligere, vt patet exemplo à nobis allato.

Proinde nec hinc bene deduxit Oecumenius, poſt Paulum & Petrum ſcriptam fuiſſe à B. Iuda hanc epiſtolam: nec ego malè ante [i] dixi B. Iudam primum omnium Apoſtolorum
C poſt Iacobum fratrem ſcripſiſſe iſtam epiſtolam. Quamuis Petrus nunc in ſecunda, cùm ait, *eorum quæ prædixi verborum à ſanctis Prophetis & Apoſtolorum veſtrorum*, non tantum de verbis, ſed etiam de ſcriptis tam priſcorum prophetarum, quos hoc nomine compellat, quàm Matthæi, Marci & Pauli, poſt quos iſtam ſecundam ſcripſit Epiſtolam, potuerit intelligere. Quod autem de antiquis loquatur prophetis ſubindicat iſta locutio, *quæ prædixi verborum à ſanctis prophetis & Apoſtolorum veſtrorum:* vt ſit ſenſus, memores eſtote verborum priùs à me dictorum, & eorum quæ prædicata ſunt vobis ab eis, qui miſſi ſunt ad vos annunciantes ea quæ prædicta olim fuerant à ſanctis prophetis, & iuxta præceptum à Domino noſtro Ieſu Chriſto nobis factum his verbis, *Videte ne quis vos ſeducat, multi enim venient in nomine meo dicentes, ego ſum Chriſtus & multos ſeducent*, &c. [k] Vnde in Græco habetur in ſingulari ἐντολῆς *mandati* ſeu præcepti. B. autem Iudas non niſi de Apoſtolicis loquitur: & vterque ſumere videtur nomen Apoſtoli generaliter, vt comprehendat etiam diſcipulos, & omnes

a cap 2.1 & cap.3.3.
b 2. Theſſal. 2.7. 1. Timoth. 4. & cp.2. c.3. 4. Tit.1.9.
Lorinus improbatur.
c cap 1 22.
c 2.15.17. 23. c.33 c 40. 14 &c.
d cap. 7.10. 12.36 37.
e cap.4 12. cap 20.42.
f cap.7.42. cap.11 39. 40.c. 19 24.
g cap 2.16. 17.34. cap.3. 22. &c.
h Rom 4 3. 6. cap.7.7. c 9 17. Iacob c.2. 23. cap.4 5.
i in prælu-dio.
B. Iudam primum Apoſtolorum poſt Iacobum fratrem ſcripſiſſe.
k Matth. 24.4.

Apoſtolorum nominis donantur ij qui in aliqua regione ſanctũ Euangelium prædicarunt.

a in vita eius.
b Beda.
c Philip 2. 25.
d Luc. 10. 1.
e lib 2. c 37.
f cont Marcion. c. 4.
g Act 14. 4. 13.

qui Chriſtum prædicantem audierunt, & poſt Aſcenſionem huc & illuc ad prædicandum miſſi ſunt, vt in Europam & Græciam, antequam Petrus ibi veniſſet. Qui enim primi Euãgelium aliquam in regionem intulerunt, vel reſtituerunt dici ſolent Apoſtoli, vt Bonifacius [a] Germanorum præſertim Friſonum; Seuerinus Noricorum; Martialis Aquitanorum; Auguſtinus Monachus à Gregorio miſſus, Anglorum: [b] Imò & qui in Euangelio laborauerunt, vt à Paulo Epaphroditus, Philippenſium. [c] Septuaginta quoque duo diſcipuli, qui miſſi dicuntur à Chriſto, [d] Apoſtoli aliquando nominantur apud veteres auctores Irenæum [e] ac Tertullianum, [f] Paulus quoque & Barnabas Apoſtoli in ſcriptura [g] dicuntur. Sic ergo generaliter nunc hoc nomen accipitur.

Nomen Apoſtoli multis attribuitur.

h Act 8. 5.
i Ibid. v. 14.
k lib de Baptiſ. c 18.
l in Cãtica.
m 6. Conſt. c 7.
n 1 de doct. in proemio

Qui dicebant vobis. Ab eo nempe tempore, quo *Philippus* vnus ex ſeptem electis diaconis ab Ieroſolymis *diſcendens in ciuitatem Samariæ cœpit prædicare illis Chriſtum*: [h] poſt Philippum autem Petrus & Ioannes [i] Apoſtoli, & poſt iſtos alij, qui eodem modo Apoſtoli vocari potuerunt, quo dictus Philippus primus prædicator Euangelij apud Samaritanos appellatur à Tertulliano, [k] Philone Carpathio, [l] Clemente Romano, [m] & Auguſtino. [n] Et iſti ſanè ſunt Apoſtoli Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui à quatuor vel quinque annis vſque nunc cùm ſcribit S. Iudas, in illis regionibus & circa non ceſſarunt prædicare Chriſtum, eiuſque nomine, quod Simon Magus multipliciter blaſphemat, dicere populis.

Tempus nouiſſimum quodnam intelligatur.

Quoniam in nouiſſimo tempore venient illuſores ſecundum deſideria ſua ambulantes in impietatibus. Vocabant enim nouiſſimum tempus illos dies & annos, qui ſecuti ſunt eos in quibus pura Chriſti doctrina cœpit in Samaria prædicari: & S. Iudas ſatis apertè ſcribit, iam eſſe impletum quod ait ab Apoſtolis prædictũ. Ad quod iuuat quod in Græco apud Petrũ in ſingulari legitur *præcepti Domini & ſaluatoris*, & in quibuſdã codicibus, *Apoſtolorum noſtrorum*: quaſi Petrus ſe vnum ex illis Apoſtolis fuiſſe diceret, qui iuxta magiſtri ſui præceptum prædicaſſet Samaritanis, vt cauerent à falſis prophetis, quos Chriſtus venturos eſſe prædixerat. Vnde colligitur, vt veriſimile: iſtam epiſtolam præſertim ad eos, qui in Samaria fidelibus præerant, fuiſſe ſcriptam: & confirmatur quod nuper

A per diximus, S. Iudam non hîc adferre teſtimonium eorum quæ eius coapoſtoli iam ſcripſerant; ſed eorum tantùm, quæ ore protulerant: cùm nullus eorum adhuc niſi Iacobus ſcriptis aliquid mandaſſet, qui in ſua epiſtola nihil habet de venturis falſis prophetis.

Quos autem nunc vocat *illuſores ſecundum deſideria ſua ambulantes in impietatibus*, iam multis propriiſque depinxerat coloribus: ideo neceſſe non eſt hoc in loco diutiùs immorari: niſi quod hæretici aptiſſimè vocantur *illuſores*, qui vel etiam doctiſſimos & prudentiſſimos decipere norunt. Tanta quondam B fuit Montanorum calliditas & ſimulatio, vt qui eos hæreſis nomine damnauerat Tertullianus, [a] ſanctitatis ipſorum adeo concinnè adornata larua deceptus miſer fuerit; imò & quodam etiam pacto Papa ipſe, qui ad Eccleſias Aſiæ, ac Phrigiæ deprauatas à Montano & inſanis illis vatibus, cùm edita profeſſione Catholica eas petijſſent, litteras miſit communicatorias, ſiue pacificas: quamuis detecta per Praxeam hæreſi, reuocauerit, vt idem Tertullianus [b] ſuæ ſectæ cauſam agens conqueritur. Optimè quoque Lorinus cenſet Gnoſticorum & ſimilium impudicitias inceſtas vocabulo *impietatum* denotari: quia læ- C debant iura conſanguinitatis & affinitatis, prætereà maximè, quòd eas inter ſacra exercebant, ac rebus ipſis ſacris, vel potiùs execrandis cum Dei maximo contemptu & iniuria turpiſſimè, impiiſſiméque abutebantur, vt ſæpe antea notatum eſt.

> a De præſc. hæret cap. 52.
> *Tertullianus quo pacto à Montaniſtis illuſus fuit.*
> b lib 1. contra Prax c. 1.

Porrò, non eſt ſalubrius, tutius, aut breuius remedium contra recentes errores, vel renouatos, quàm veteris patrum noſtrorum doctrinæ memoria. Hi adeundi, interrogandi, ſequendi, retinendi. Quod quidem argumentum præ cæteris premit Tertullianus firmiſſimè iuxta & elegantiſſimè in Præſcriptio- D nibus. [c] *Hanc*, inquit, *dirigimus præſcriptionem, Si Dominus Ieſus Chriſtus Apoſtolos miſit ad prædicandum, alios non eſſe recipiendos Prædicatores, quàm quos Chriſtus inſtituit, quia nec alius patrem nouit niſi filius & cui filius reuelauit:* [d] *nec alijs videtur reuelaſſe filius quam Apoſtolis, quos miſit ad prædicandum, vtique quod illis reuelauit. Quid autem prædicauerunt*, id eſt, *quid illis Chriſtus reuelauerit, & hic præſcribam non aliter probari debere, niſi per eaſdem Eccleſias, quas ipſi Apoſtoli condiderunt, ipſi eis prædican-*

> c Cap 21.
> d Matth. 11. 27.
> *Argumentum de antiquorum primum doctrina validiſſimum eſt contra hæreticos.*

do, tam viua quod aiunt voce (vt Petrus & Ioannes Samaritanis) *quàm per epiſtolas poſtea,* vt nunc eiſdem B. Iudas facit. *Si hæc ita ſunt conſtat proinde omnem doctrinam, quæ cum illis Eccleſijs Apoſtolicis matricibus & originalibus fidei conſpiret, veritati deputandam, id ſine dubio tenentem, quod Eccleſia ab Apoſtolis, Apoſtoli à Chriſto, Chriſtus à Deo ſuſcepit: reliquam verò omnem doctrinam de mendacio præiudicandam, quæ ſapiat contra veritatem Eccleſiarum, & Apoſtolorum & Chriſti & Dei.* Sunt iſta Tertulliani tam appoſita, tam elegantia, tam breuia, vt non modo nec meliùs, ſed nec breuiùs verbis alijs adeo grauis contra hæreticos ſententia exponi poſſit. B

Si hoc argumento vſi ſunt etiam ipſi Apoſtoli, multo magis & nos illo poſſumus vti.

Quod ſi B. Iudas Apoſtolus ad confundendos Simonianos hæreticos & recentia eorum dogmata refutanda adhuc viuentium Apoſtolorum, qui à quatuor aut quinque duntaxat annis eis contraria prædicauerunt & docuerunt, vtitur teſtimonijs & ad illa recolenda hortatur: quantò magis nos poſſumus & debemus hæreticorum nouitatibus tot ſæculis venerandam, perſeuerantem, conſtantémque doctrinę antiquitatem opponere? Cuius & aliud in Paulo habemus exemplum notatu digniſſimum: qui primis illis etiam ſæculis ſic alloquitur Hebræos doctores; *Mementote præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum Dei, quorum intuentes exitum, imitamini fidem.* [a] Et quoniam quis obijcere ei poſſet aut reſpondere: Bene quidem ô Paule vis nos Apoſtolorum doctrinam ad memoriam reducere, vt eorum fidem imitemur: ſed illi præſentem Chriſtum habuerunt, audierunt, miracula facientem viderunt & fidei non tantùm ducem ſed & obiectum habuerunt: nos verò Chriſtum non vidimus, nec audiuimus: Iampridem enim aſcendit in cœlum & amplius non verſatur inter mortales. Huic tacitæ Apoſtolus occurrit obiectioni, cùm addit: *Ieſus Chriſtus heri & hodie, ipſe & in ſæcula.* Quaſi dicat, qui dixit Petro. *Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam,* [b] non ceſſabit eam ædificare & per legitimam ſucceſſionem, tum doctrinæ, tum eorum qui Apoſtolicam Petri ſedem occupabunt, per fidem iugiter victurus eſt in Eccleſia. Sic ferè exponunt B. Thom. Anſelmus & alij. Huius ipſius argumenti Vincentij Lirinenſis opus planè palmarium extat aduerſus profanas omnium hæreſeôn nouationes, in quo potiſſimùm oſtendit in C D

a Hebr. 13.8.

Tacitæ contra illud obiectioni reſpondetur.

b Matth. 16.18.

Digitized by Google

A Catholica Eccleſia magnopere curandum, *vt id teneamus quod vbique, quod ſemper, quod ab omnibus creditum eſt, & ſequamur vniuerſitatem, antiquitatem, conſenſionem, & ab his nullatenus ſenſibus recedamus, quos Sanctos, maiores & patres noſtros celebraſſe manifeſtum eſt, atque omnium, vel certè plurium Sacerdotum pariter & magiſtrorum definitiones, ſententiáſque ſectemur.*

B

B. Iudas.

Verſ. 19. *Hi ſunt, qui ſegregant ſemetipſos, animales, Spiritum non habentes.*

TRanſlatio Syriaca paſſiuè habet, *iſti ſunt illi qui ſegregun-tur.* Arabica, *Et hi iſti* (ſunt) *intermittentes.* Græcè verò, deeſt pronomen τουτοί εἰσιν οἱ ἀποδιορίζοντες. *Hi ſunt ſegregantes:* nempe, primò ſeipſos deinde alios: ad quod reſpexit interpres addendo ſemetipſos, vt Caietanus affirmat, vel id for-
C ſitan legit, vt putat Gagneius. Hos notauit Ioannes [a] Apoſ- a 1. Epiſt. 19.
tolus dicens: *Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis, nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtique nobiſcum. Sed vt manifeſti ſint, quoniam non ſunt omnes ex nobis.* Nulli pernicioſiores, ſæuiores, cautiores, quàm qui conſcij rerum noſtrarum nobis infenſi contra nos pugnant & propriæ viſcera matris exedunt, atque ex altiore nobilioréque ſtatu magis deiiciuntur, ac degenerant. *Si enim* (ait Petrus [b] de iſtiſmet hæreticis ſermonem proſequens) *refugientes coinquinationes mundi:* (Chriſtianiſmum amplectendo, vel ſtatum Apoſtola-

Apoſtatæ alijs hæreticis longè peiores ſunt.

b 2 Epiſt. 2.20.

D tus) *in cognitione Domini noſtri & Saluatoris Ieſu Chriſti, his rurſus implicati ſuperantur: facta ſunt eis poſteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoſcere viam Iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem retrorſum conuerti ab eo quod illis traditum eſt, ſancto mandato.* Certè grauiora & acerbiora tulit Eccleſia ex degeneribus filijs, ingratiſque mala, quàm ex exteris, ac plurima pars perduellium conſiſtit, conſtatque inter Hæreticos peiores graſſatores, quàm ſint, fuerintque Gentiles atque

Iudæi, etiam ex intimis quaſi viſceribus Eccleſiæ, hoc eſt, ex ſacris miniſtris atque Religioſis, *quibus, vt cùm ſe inter ſepta continent, nulli meliores, ita nulli, quando inde ſunt egreſſi, peiores*: teſte, & grauiter id aſſeuerante Auguſtino.[a]

a Epiſt. 137.

Ponderanda autem ſunt iſta B. Iudæ verba, *Hi ſunt*; nempe, qui *Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam ſolum Dominatorem & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negant: qui carnem maculant, dominationem ſpernunt, maieſtatem blaſphemant: ſunt in epulis ſuis maculæ, conuantes ſine timore*, & quales vſque modo diximus, idque ab eo tempore quo ſe à nobis ſegregauerunt. Nimirum, rectè Clemens[b] exterminandos præcipit hæreticos, *vt inſidiatores Eccleſiæ, gregis labefactores, hæreditatis contaminatores, qui Iudæos falſa religione, Græcos impietate ſuperent*. Optati[c] verò verba, quibus aptè prorſus ad iſtum locum illos deſcribit, hæc ſunt: *Hæretici veritatis exules* (quam ſunt aliquando, ſicut in patria, profeſſi in Eccleſia) *ſani & veriſſimi ſymboli deſertores, de ſunt Eccleſiæ ſanctæ impijs ſenſibus deprauati, contempto quòd benè fuerant geniti, vt ignorantes & rudes deciperent, de ſe naſci voluerunt. Et qui iamdudum in talibus paſti fuerant cibis, corruptela malæ digeſtionis, in pernicie miſerorum diſputationibus impijs venena mortifera vomuerunt.* Sed & alios ab Eccleſia ſegregant, *loquentes peruerſa, vt abducant diſcipulos poſt ſe*.[d] Teſtantur hoc omnes Hæreſeologi, atque hiſtoriæ: & vniuersè de omnibus hæreticis Ambroſius,[e] certóque compertum, hæreſeon genitrices cum luxuria & lucro ambitionem eſſe, vt *nomina ſua vocent* celebréntque *in terris ſuis*:[f] vt mirum non ſit, *ſi credere non poſſunt*, imò nolunt, *cùm gloriam ab inuicem accipiant, & gloriam quæ à Deo ſolo eſt non quærant*.[g] Denique, videtur B. Iudas iſta & alia priùs à ſe dicta, vel quæ dici poſſent, breuiter adſtringere, vocans eos.

B

b 6. Conſtit. c. 18.

c lib. 1 cõtr. Parm.

C

d Act. 20. 29.

e in cap. primum 1. ad Corinth

f Pſal. 48. 12.

g Ioan. 5. 44.

Animales ſpiritum non habentes. Nempe Dei: eo quod *Animalis homo non percipit ea quæ Dei ſunt*.[h] Ideo ait Beda, Semetipſos reprobi ſegregant à ſorte iuſtorum: ideo ſunt animales, id eſt proprias animæ ſuæ concupiſcentias ſequentes: quoniam ſpiritum vnitatis, quo Eccleſia congregatur, quo ſpiritualis efficitur, habere non meruerunt, ideo diffluunt, quia coagulum non habent charitatis. Hortatur item Paulus,[i] vt ſimus *ſollicitі ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis*. Id eſt, charitatem mu-

D

h 1 Cor. 2. 14.

Homines animales quinam dicantur.

i Epheſ. 4. 3.

Digitized by Google

A tuam, cuius auctor eſt ſpiritus Sanctus, ait Chryſoſtom. Vel vnitatem ſpiritus, id eſt, vnitatem mentis & animi; vt ſcilicet corporibus quantumuis diuiſi & diſparati mente tamen & animas coniuncti & vniti. Tantùm vnitati & concordiæ ſtudendum eſt, & ita cauendum ne ſit ſchiſma: vt idem Chryſoſtomus [a] dicat, ſchiſmatis peccatum ne martyrio quidem poſſe expiari. Quod intellige, ſi in ſchiſmate manens quis pro fide occidatur & martyr fiat, tunc enim licet materialiter ſit martyr, formaliter tamen non eſt: quia martyrium requirit vt martyr ſit in Eccleſia, nec ab ea per ſchiſma ſe ſeparet. Certè B qui ſchiſmaticus eſt facilè labitur in hæreſim, eſtque difficile hanc ſiue ſchiſmate poſſe ſubſiſtere. Quoniam qui Eccleſiæ eiúſque capiti viſibili credere paratus eſt ac obedire, hæreticus non eſt: omníſque hæreticus ſeparat ſe ab aliorum fidei communione.

a Hom. moral 11. in epiſt. ad Epheſ.

Schiſmatis peccatum ne martyrio quidem poteſt expiari.

Schiſmaticus facilè labitur in hæreſim.

Exaggerant patres iſtius criminis grauitatem, adeo vt Irenæus [b] nullam tantam neget eſſe poſſe perniciem, quanta eſt ſchiſmatis. Similiter negat Auguſtinus,[c] ſciſſionem, vel ſchiſma fieri poſſe, niſi diuerſum aliquid ſequantur, qui faciunt: additque, ſchiſma eſſe recentem congregationis, ex aliqua ſenten- C tiarum diuerſitate, diſſenſionem: hæreſim eſſe ſchiſma inueteratum. Scribit etiam,[d] Donatiſtas vertiſſe ſchiſma in hæreſim: quod hodie in Anglia & in Eccleſia Græca experimur. Extendi poteſt hic locus cum Bernardo,[e] qui inter alia dicit, ab eo ſine dubio receſſiſſe ſpiritum vitæ, qui ab vnitate diuiditur; dignè, ſeu meritò, tales contentioſos, & qui ſeparant ſemetipſos vocari ab Apoſtolis *carnales, animales, ſpiritum non habentes*: dicere ſanctos, & beatos ſpiritus, vbi ſcandala inuenerint & diſſentiones; Quid nobis & generationi huic ſpiritum non habenti? nam ſi adeſſet ſpiritus, per eum vtique cha- D ritas diffunderetur,[f] & vnitas non ſcinderetur; *Non permaneamus cum hominibus iſtis in æternum, quia caro ſunt.*[g] Hæc & plura eleganter & piè ſuo more Bernardus. Nec obmittendo hîc eſt aurea Patris Franciſci, ſententia qua quid verè ſit habere ſpiritum paucis expoſuiſſe videtur: pòſtquam enim multa in ſua regula [h] præclara dedit filijs ſuis iuxta ſanctum Chriſti Euangelium præcepta & conſilia, ac ſi quicquid de perfectione dici poſſet, vno verbo comprehendere vellet, addidit: *Sed*

b lib 4. cap. 62.

c 2. contr. Creſc c. 7.

Diſcrimen inter ſchiſma & hæreſim.

d De hæreſib. in 69.

e ſermon 1. de S Michaele.

f Rom 5. 5.

g Geneſ. 6. 3.

h Cap. 10.

Habere ſpiritum Domini monet ſuos B. Pater Franciſcus. *ſuper omnia ſtudeant fratres habere ſpiritum Domini & ſanctam eius operationem.* Nempe, quicquid cogitant, quicquid nituntur, quicquid dicunt, aut faciunt, non niſi in illius diuini ſpiritus lumine cogitent, nitantur, dicant, aut operantur. Et meritò ſic loquitur perfectus Chriſti filij Dei imitator: ſiquidem *qui hoc ſpiritu Dei non agitur, non eſt filius Dei.* [a]

a Rom. 8. 9.

B. Iudas.

Verſ. 20. *Vos autem, chariſſimi, ſuperædificantes voſmetipſos ſanctiſſimæ veſtræ fidei in Spiritu ſancto orantes.*

21 *Voſmetipſos in dilectione Dei ſeruate, expectantes miſericordiam Domini noſtri Ieſu Chriſti in vitam æternam.*

PRæcedentis verſiculi ſententiæ iſta pugnant ex diametro, quibus benignè æquè ac eleganter hortatur fideles; vt à pſeudo apoſtolorum inſtituto, normáque viuendi caueant & prorſus abhorreant. Notanda autem eſt antitheſis. Illi namque dicebantur *ſegregantes,* hoc eſt ſchiſmata in Eccleſia facientes, & omnimodam confuſionem introducentes; hîc autem orthodoxi ad perfectam prouocantur vnionem in vinculo charitatis: primo vocando eos Chariſſimos, ſecundò non ad quamlibet hortando eos vnionem: ſed ad illam quæ ad modum ædificij ac bene conſtructæ domus, non confuſa, ſed bene ordinata ſit, vt gloriari poſſit Eccleſia ac de ſponſo ſuo dicere, *Ordinauit in me charitatem;* [b] ideo dicit *ſuperædificantes.* Secundo illi dicebantur *ſegregantes ſemetipſos:* nunc autem ſuadetur fidelibus vt *ſuperædificent ſemetipſos*. Tertiò, illi dicebantur *animales ſecundum deſideria ſua ambulantes in impietatibus:* [c] hîc precatur fideles, vt ſuper *ſanctiſſimæ fidei* (quæ, videlicet, non niſi puriſſima, caſtiſſima & ſanctiſſima docet) fundamentum ſemetipſos ædificent lapidem ſuper lapidem ordinatè ponentes, *euntes*, nempe, *de virtute in virtutem vſque dum videant Deum Deorum in Sion.* [d] Quartò, Simoniani dicti fuerant *Spiritum non habentes*: hîc autem hortatur fideles Apoſtolus, vt *orent*, vacéntque precibus *in Spiritu ſancto*. Quintò

b Cant. 2. 4.

c Verſ. 18.

d Pſal. 83. 8.

Digitized by Google

A ſæpe priùs de hæreticis conqueſtus fuerat, quod *Dei noſtri*
gratiam (id eſt, Euchariſtiam) *transferebant in luxuriam*, [a] quod [a Verſ. 4.]
carnem ſuam maculabant, *maieſtatem* (id eſt, gloriam Chriſti in
Euchariſtia) *blaſphemabant*, [b] quod *eſſent in epulis ſuis* (Aga- [b Verſ. 8.]
pibus) *maculæ conuiuentes ſine timore*, [c] *deſpumantes confuſiones*, [d] [c Verſ. 12. d Verſ. 13.]
denique *ſecundum deſideria ſua ambulantes in impietatibus*: [e] [e Verſ. 18.]
nunc autem monentur fideles vt *ſemetipſos in dilectione* (in
Agape, ſeu ſacro conuiuio) *Dei ſeruent*. Sexto hæretici prop-
ter ſuperbiam aſſimilati fuerant *fluctibus feri maris*, [f] & pro- [f Verſ. 13.]
pter *dura quæ locuti ſunt contra Deum peccatores impij*, [g] *& quo-* [g Verſ. 15.]
B *rum os loquitur ſuperba*. [h] Nunc autem excitantur fideles ad [h Verſ. 16.]
perfectam humilitatem qua nihil de ſe præſumentes, ſpem
ſuam in ſolo Deo, Chriſtique meritis conſtituant, ideo ſubdi-
tur, *expectantes miſericordiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, in vi-*
tam æternam.

Congruum valdè ac perſimilem huic locum profert nobis
Paulus ſcribens ad Epheſios. [i] *Ergo iam non eſtis hoſpites & ad-* [i Cap. 2. 19.]
uenæ, ſed eſtis ciues ſanctorum & domeſtici Dei ſuperædificati ſu-
per fundamentum, Apoſtolorum & Prophetarum ipſo ſummo an-
gulari lapide Chriſto Ieſu. Quorum verborum vt ſenſus perci-
C piatur legitimus, præſupponitur, quod antea, [k] & ſæpe dixi- [k Poſt leg. cap. 6 & hic verſ. 14.]
mus, nomen prophetæ illos propriè ſignificare, qui à mundi
principio ſanctiſſimam vitam à mundo ſeparati ducentes my-
ſteriorum Dei cuſtodes erant, Eccleſiæque doctores, ab ipſo
Adam (cui primò Chriſtus in mundum venturus reuelatus
eſt) ſumendo principium, cui alius prophetarum princeps ſuc-
ceſſit Seth, iſti Enos, iſti Cainan, &c. ita vt Enoch huius ſeriei
ſeptimus fuerit; [l] Noe verò nonus quidem propheta, ſed ſepti- [l ſupra verſ. 14.]
mus eorum, qui *præcones Iuſtitiæ*, [m] hoc eſt, prædicatores legis [m Petr. 2 c. 2 5.]
naturalis nominari cœperunt: [n] cui ſucceſſit Sem, & iſti Ar- [n De Ecc. poſt leg cap 1. & de Eccl ante leg. lib 1. cap. 11.]
D phaxad, & iſti Sale, & iſti Heber, &c.

Iſtorum igitur prophetarum fundamentum tunc Chriſtus
poſitum eſt, quando primo eorum, nempe Adamo dictum à
Deo eſt ante peccatum quidem, de filio ſuo incarnando, *Erunt*
duo in carne vna: [o] ſed præſertim poſt peccatum, ſerpenti, *ini-* [o Geneſ. 2. 24.]
micitias ponam inter te & mulierem & ſemen tuum & ſemen illius.
[p] Et proinde, hoc de Chriſto venturo primum dogma datum [p Geneſ 3. 16.]
fuit Adamo, à quo Seth & Enos illud acceperunt, nec non alio-
rum fidei myſteriorum notitiam: quæ ab Enos & eius diſcipu-

Digitized by Google

De Chriſto venturo doctrina primo fuit Adamo reuelata.

lis, ſiue dicti fuerint Cinæi, ſiue Hebræi, ſiue Cenezæi, ſiue Nazaræi, ſiue filij prophetarum, ſiue Rechabitæ ſiue Phariſæi, ſiue Saducæi (quorum duorum ſcholæ aut craſſis erroribus; aut hæreſibus infectæ, boni quondam inſtituti nomina retinuerunt) ſiue tandem Eſſeni, ad Chriſtum vſq. perſeuerauit. Qui, ſicut eius Baptiſta, Eſſenorũ vitam agens, [a] cum voluit in Apoſtolis ædificare ſuam, quæ iam ſuper ſe & ſuper prophetas fundata erat, Eccleſiam, ſuper idem fundamentum (nam nec ipſe *aliud ponere poterat præter id quod à* mundi principio *poſitum erat quod eſt Chriſtus Ieſus*) [b] poſuit ſuos Apoſtolos tanquam huius ædificij lapides Saphyrinos: [c] quorum etiam vocatione primus (idcirco ſimul ac, vel ante quam poneretur in hoc ædificio ſuper Eſſenos) vocatus ab eo eſt Cephas, id eſt, petra. Et poſtea idem Chriſtus, poſtquam alios ſtatuiſſet, ſeu poſuiſſet in Apoſtolis fundamentales huius ædificii lapides, reſpondens Petro ſe filium Dei viui confitenti, dixit quidem, *Tu es Petrus*: [d] ſed non addidit, & ſuper hanc petram fundabo Eccleſiam meam: iam enim fundata erat in ſe & prophetis: ſed dixit, *ædificabo Eccleſiam meam*. Quaſi dicat: A mundi principio vſque nunc ſuper me, & ſuper prophetas Eccleſiæ fundamenta iacta fuerunt: iam autem tempus eſt, vt *in me omnis* (tota) *ædificatio conſtructa* vſque nũc, proprie compaginata, qualis eſt rudis ſtructura fundamenti) *creſcat in templum ſanctũ*: [e] cuius ſurgentis ædificij tu Simon Bar iona, primus & fundamentalis lapis es. En, quo ſenſu dixit Paulus, eos qui relicto paganiſmo, fidem ſimul cum doctrina Apoſtolorum ſuſceperant, *ſuperædificatos eſſe ſuper fundamentum*, tam ſuperius, Apoſtolorum, quàm inferius *prophetarum, ipſo ſummo angulari* (Græcè ἀκρογωνιαίῳ, id eſt, extremè angulari, quod eſt imo ſeu infimo) *lapide Chriſto Ieſu*.

a lib. 1 de Ecc. ant. leg. cap. 13. 16 & 17.

b 1. Cor. 3. 11

c Eſa. 54. 11.

d Matth. 16.

Eccleſiæ ædificatio quo ordine facta eſt in Chriſto & per Chriſtum.

e Epheſ. 2. 21.

Sed quæret aliquis, Quinam intelliguntur ab Apoſtolo nomine *ſanctorum*, quorũ fideles nuper cõuerſi facti ſunt ciues Græcè συμπολῖται *conciues*? Illi met ſunt quos alibi [f] vocat Angelos, primitiuos, & iuſtos perfectos, cùm ait idem alijs verbis repetens, *Acceſſiſtis ad Sion montem & ciuitatem Dei viuentis Ieruſalem cæleſtem & multorum millium Angelorum frequentiam, & Eccleſiam primitiuorum, qui conſcripti ſunt in cælis, & iudicem omnium Deum, & ſpiritus iuſtorum perfectorum, & teſtamenti noui mediatorem*, &c. Illi autem ſunt antiqui prophetæ qui ob

f Hebr. 12. 22.

Sanctorum nomine quinam intelliguntur.

anti-

Digitized by Google

antiquitatem dicti ſunt vel *prophetæ qui à ſæculo ſunt,*[a] Hebraicé in Geneſi[b] אשר מעולם *Aſcier megholam, qui à ſæcul.* (quamuis etiam ita vocentur, quia alienam à mundo vitam agebant) vel *prophetæ antiqui,*[c] vel ſimpliciter antiqui[d] ſiue *primitiui*[e] Hebr. קדמוני *Cadmoni*, ſeu *Cedmonæi.*[f] Secundò, quia ad prædicandum mittebantur, vel *præcones iuſtitiæ*, id eſt, legis naturalis,[g] vel *Angeli,*[h] id eſt, legati, vocabantur. Tertiò, propter inſignem vitæ ſanctimoniam appellabantur צדיקים תמים *Tſadikim thamim* (vnde nomen ſumpſiſſe videntur Saducæi propriè *Tſadicæi*) *iuſti perfecti*, vt Noe[i] &
B Iob.[k] Quartò & poſterioribus ſæculis, paſſim eandem ob cauſam κατ' ἐξοχὴν appellantur חסידים *Hhaſidim,*[l] id eſt, *ſancti*, & corruptè Aſidæi.[m]

a Luc.1 70. Act.3 21. b cap 6.4. c Luc.9 8. d Matth.5. 21.27.33. e Hebr.11. 22. f Gen 15.19. g 2 Petr.2.5. h Gen.6.4. iuxta 70. i Gen 6.9. k Iob 12. l Pſal.4 4. 15 3 30.14. 49 5.78 2. m 1 Mach. 7 13 2.cap. 14 6.

Sub hoc iſto igitur poſterioribus temporibus magis vſitato nomine B. Iudas vel Aſidæorum (ſi Hebraicè ſcripſit) vel ἁγίων loqui nunc intendit, cùm fidem Chriſtianam appellat ἁγιωτάτην πίστιν, *ſanctiſſimam fidem*, quæ non ſolùm à ſanctiſſimis Prophetis & Apoſtolis ad nos vſque peruenit. Et ſic quos Paulus reſpectu prophetarum nuncupauerat *Angelos, primitiuos & iuſtos perfectos*, B. Iudas reſpectu Apoſtolorum &
C Prophetarum indirectè vocat ſanctiſſimos dicens, *ſuperædificate voſmetipſos ſanctiſſimæ veſtræ fidei*. Quamuis prior ſenſus de fidei ſanctitate ob puriſſima, & ab omni turpitudine alieniſſima dogmata, valde quadret in hoc loco, vbi tam antiquorum prophetarum, (ex quibus Enoch & Noe citauit) quam Apoſtolorum Domini noſtri Ieſu Chriſti (quos ita nominat, vt diſtinguat à pſeudoapoſtolis) puriſſima doctrina opponitur dogmatibus iſtorum pſeudoapoſtolorum, quæ ſalaciſſima ac turpiſſima quæque continent.

Fides Chriſtiana vocatur ſanctiſſima, & cur.

Semetipſum autem ædificare eſt, non aliquid ſuper fidem,
D & à fide diſtinctum ædificare, fideiue adijcere tanquam fundamento: ſed eandem fidem magis confirmare, vel renouare, ac ſibi quid tunc primùm quis egerit, cum credere cœperit, recogitare atque in memoriam reuocare, quàm ſanctè ac ſincerè illam ſit amplexus, ac huiuſmodi ſanctum propoſitum renouare, quando iniuit fidei Sacramentum, hoc eſt, baptiſmum, vt hîc aptè exponit Lorinus. Qui putat noſtrum Iudam alludere ad quod ſcribit Petrus,[n] (ni fortaſſe Petrus

Super fidem ædificare eſt fidem acceptam ſtabilire.

n 1. Epiſt. 2 5.

Digitized by Google

poſterior in ſcribendo hîc reſpiciat) *Si tamen guſtaſtis quoniam ducis eſt Dominus: ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum. Et ipſi tanquam lapides viui ſuperædificamini domus ſpiritualis, ſacerdotium ſanctum, offerre ſpirituales hoſtias acceptabiles Deo per Ieſum Chriſtum. Propter quod continet ſcriptura: Ecce pono in Sion lapidem ſummum angularem*, &c. Quadrant prorſus quæ de iſto lapide angulari nuper diximus.

In ſpiritu Sancto orantes. Thomas Anglicus explicat in ſpiritu noſtro ſanctificato, vel in Spiritu ſancto mouente ad orandum, qui *poſtulat pro nobis*, id eſt, poſtulare docet, *gemitibus inenarrabilibus*,[a] qui datum ab eodem deuotionis feruorem indicant: qui ideo *ſpiritus gratiæ & præcum*[b] appellatur. Ad idem Richelius, docens orationem in Spiritu ſancto illam eſſe, qua orantur bene ſalubria, cum attentione feruida, præce aſſidua, ſecundum inſtinctum, directionem & inflammationem Spiritus ſancti, iuxta illud; *Orabo ſpiritu, orabo & mente*,[c] quod Saluator dixit, veros adoratores adorare Patrem, Deumque qui ſpiritus eſt, in ſpiritu & veritate. Quo conſtat, inquit, quod qui abſque attentione & diligentia orat, non propriè orat, cùm oratio ſit aſcenſus mentis in Deum.

a Rom. 8. 26.
b Zach. 12. 10.
c 1. Cor. 14. 15.

Voſmetipſos in dilectione ſeruate. Quaſi idem diceret quod Paulus,[d] vt *ſollicitii ſint ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis*: quemadmodum vnum ſunt corpus, vnus omnium Spiritus, ſanctus videlicet, qui corpus animet, omnes vniat diſiunctos genere & moribus, vt ait Chryſoſtomus.[e] Optat præterea cum eodem Paulo,[f] vt *ſuper omnia charitatem habeant, quod eſt vinculum perfectionis*: vel cum Petro[g] hortatur, vt *ante omnia mutuam in ſeipſis charitatem continuam habeant*. Concordare videtur tranſlatio Syriaca; *animam noſtram verè in dilectione Dei cuſtodiamus*. Similiter Arabica, *& ſeruate voſmetipſos, vel animas veſtras in charitate*.

d Epheſ. 4. 3. 4.
e ibid.
f Coloſſ. 3. 14.
g 1. Epiſt. 4. 8.

De Agape tamen ſiue ſacro Chriſtianorum conuiuio, quod cœna Dominica dicebatur, quam Euchariſtiæ ſumptio ſequebatur nunc Apoſtolum loqui crediderim, cùm Græcè dicitur, ἑαυτοὺς ἐν ἀγάπῃ Θεοῦ τηρήσατε. *Voſmetipſos in Agape*

Agape Chriſtiana eſt cœna Dominica.

Digitized by Google

Dei ſeruate: quaſi duo potiſsima media proponeret eis, per quæ ſe à dictorum hæreticorum illuſionibus, & illecebris præſeruarent, ac contra diabolicos ſeſe munirent incurſus, ſed & meliùs ſanctiſſimæ traditæ ab Apoſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti fidei ſuperædificarent ſemetipſos, nempe orationem in Spiritu ſancto factam, & ſacroſanctæ Euchariſtiæ perceptionem. Vel etiam in hac tota ſententia ipſam ſacræ ſynaxis celebrationem facilè potuit intelligere, quæ tribus potiſsimis conſtat partibus: prædicatione, quæ cibus mentis eſt, oratione & pſalmodia, & corporis Chriſti ſum-
B ptione, ſeu communione, quas S. Lucas [a] breuiter ita complectitur. *Erant autem perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum & communicatione, & fractione panis, & orationibus.* a Act. 2. 42.

Et quidem doctrina Apoſtolorũ per prædicationẽ cõſeruata denotatur his verbis, *Vos autem chariſſimi ſuperædificate voſmetipſos ſanctiſſimæ veſtræ fidei*: oratio publica cũ pſalmodia, cùm additur, *Voſmetipſos in Agape Dei ſeruate*. Noſtræ ſentẽtiæ ſubſcribit Occumenius exponens de oratione, quæ fiebat in congregationibus, ſiue conuentibus τὰς ἑαυτῶν ἀθροίσεις ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑμῶν ποιούμενοι. Exigunt hoc toties à S. Iuda no-
C tate Simonianorum luxuriæ quas prætextu orationis in ſine Agapibus promiſcue ac turpiter exercebant: quos & Valentinianos Irenæus [b] teſtatur ſenſiſſe ſaluari ſeipſos abſque operatione, vel gratia, eo quod eſſent φύσει πνευματικοὶ *natura ſpirituales*: quaſi hortaretur, vt prorſus ab huiuſmodi carnis & Satanæ congregationibus abhorrentes verè ſanctam, & quæ Dei eſt per quam ab omni ſpurcitia ſeruarent ſe, frequentarent. b lib. 1. c. 3. 10.

Certè Paulus [c] videtur ad idem quod Iudas hortari fideles, vt *ſemetipſos ſuperædificent ſanctiſſimæ fidei in Spiritu ſancto* c Ephes. 5. 18.
D *orantes*, cùm docens qualis eſſe debet Chriſtianorum Agape, & ab omni luxuria & ebrietate aliena, *nolite*, inquit, *inebriari vino in quo eſt luxuria, ſed impleamini Spiritu ſancto loquentes voſmetipſos* (nempe, cum in vnum conuenitis ad orandum) *in pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritualibus cantantes & pſallentes in cordibus veſtris Domino, gratias agentes ſemper pro omnibus in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Deo & Patri*. Hoc ſanè eſt *in Spiritu ſancto orare*, hoc eſt, *ſemetipſos in Agape Dei* in puri-

tate *ſeruare*, Sed quia iſte ſenſus apprimè conuenit etiam ſequentibus, placet iterum hoc in loco de ſacro primæuæ Eccleſiæ conuiuio aliquid dicere, vt quod antea de noſtra cum Eſſenorum Agape analogia tetigimus, magis inoteſcat; & ſanè fiet, ſi lector curioſus quæ per articulos de iſta digeſsimus [a] cum noſtra ſigillatim conferre voluerit.

Eſſenorum Agapes cum noſtra Synaxi, ſeu Miſſa collatio.

a ſupra de Eccl. poſt leg c vlt.

Ritus ergo ſacrorum in priſca Chriſtianorum Synaxi, & ab Apoſtolis inſtitutus ordo talis erat.

Primò, canebant pſalmos, etiam populus: vide hoc in Eſſenorum Agape articulo 2. & 3.

Secundò, legebantur prophetiæ & ſacra ſcriptura: artic. 12. & 13: B

III. Epiſcopus prædicabat: ibidem.

IV. Fiebat cœna & ſacrum: articulo 3. 4. 5. 6. & ſeq.

V. Videtur hoc ſacrum ferè tantùm oblatione, conſecratione, communione, canone, & *Pater noſter*, & aliqua oratione conſtitiſſe, cui populus reſpondebat, Amen: artic. 14. & 15.

VI. Omnes communicabant: artic. 4. 5. 6. & ſeq.

VII. Quidam pſalmos & hymnos in laudem Dei variis linguis, quaſi afflati ſpiritu dictabant, & canebant, alij prophetabant: artic. 16. & 17. C

VIII. Alij ſacras ſcripturas interpretabantur, iique duo vel tres, præſertim prophetæ aut viri ſpirituales, alij audiebant ac ſubinde interrogabant, etiam fœminæ (ſed per abuſum, quem Paulus [b] correxit) aliquid circa id quod dicebatur; cúmque aliquid benè & congruè dixerat quis, ſimul acclamabant, Amen, Amen: artic. 15. 16. & 17.

b 1. Cor. 14. 14.

IX. Claudebat omnia Agape ſiue conuiuium omnibus commune in ſymbolum charitatis (nota quod pro varietate temporum Agape præceſsit, aut ſubſecuta eſt ſacræ Euchariſtiæ ſumptionem) poſt quod rurſum ſuccedebant hymni & orationes: artic. 18. & 19. D

Hæc autem recenſet Iuſtinus, [c] nec non Tertullianus, [d] & alij. Iuſtinus quidem eodem ordine: *In omnibus*, inquit, *quas offerimus oblationibus benedicendo laudamus*: en primum, nempe, oratio cum pſalmodia.

c Apolg 2. ad Antoniū in fine.
d in Apol. c. 39.

Digitized by Google

Factorem omnium per filium eius Ieſum Chriſtum & Spiritum ſanctum. Et Solis, qui dicitur, die, omnium, qui in oppidis, vel ruri degunt, in eundem locum conuentus fit, & commentaria Apoſtolorum (quorum lectione *ſuperædificabant ſeipſos ſanctiſſimæ noſtræ fidei* , vt nunc loquitur S. Iudas) *aut ſcripta prophetarum loquuntur*: en ſecundum , lectio, videlicet , ſacræ ſcripturæ.

Deinde lectore quieſcente , præſidens orationem, qua populum inſtruit, & ad imitationem tam pulchrarum rerum cohortatur, habet: En tertium, nempe, concio præſidentis. B

Sub hæc conſurgimus communiter omnes & precationes profundimus, & , ſicut retulimus, precibus peractis, panis offertur & vinum & aqua : præpoſitus item, quantũ pro virili ſua poteſt, preces & gratiarum actiones fundit, & populus fauſtè acclamat dicens, Amen. En quartum & 5. oblatio, nempe , Euchariſtiæ & conſecratio.

Et diſtributio communicatioque fit eorum, in quibus gratiæ ſunt actæ cuique præſenti ; abſentibus autem per Diaconos mittitur. En ſextum, nimirum communio omnium.

Septimum autem, octauum & nonum Tertullianus [a] ſic mixtim deſcribit: *Cœna noſtra de nomine rationem ſui oſtendit, vocatur enim ἀγάπη, id quod dilectio apud Græcos eſt. Non priùs diſcumbitur, quàm oratio ad Deum prægustetur. Poſt aquam manualem & lumina, vt quiſque de ſcripturis ſanctis, vel de proprio ingenio poteſt, prouocatur in medium Deo canere: atque oratio conuiuium dirimit.* Quiquidem ritus in Eccleſia diu durare potuerunt : ſed nec à nouatoribus, qui ſe Eccleſiæ iactant eſſe reformatores in ſuis conuenticulis obſeruari potuerunt : cùm nonnulla ex iſtis ab Apoſtolis, ac præſertim à Paulo ablata penitus ſint, & alia pro regionibus & temporibus ordinata ſint, vt omnes ferè Patres ritè colligunt ex iſtis eius verbis, *Si quis eſurit, domi manducet, vt non in iuditium conueniatis. Cætera autem, cùm venero, diſponam* [b] nimirum, Euchariſtiæ celebrationem. C D

[a] Vbi ſupra.

Hæretici cõtra Romanã Eccleſiam eiuſque ritus obmurmurãtes vellicantur.

[b] 1. Cor. 11. 34.

Ex illis autem Apoſtolorũ diſpoſitionibus vna eſt, quam Auguſtinus [c] inter eorum traditiones numerat, vt *Euchariſtia ſumatur à ieiunis, cùm tamen Chriſtus poſt cœnam eam inſtituerit.* Item, vt vinum aqua miſceatur: vt habet Cyprianus : [d] Rur-

[c] Epiſt. 118.

[d] Ep. 63. ad Cæcilianũ.

Digitized by Google

ſum vt Miſſa pro viuis & deffunctis offeratur, idque tali ritu, vel tali, &c.

Prædictis autem nouem Agapes Eſſenorum , & poſtea Chriſtianorum ritibus tandem iſta ſucceſſerunt.

Primò, vt Miſſæ introitus poſt horas canonicas ab vno pſalmo inciperet, cuius etiam nunc vnum verſiculũ, nempe, primum cum Gloria Patri, &c. recitamus.

Secundò , Propheriis ſucceſsit lectio Epiſtolæ & Euangelij.

Tertiò , ſucceſsit concio poſt Euangelium. B

Quartò, id quod vocatur offertorium.

Quintò, oblatorum per ſacra verba conſecratio, poſt quam olim à miniſtro reſpondebatur, Amen.

Sextò , reſpondet noſtra communio.

Septimò, id quod appellamus poſtcommunionem; quam ſequuntur orationes , & in *ite Miſſa eſt* , vel *Benedicamus Domino*, gratiarum actiones, atque poſt populi cum benedictione dimiſsionem , horæ iterum canonicæ decantantur.

Octauum ab iis qui vel Eſſenorum, vel potiùs Apoſtolorum vitam ſectantur nempe monachis olim ſeruatum videre eſt apud Caſsianum in libris de collationibus Patrum. C

Denique quod nonum in ordine eſt, ad ſextum reduci debet.

Collige ex dictis S. Iudam de hac ſacroſanctæ Euchariſtiæ pia celebratione facilè intellexiſſe, cùm, vt clauo clauum retunderet, & fideles à turpiſsimis hæreticorum agapibus deterret, de ſacro Dei conuiuio dixit eis, *Vos autem chariſsimi ſuperædificantes vosmetipſos ſanctiſsimæ veſtræ fidei, in Spiritu ſancto orantes, vosmetipſos in Agape Dei ſeruate.* Vnde etiam colligitur, vnum ex melioribus ſe à peccato ſeruandi mediis eſſe ſanctam communionem: vt etiam ex antea citatis verbis, *erant autem perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum & communicatione fractionis panis & orationibus.* [a] Minimè namque dubium eſt, præſtare frequenter, quam raró Euchariſtiam ſumere: cùm & tam multi Patres quos citant Stephanus Durantus , [b] Enrigues , [c] Suares , [d] & Chriſtophorus Madridius , [e] id ſentiant, vehementerque vrgeant, ſic accipientes etiam quod in oratione Dominica panis idem *ſuperſubſtantialis, quotidianuſque* D

Communionis frequentatio vtiliſsima.

a Act 2.42.
b lib. de ritib Eccl
c lib. 8 ſummæ c 53.
d Tom 3 in Part. diſput. ſect. 4.
e Tract. de hac re.

Digitized by Google

dicitur, vt inter alios Ambroſius,[a] Auguſtinus,[b] & Venantius[c] affirmet: & Concilium Trident.[d] ad id magnopere hortetur: *Optaret ſancta Synodus, vt ſingulis miſſis fideles aſtantes non ſolùm ſpirituali affectu, ſed Sacramentali etiam perceptione communicarent, quò ad eos ſanctiſsimi huius ſacrificij fructus vberior proueniret.* Sed ad textum noſtrum reuertamur.

Expectantes miſericordiam Domini noſtri Ieſu Chriſti in vitam æternam. Scribit S. Irenæus Martir,[e] Simonem Magum docuiſſe eſſe *ſe ſublimiſsimam virtutem, hoc eſt, eum qui ſit ſu-*
B *per omnia Pater & ſuſtinere vocari ſe quodcumque eum vocant homines: ſe eſſe qui inter Iudæos quidem quaſi Filius apparuerit, in Samaria autem, quaſi Pater deſcenderit, in reliquis verò gentibus quaſi Spiritus ſanctus aduentauerit:* Item ſe veniſſe, vt hominibus ſalutem præſtaret per ſuam agnitionem; *quapropter non vlteriùs curare debere Prophetas eos, qui in eum & Helenam eius ſpem habebant, & vt liberos agere quæ velint: ſecundum enim gratiam ipſius ſaluari homines, ſed non ſecundum operas iuſtas,* &c. Ad hanc peſſimam ac blaſphemam Simonis doctrinam nunc puto noſtrum Apoſtolum alludere, eamque labefactare ac deſtruere, docens ſpem noſtram eſſe ponendam
C in miſericordia Domini noſtri Ieſu Chriſti. *Nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri*, dicebat Petrus,[f] *Omnes peccauerunt*, ait Paulus,[g] *& egens gloria Dei, iuſtificati gratis per gratiam ipſius per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ per remiſſionem præcedentium delictorum.* Vnde quod dicit Pſalmiſta,[h] *frater non redimit, redimet homo.* Hoc eſt, exponit Baſilius, *Non homo nudus, ſed homo Deus Ieſus Chriſtus; quia nullus alius poterat condignum afferre pretium.* Et hæc eſt ratio
D cùr Iudas noſter ſemper Chriſti diuinitatem exprimit vocans eum Dominum, ſiue referat iſtius Simonis hæreſim, qua Ieſum Deum eſſe negabat, cùm eius ſectatores vocat *ſolum Dominatorem & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negantes*:[i] ſiue loquatur de orthodoxis ac veris Apoſtolis: *Memores eſtote verborum quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti*:[k] ſiue de ſecundo Chriſti aduentu mentionem faciat,

a 4 de Sacram c. 5.
b Serm 28. de verb. Domini.
c in Orat. Domin.
d Seſſ 13. c. 8 & Seſſ 22 c 6.
e Orat. ad Anton.
f Act 4. 12.
g Rom. 3 23 24. 25.
h Pſ 48. 8.
i verſ. 4.
k verſ. 17.

Digitized by Google

a verſ. 24. vocat eum *aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti*, a ſiue Deum A
benedicat: *Soli Deo ſaluatori noſtro per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum*. b verſ. 25. b Similiter nunc volens ſpem noſtram in Ieſum erigere tanquam in proprium obiectum, ait, *Expectantes miſericordiam Domini noſtri Ieſu Chriſti*. Ex quibus colligitur ſuperædificationem ſanctiſſimæ fidei noſtræ per verbum Dei, & in Spiritu ſancto factam orationem; nec non Dei Agapen ad hoc fuiſſe ordinatas, vt per eas ſpes noſtra erigatur & animetur ad ardentiùs ac conſtantiùs expectandam tanti Saluatoris & Dei miſericordiam.

In vitam æternam. Certum eſt ſacroſanctum Euchariſtiæ B
Sacramentum peculiari quodam modo præ aliis inſtitutum fuiſſe, vt per illud habeamus vitam æternam. *Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem habet vitam æternam.*
c Ioan 6 50.52 55 59. *Qui manducat hunc panem viuet in æternum*. c Carnalis autem & ſpurciſſima Simonianorum Agape beſtialem tantum, temporalem ac terrenam vitam intendebat, ac ſi in illa decumbentes dicerent, d Eſa. 22 13. 1. Cor. 15 32. *Comedamus & bibamus, cras enim moriemur* d *vino pretioſo & vnguentis nos impleamus: & non prætereat nos flos temporis* e Sap 8 7 e paſcere volunt ſuauitate tactum & odoratum, atque, vt quidam exponunt, guſtum exponentes quæ vocant electuaria ad melius bibendum. Qualis quæſo debuit eſſe iſtorum C
hæreticorum Agape, in qua non ſolum vino, ebrietate, crapula & omni turpitudine maculabantur, ſed erant ipſemet f verſ. 12. *maculæ*, f vt Iudas vocauit, cùm circa idem tempus in Chriſtianorum g 1. Cor. 11. 21. ſacris conuiuiis tantus iam eſſet abuſus, vt Paulus g exprobrare potuerit Corinthiis, *Conuenientibus vobis in vnum, iam non eſt Dominicam cœnam manducare, vnuſquiſque enim veſtrum cœnam præſumit ad manducandum, & alius quidem eſurit, & alius quidem ebrius eſt*? Ita vt quidam conuenirent tanquam porci, non ad excitandam pietatem, vel honorandum Deum, D
ſed ad manducandum & bibendum. Quaſi dicat, non inſtituitis cœnam Domini ſobriam, & præuiam ad Euchariſtiam quæ dat vitam æternam: ſed potiùs Bacchis & Martis conuiuium inſtituitis ad viuendum, & genio indulgendum. Nihil ergo mirum, ſi hæreticorum conuiuia, tanta eſſent ſpurcitie plena. Venter enim mero æſtuans deſpumat in libidinem.

Porrò,

Digitized by Google

A Porrò, iuxta communiorem ſenſum, ageretur nunc de tribus Theologicis virtutibus; nempe de fide, quæ dicitur ſanctiſſima, de charitate, quæ dilectio Dei nominatur, & de ſpe, per quam expectamus gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti in vitam æternam: quod idem eſt, ac quod Paulus conciſiùs ait, *Gratiam Dei vita æterna in Chriſto Ieſu Domino noſtro.* [a] Sed prior expoſitio melius ad Iudæ mentem ac totius æpiſtolæ inſtitutum eſſe videtur: cui quadrat quod ſequitur.

[a] Rom. 6. 23.

B Verſ. 22. *Et hos quidem arguite iudicatos.*

SI, Chriſti oraculo, *qui non credit iam iudicatus eſt:* [b] & ſi Apoſtolus etiam de fidelibus, qui ad ſanctam Sinaxim non ibāt, niſi vt comederēt, biberent crapulæque vacarent, ſententiam protulit; *Si quis eſurit, domi manducet, vt non in iudicium conueniatis: qui enim manducat & bibit indigne de pane & de calice Domini, iudicium ſibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini:* [c] quantò magis iſti, qui ſunt *in ſuis Agapis maculæ* totque modis Chriſtum eiúſque gloriam in eis blaſphemant & C alia quæque turpiſſima faciunt, iam à Deo iudicati, damnatíſque ſunt, *eíſque procella tenebrarum ſeruata eſt in æternum?* [d] Sed quia Simoniani doctrinam & ſcientiam profitebantur, qua de cauſa quædam poſterior eorum ſecta Gnoſticorum hoc eſt, *ſcientium* nomen aſſumpſit: modum quo ſe erga illos orthodoxi patres gerere debent, præſcribere videtur noſter Apoſtolus, dicens, *& hos quidem arguite iudicatos*: id eſt, rationibus & argumentis oſtendite illis, quod ſunt hæretici, & de numero illorum, qui non credentes iam iudicati ſunt. Vnde quidam legunt in accuſatiuo, ἐλέγχετε διακεκριμένους, arguite, vt D ita dicam, diſputatos, id eſt, diſputationis, rationúmque vi conuictos. Quod Paulus videtur exponere, cùm ait τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν, *& eos qui contradicunt arguere.* [e]

[b] Ioan 3. 18.

[c] 1. Cor 11. 29.

[d] ſupra verſ. 13.

Arguite iudicatos quid ſit.

[e] Tit. 1. 9.

Minus eſt, quod Oecumenius hìc exponit, manifeſtare omnibus impietatem illorum, qui diſſident, ſeque ſeparant ab aliis. In hoc tamen placet, quod iſta verba ſpecialiter attribuere videtur ijs, qui paulo priùs dicti ſunt ſegregántes ſemetipſos in illa ſententia, *Hi ſunt, qui ſegregant ſemetipſos, animales,*

Digitized by Google

a Verſ.19. *ſpiritum non habentes:*[a] quæ tria errantium genera breuiter continerer, vel potius tria in ipſis pſeudoangelis, hæreticiſque crimina: nempe hæreſim, quæ fidem collimat ex diametro & animas non ſolùm ab Eccleſiæ vnitate per ſchiſma, ſed etiam per falſam doctrinam ab ipſa fide orthodoxa ſeparat; vt cùm *ſolum*
b Verſ.4. *Deum & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum eſſe negant:*[b] deinde turpiſſimam, enormémque libidinem per quam fiunt *animales*, quæ ſub iſtis verbis continetur, *Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam*: tertiò, inobedientiam, qua Dei ſpiritum ac voluntatem in magiſtratibus aliiſque ſuperioribus agnoſcere detrectantes *ſpiritum non habere* dicuntur: & de iſtis quoque dixerat, *Dominationem autem ſpernunt.*[c]

c Verſ.8. Quantum ad primum errorem in fide; ſi *iudicati* denotant obſtinatos, traditos in reprobum ſenſum, & damnatos, tales nihilominus arguendos docet Paulus, ad aliorum vtilitatem,
d 1.Timoth.5.20. vt timorem habeant,[d] maloque ſapiant alieno: ſicut Petrus,[e]
e Act 8.20. & ſeq. iam iſtorum coryphæum Simonem Magum adeo durè increpauerat: & poſtea Paulus[f] Elymam quoque Magum, Hyme-
f Act 13.10. 11. 1.Timoth. 1.20. 1.Cor.5.5. næum, Alexandrum, Philetum & Corinthium inceſtuoſum. Tandem, *arguite iudicatos*, id eſt, cum rectè iudicaueritis eos in errore verſari; vel poſtquam ita feceritis, iudicatique dicto modo fuerint, liberè & acriter reprehendite, nec priùs, quàm de illorum errore certi ſitis, ſecernatis ac ſeparetis eos à vobis; quæ eſt quædam ratio excommunicationis. Et hoc vſque nunc factum eſt Eccleſia in ſynodis legitimiſque concilijs ideo conuocatis. Sed præter ſcripturarum teſtimonia, rationes & argumenta, arguite illos vitæ puritate: qua inducantur ad morum honeſtatem, caſtimoniam, humilitatem, opúmque contemptũ: ſublata enim radice hæreſos, tollitur & ipſa hæreſis.

Verſ. 23. *Illos verò ſaluate, de igne rapientes, alijs autem miſeremini in timore: odientes & eam quæ carnalis eſt, maculatam tunicam.*

ILlos verò, nempe, qui iuxta ſecundum errorem, ſunt *animales, carnem maculant, & quæcúmque naturaliter tanquam muta animali norunt, in his corrumpuntur; ſaluate, de igne rapientes,* id eſt, de feruore libidinis, ait, Richelius, aliorúmque vitio-

rum, ac per hoc ab infernali incendio. Ignem quoque libidinis, quem & Sodomiticum Adamus vocat, inſinuari credit Lorinus propter turpiſſimas libidines Gnoſticorum: ego verò ipſius Simonis (quia illi nondum erant) quæ ſæpe in hac epiſtola repetuntur. Nihil frequentius in ſacris atque profanis ſcripturis, quàm vt ignis, igniculus; focus, foculus, fax, facula, flamma, calor, æſtus, incendium & alia id genus, vt vri, ardere, caleſcere ad libidines denotandas vſurpentur. *Fortis vt mors dilectio dura ſicut infernus æmulatio, lampades eius lampa-* B *des ignis atque flammarum:* [a] *Anima calida quaſi ignis ardens, non extinguetur donec aliquid glutiat: & homo nequam in ore carnis ſuæ, non deſinet, donec incendat ignem.* [b] In extinguenda tali flamma celeritate opus eſt, vt ibi primùm eruperit, extiteritue vel ſcintilla, ſi anteuerti non potuit peccandi occaſionum, maximè verò per ea vitia quæ flammam facilè concipiunt. Nam in Prouerbijs [c] perinde negatur mundum eſſe poſſe qui tetigerit vxorèm proximi ſui, ac fieri poteſt, vt abſcondat quis ignem in ſinu ſuo, veſtimenta verò illius non ardeant, vel ambulet ſuper prunas & non cõburantur plantæ eius. Proximo in ignem vel incendium mox caſuro manus præbenda, ne pereat: C quemadmodum diſſimulantem ac tergiuerſantem Lot egredi de Sodoma cum vxore & filiabus, Angeli apprehenſa manu vi quadam eduxerunt [d] Angelos in hoc oportet imitari in aliorum ſalute promouenda: cùm è contrario, vt Hieronymus [e] aduerſariæ poteſtates in perniciem eorum, quos rapiunt, prædam rapere feſtinent, quemadmodum de Ioſeph, inquit, dicebatur, [f] quod mala beſtia, ſiue fera peſſima comedit & rapuit eum.

a Cantic 8. 7.
b Eccli. 23. 21.
Ignis libidinis extinctu difficillimus.
c Cap 6. 27. 28. 29.
d Geneſ 19. 16.
e lib 6. in Ezech. cap. 18.
f Geneſ. 37. 33.

In primi erroris extirpatione, hoc eſt extingenda hæreſi docuerat argumentis agendum & rationibus certam eſſe ex D ſupremi iudicis Chriſti ſententia, hæreticorum omnium damtionem, oſtendendum: in hoc verò ſecundo de retrahendo animas à libidinis igne, qui magnam hæreſis flammam excitare ſolet, quàmprimùm obſtare ſuadet principijs: quia vis inferenda carni eſt, cum qua colluctatio nobis perpetua domeſtica & inteſtina ſiue inter eam & ſpiritum, [g] repugnátque legi mentis. [h] Adde zelum ac feruorem quo duci debemus ad proximi ſalutem procurandam: in quo Chriſto perſimiles eſ-

g Matth. 11. 12.
h Galat. 5. 17 Rom. 7. 23.

cimur: vnde Dionyſius Areopagita in libro de cœleſti hierarchia,[a] in qua loquitur de Angelis purgantibus, illuminantibus & perficientibus; docet, quod vniuſcuiúſque eorum, qui in hierarchia coaptati ſunt, in eo poſita eſt perfectio, *vt pro ſua quíſque virili parte ad Dei imitationem contendat, &, id quo nihil ſanè diuinius eſt, Dei, vt ſacræ ſcripturæ loquuntur* (vt cùm Paulus[b] vocat *Dei adiutores*, & Ioannes[c] *cooperatores*) *fiat adiutor, diuinámque in ſe actionem ac vim, quantum poteſt, oſtendat.* Docet Chryſoſtomus,[d] quia nullius rei pretium cum anima conferendum eſt, ne totus quidem mundus, etiam ſi quis diuitias innumerabiles dederit pauperibus, nihil tale effecturum, quale illum, qui conuertit animam: & qui caret pecunia poſſe animo præbere eleemoſynam, id eſt, recta conſilia, admonitiones conuenientes, correptiones, per quas quempiam expiſcetur. Vocat hoc opus Angelicum[e] omnia facere pro ſalute proximorum, cùm omnes Angeli ſint *adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis.*[f] Cùm igitur B. Iudas ſicut frater eius Iacobus[g] hortatur vt alij ſaluent alios, inferri poteſt hominem hominis dici poſſe ſaluatorem abſque præiudicio Chriſti, qui vnicus eſt mediator Dei & hominum,[h] & ſaluare per ſeipſum ſolus poteſt accedentes ad ipſum.[i]

Alijs autem miſeremini cum tremore. Iſtos alios iam eſſe diximus qui *ſpiritum non habentes dominationem ſpernunt*, hoc eſt, præpoſitis ac prælatis obedire detrectant. Ideo nunc optima ab Apoſtolo noſtro ipſis ad quos ſcribit, ſuperioribus ac paſtoribus datur regula, vt in ſpiritu lenitatis, compaſſionis & miſericordiæ corrigant eos qui huiuſmodi ſunt: ita tamen oleo vinum miſceant, vt timorem ſalutarem illis incutiant & *ſpiritum* quo carere videntur, excitent, nempe *timoris Domini*,[k] qui eſt *initium ſapientiæ*.[l] Gloſſa poſt Bedam & alij exiſtimant quod hîc dicitur *in tremore*, ſeu timore, ad cuncta alia quæ propoſita ſunt, iungendum eſſe, quia & apoſtatas quiſquis arguit ac damnabiles oſtendit, in timore debet agere, ne fortè ſibi, ſuiſque quos diligit, aliquid tale contingat. Et qui de incendio vitiorum alterum caſtigans, eripit, conſiderare ſe debet, ne & ipſe tentetur:[m] & qui pœnitenti miſeretur proximo, etiam illum neceſſe eſt, hoc circunſpectè agere, ne forte plus iuſto

a Cap. 3.
b 1. Cor. 3. 9.
c Epiſt. 3. v. 8.
d Hom. 3. in 1. ad Corinth & Hom. 9 in 2. ad Cor.
e Homil. 3. in Epiſt. ad Hebr. & Pſal. 48.
f Heb. 1. 14.
g Cap. 5. 20.
h 1. Tim. 2. 5. Heb. 8. 6.
i Hebr. 7. 25.
k Eſa. 11. 3.
l Pſal. 110. 10.
m Gal. 6. 4.

A vel ſeuerus exiſtat, vel pius. Hinc & Auguſtinus [a] in praxi hunc correptionis modum perutilem præſcribit: *Nunquam*, inquit, *alieni peccati obiurgandi ſuſcipiendum eſt negotium, niſi cum internis cogitationibus examinantes noſtram conſcientiam, liquidò nobis coram Deo reſponderimus, dilectione nos facere. Dilige, & dic quod voles, nullo modo malè dictum erit, quod ſpeciem maledicti ſonuerit, ſi memineris ſenſeriſque te in gladio verbi Dei liberatorem hominis eſſe velle ab obſidione vitiorum.* Quod ſi quis impatientiæ motus nobis ſubrepat, noſque dum nobis bene monentibus reſiſtitur, iraſci contingat, *cogitemus*, inquit, *quàm non de-*
B *beamus ſuper aliorum ſuperbire peccata, quando & ipſa eorum obiurgatione peccamus, cum faciliùs nos ira peccantis iratos, quàm miſeria miſericordes facit.* Et S. Baſilius, [b] docet ſuperiores, alióſque qui animarum morbos curare ſatagunt, debere imitari probos medicos: nempe, *vt ægris non iraſcantur, ſed aduerſus ipſum morbum pugnent.* Certè nullum eſt peccatum quod vnquam fecerit homo, quod non poſſit facere alter homo, ſi Creator deſit à quo factus eſt homo: ait Auguſtinus. [c]

Odientes & eam quæ carnalis eſt maculatam tunicam. Ita debent animarum paſtores erga ſibi ſimiles homines peccantes
C vti miſericordia cum tremore, vt ſicut Deo, ita & illis *odio ſit impius & impietas eius.* [d] [Amat Deus, in impio naturam, & idcirco, dum puniendo eam abigit, amorem ſuum declarat: amat hominem vt artifex fabricam, inquit ille qui ſe vocat Hieronymum, [e] ſed odit opera mala, quibus fabrica vrgetur in lapſum & cogitur in labinam. Et quia mala opera odit, malorum operum non poteſt amare factorem: Sicut Salomon ſanctiſſimus protulit, &c.] Animæ tunicam Clemens Alexandrinus docet eſſe maculatam, cùm ſpiritus concupiſcentijs pollutus eſt carnalibus. Non corpus, ait Gloſſa, ſed maculatum eſſe
D odiſſe debemus & arguere, vt immaculatum reddamus, vt de carnali ſpirituale efficiatur. Lorinus autem: Carnem noſtram, quæ animum ipſum veluti maculauit, vel ne maculet, tanquam obſitam puluere tunicam aut maculoſam excutimus, confricamus, deterimus, lauamus, quaſique odio proſequentes; abominamur, tundimus, caſtigamus, [f] mortificamus, [g] conſcindimus, [h] odio habemus, vt in vitam æternam cuſtodiamus. [i] Hæc & ſimilia optimè ad tropologiam: ſed propiùs

a In illum locum.
b in Reg. fuſ. diſp. reg 51.
c Soliloq. c.1. tom.1.
d Sap.14.9.
e Epiſt. 6. ad amicum ægrot. tom.9.
f 1. Cor.9. 27.
g Coloſſ. 3. 5
h Pſal.19. 11.
i Ioan.12. 25.

Digitized by Google

nea ſtricta manicata longa ex byſſo, corpus tegens totum excepto capite & collo. Arias confert cum talari Romanorum ſtola: & quod Hebræi quoque ac ex noſtris alij dicunt, docet, Aaroni, ex eadem confectam quidem fuiſſe materia, ſed ita textam vt oculorum figuras (ni fortè paruas concauitates rotundas, quę nonnunquam lapidibus pretioſis replebantur, vt docemus in noſtris Commentarijs [a]) continuis, contiguiſque ordinibus referret, eo modo, quo apud Romanos veſtes ſcutulatæ, atque id importare Hebræa vocabula כתנה תשבץ *Chethoneth*
B *taſcchetz*, id eſt, *tunicam ocellatam*, vt docent Lipomanus, Vatablus, Pagninus, Montanus & alij: quod aliqui etiam vocant opus phrygionicum, vel teſſelatum. Nunc verò de ſimplicium ſacerdotum atque ex Eſſenis deſcendentium prophetarum ſeu religioſorum tunica ſermo eſt, ex Hebræo à Gręcis ſumpto vocabulo χίτων: quod dum ſine adiectiuo λευκὸν hîc ponitur, ſubindicatur virorum huiuſmodi tunicas vulgò, paſſimque coloris albi fuiſſe, qui præ cæteris maculas contrahit.

Et dum ampliſſimè docuimus, [b] omnes in toto terrarum orbe philoſophorum ſectas ab antiquis prophetis Enoſcæis. videlicet, aut Cinæis deriuaſſe: nihil mirum, ſi in Chaldæa Brach-
C mani Arphaxadis (vt vidimus [c]) diſcipuli albis induti procederent. Item, auctore Pierio [d] apud Perſas Magi, qui hoc vno colore Deum delectari dicebant; quem & Cicero [e] Deo maximè decorum vocat. De Ægyptijs ſacerdotibus (quos ab Hebere patriarcha deinde ab Abrahamo, poſtea à Iacob eiuſq; filio Ioſeph *inter fratres ſuos Nazareo* [f] ſtola byſſina à Rege induto inſtructos fuiſſe tenemus [g]) proditum eſt à Philoſtrato, [h] Plinio, [i] Plutarcho, [k] & S. Hieronymo. [l] De Eſſenis ſcribunt Ioſephus, [m] & Philo, [n] qui de ſacris eorum agens conuiuijs in veſte alba illis adfuiſſe indicat, dicens: *Vbi verò conuenere candidati & læti cum*
D *ſumma grauitate ad ſignum datum, &c. precantur, vt placeat Deo id conuiuium*. Et certè de eorum aſſeclis patribus Nazaræis, eorumque veſtitu loquutus erat Ieremias. [o] *Candidiores niue nitidiores lacte*, &c. Inter Nazaræos Euangelicos, dico Apoſtolos, Iacobus Iudæ noſtri germanus linæis ſemper indutus legitur. Nonnulli ſcribunt de Ioanne Euangeliſta, quem ſuſpicantur illum eſſe de quo in Euangelio, [p] quod amictus ſyndone nudus profugit à cohortibus. Alij etiam putant Bartholomæum alba

a Iob 28.18.
b Ante leg. lib. 2 cap. 17.
c Ibid. cap. 14.
d in Hieroglyph.
e 2. de legib.
f Geneſ. 49 26.
g Ante leg. lib. 2. c. 7. & lib 3. cap. 3. & 11.
h in Apolog ſua.
i Lib. 19 c 1.
K Opuſc. de Iſide:
l Lib. 13 in cap 44. Ezech.
m 1. de bel. Iud
n lib. de ſupplicibus.
o Thren. 4. 7.
p Marc. 14. 51. Ambroſ. in pſal. 36. Greg. in Moral. & alij.

Digitized by Google

quoque veſte vſum fuiſſe. Nihil incongruum credo idem de cæteris Apoſtolis ſuſpicari non ſolùm ad inſtar priſcorum Eſſenorum, quibus ſucceſſerunt: ſed etiam propter Chriſtum, qui transfiguratus eo colore quaſi Nazaræus veſtibus apparuit[a] & reſuſcitatum in veſte candida renunciarunt Angeli,[b] eidem datum eſt, vt cooperiret *ſe byſſimo ſplendenti, quæ ſanctorum iuſtificationes* in ſymbolo puritatis *erant*.[c] Imò, Daniel,[d] Antiquum dierum videt cum veſtimento candido ſicut niue. Sicut in Apocalypſi[e] Ioannes Chriſtum *filium hominis veſtitum podere* (nempe, byſſino) *cuius capilli erant candidi tanquam lana alba & tanquam nix*. Ibidem[f] ſedet ſuper equum album: quem alij in bello ſequuntur inſidentes equis albis.[g]

Deníque color albus lætitiæ ſignum ſemper fuit, nec non vitæ inſtitutíque liberioris, quamuis non diſſoluti inter Chriſtianos in quotidiano veſtitu: *vt animi candorem præ ſe ferrent* ait Clemens Alexandrinus[h] in ſuo Pædagogo: Tertullianus verò,[i] *ingenuitatem ac libertatem*. Tunicam lineam Clericos geſtaſſe teſtatur Auguſtinus.[k] Hieronymus,[l] de veſte miniſtrorum altaris: déque Neophytis recens baptizatis, vnde & Dominicam in albis denominari vetùs traditio eſt. Et tandem commune fuit Chriſtianis cum Hebræis & Gentilibus[m] vt in ſacris veſte candida vterentur. Quod B. Iudas velut præſupponens ob Dei & ſacrorum myſteriorum reuerentiam, ſummum nefas arbitratur, ſi quis eorum miniſter ſanctas candidáſque veſtes voluntaria pollutione contaminet admonens Eccleſiæ prælatos, vt eos qui ita ſunt in agapis ſuis maculę, ſummo odio proſequantur. Cùm enim præcipit odiſſe tunicam maculatam, metonimia eſt, pro ijs, qui ſuam ita conſpurcant tunicam. Quod attendant, quæſo, tam clerici ſæculares, quàm religioſi, qui exteriorem ſuæ profeſſionis habitum relinquentes multis ſeſe luxuriæ & ebrietatis inter ſæculares turpitudinibus inquinant, peſſimè abutentes hoc communi prouerbio, *Habitus non facit monachum*.

Longiſſimè à priſcorum Chriſtianorum ſpiritu, qui ſimul cum impietate togam exuere, atque vnà cum pietate pallio amiciri ſolebant: ita vt de illis, paroemiam in dicterium conuertentes Gentiles dicerent,[n] *De toga ad pallium*. Vnde Tertullianus:[o] *Enimuero*, inquit, *cùm hanc primùm ſapientiam veſtit, quæ*

a Matth. 17. 2.
b Marc 16. 17.
c Apoc. 19. 8.
d Cap. 7. 9.
e Cap. 1. 13.
f Cap. 6. 2.
g Apoc. 19. 11. 14.
h Lib. 2. c. 10.
i Lib de reſuar. carnis.
k Serm 50. de diuerſ.
l Contr. Pelagaianos.
m Valer. lib. 1 cap. 1. Philoſtr. lib. 2.
Paroemia Habitus non facit Monachū *quid importet*.
n Tertul. lib. de pallio c. 5.
o Ibidem cap. 4.

A *quæ vaniſſimis ſuperſtitionibus renuit, tunc certiſſimè pallium ſuper omnes exuuias & peplos auguſta veſtis* (quia candida) *ſuperque omnes apices, & titulos ſacer ſuggeſtus deducit oculos. Suadeo reuereri habitum vnius interim errore tui renunciatorem.* Erat autem iſtud pallium albi coloris ad differentiam pallij Philoſophorũ, quod erat furui coloris, haud grati, vel vſitati Romanis, apud quos tale dicterium ſic à Hieronymo recitatum: *Si tunica non canduerit* (nempe vt pallium Chriſtianorum) *ſtatim illud è triuio: Impoſtor & Græcus eſt.* En tunica candida Chriſtianorum, vel etiam Monachorum.

B

B. Iudas.

24. *Ei autem qui potens eſt vos conſeruare ſine peccato, & conſtituere ante conſpectum gloriæ ſuæ, immaculatos in exultatione, in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

24. *Soli Deo Saluatori noſtro per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum gloria & magnificentia, & imperium, & poteſtas ante omne ſeculum, & nunc & in omnia ſæcula ſæculorum. Amen.*

C *EI autem qui potens eſt vos conſeruare,* &c. Optimè monet hîc Oecumenius, S. Iudam voto, imprecatione, *δοξολογία* Dei ſuam epiſtolam obſignare: nos inſuper verè Apoſtolicũ, hoc eſt, in diuinæ ſapientiæ arcanis conſiderandis perſpicaciſſimum, eiſdemque adorandis pietate pleniſſimum, nec non erga peccatores, quantumuis ſceleratos, charitate & miſericordia tenerrimum ſpiritum perſpicimus: prælertim ſecundum quod plures Græci codices habent *αὐτούς, ei autem qui potens eſt cuſtodire eos à peccato*: loqui intendens de eis, quos vſque nunc multis & grauiſſimis peccatis iniquinatos eſſe o-
D ſtendit (& maximè in hoc, quod *in ſuis agapibus*, tam enormiter ſuam ſacram tunicam polluebant, vt potiùs *maculæ*,[a] quàm maculati appellari mererentur, ideoque meritò *procella tenebrarum eis in æternum ſeruata ſit*[b]) totus extra ſe raptus humiliter adorat ac benedicit Domini noſtri Ieſu Chriſti potentiam, ſapientiam, & in ſua redemptione bonitatem incomprehenſibilem. Potentiam quidem, qua cùm abſolutè poſſit ſceleratos illos ab omni ſeruare peccato, & in veris, ſacriſque Chri-

a verſ.12.
b verſ.13.

Digitized by Google

ſtianorũ agapibus conſtituere coram ſacroſanctæ Euchariſtiæ ſacramento, vt ibi ei miniſtrent atque in omni mentis & conſcientiæ puritate *cantent* exultantes in *Pſalmis, hymnis & canticis ſpiritualibus*, [a] non tamen illos confundit, perdit, penituſue conterit; ſed viuere permittit: Sapientiam, in hoc quod propter Eccleſiæ bonum, & vt qui *probati ſunt manifeſti fiant*, [b] obque multas alias cauſas ignotas mortalibus, & imperſcrutabiles, permittit, ſicut optimè nouit *hæreſes eſſe oportere*: Bonitatem, verò, dum tam patienter tolerat illos, quos ſaluauit, id eſt, pretioſo ſuo ſanguine redemit. Et hæc duo continentur in iſtis iuxta Græcum verbis, *Soli ſapienti Deo Saluatori noſtro gloria & magnificentia robur, & auctoritas, & nunc, & in omnia ſæcula. Amen.*

[a] Epheſ. 5. 19 Coloſſ. 3. 19.

[b] 1. Cor. 11. 19.

Poſtquam enim multa dixit de iſtorum pſeudoangelorum exceſſibus ac peccatis, cúmque alia multò plura de eiſdem dicere poſſet, ſermonis ſui filum, cum quadam pia, & eleganti reticentia velut abrumpens, ad prædicta diuina Chriſti attributa conſideranda ſeſe conuertit: eodem (vt mihi videtur) modo & ſpiritu, quo Paulus, [c] poſtquam per tria capita multa dixit de reiectione Iudæorum, & vocatione Gentium, rem cum exclamatione terminat, *O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei! quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius!* Quaſi dicat: O profundam miſericordiam, ſapientiam, & ſcientiam Dei! miſericordiam, qua omnium miſertus eſt; ſapientiam, qua, vt ait Gregor. [d] omnia concludi permittit ſub peccato & infidelitate, quaq; ita omnia diſpenſauit, vt primò negligeret gentes, vt ſic Iudæos eligeret; deinde Iudæos reijceret, & ſic eligeret gentes: deinde vtroſque in fine eligeret, & complecteretur: ſcientiam, qua omnia futura diſtinctiſſimè nouit antequam fiant, vt Iudæorum reiectionem, Gentium adoptionem & iuſtitiam. Ita nunc Iudas noſter, poſtquam paſtores, ad quos ſcribit, hortatus eſt, vt eos, qui ex dictis pſeudoangelis errarent circa fidem rationibus, ſcripturarumque teſtimoniis conuincerent, eos, qui luxurioſi erant ex igne libidinis eriperent, illorum autem qui ſpiritum non habebant, miſererentur: eos tamen ſic impiè ſacram tunicam polluebant, ſancto odio proſequeretur: ad Chriſtum Dominum noſtrum mentem eleuans, diceret: Glo-

[c] Rom. 11. 33.

[d] lib. 19. Moral cap. 28.

Digitized by Google

A ria magnificentia, imperiũ & poteſtas ſit ei qui tantæ pôtentiæ eſt, vt rebelles etiam cogere poſſit huiuſmodi hominum voluntates, vt nullum peccatũ committant, quod tamen non facit: imò eos, qui nunc in impiis cœtibus miniſtri Satanæ ſunt, in ſuorum numero ſacerdotum, coram ſacris Euchariſtiæ myſteriis, vt ibi puri & immaculati ſacræ pſalmodiæ vacarent, cõſtituere potuit, & non fecit: nimirum, ipſe ſolus eſt ſapiens, à quo omnis ſapientia deriuatur; cuius profunda penetrare non poſſumus; & ipſe ſolus Saluator, qui *animam ſuam dedit in redemptionem pro multis*, [a] idque ex tanta bonitate, vt para- a Math 20
B tus ſit etiam nunc iſtis ſceleratiſſimis hominibus fructum ſuæ 28.
redemptionis parcendo largiri.

Vt autem talem horum verborum legitimum ſenſum eſſe videamus repetenda ſunt ea, quæ iam ſemel, & iterum diximus [b] de nomine δόξα, pro Euchariſtia pro qua, & nunc ita b verſ. 8.
ſumitur, cùm dicitur ϗ ςῆσαι κατενώπιον τῆς δόξης αὐτοῦ, *& conſtituere in conſpectu gloriæ ſuæ:* eodem prorſus ſenſu, quo de arca & propitiatorio, quod erat velut ſedes diuinæ maieſtatis dicitur: *Reliquit itaque ibi coram arca fæderis Domini Aſaph, & fratres eius, vt miniſtrarent in conſpectu arcæ iugiter.* [c] Item, Nomen gloriæ pro Euchariſtia.
C *clangebant tubis coram arca Dei.* [d] Item, *omnes qui fuerunt congregati ante arcam, immolabant arietes.* [e] Vidimus enim quod ſicut nubes, [f] ſub qua latebat diuina maieſtas, vel arca, [g] ſuper quam, vt in ſuo throno ſedebat & adorabatur, gloria, vel maieſtas Dei vocari ſolebat: ita Sacramentum Euchariſtię per vocem δόξα, antea [h] vocatum eſt *maieſtas*: ſicut à Iacobo [i] fratre noſtri Iudæ, *gloria Domini noſtri Ieſu Chriſti*. Quadrant quæ Cyrillus [k] eiuſdem Eccleſiæ Ieroſolymorum Epiſcopus in ſuis myſtagogicis orationibus habet planè ab ipſa Iacobi Miſſa accepta, præſertim quæ de *immenſa gloria Dei*, præfatur
D ſacerdos ante ſacra myſteria, poſtquam alta voce dixit, *ſurſum corda*. Et ſicut propitiatorium vocabatur *Sanctum Domini*, [l] ita & Euchariſtia. *Cùm quædam*, ait Cyprianus, [m] *arcam ſuam, in qua Domini ſanctum fuit, manibus indignis tentaſſet aperire; igne inde ſurgente, deterrita eſt, ne auderet attingere.*

c 3. Paral 16 37. d 1. Par 15. 24. e 2. Par. 5 6. f Exod. 24. 16. Leuit. 9 6. 23. Num. 14. 10. f Reg. 3. 8. 11. g 1. Reg. 4. 22. Pſ. 25 8. Eſa. 63. 15. h verſ. 8. i cap. 2 1. k Catech. myſt. 5 l Exod 26. 63. Leuit. 19 8. m Serm. de Lapſis.

De hoc nomine *gloria Dei* pro re, vel loco in quo, vel ex quo Deus adoratur, aut loquitur, ſacrique loci arcanum quid habe-

Digitized by Google

batur, adhuc pauca dixerim, maximè propter verba, quæ Paulus non ad Iudæos, ſed ad Gentiles nempe Romanos [a] ſcribit, quaſi cæterarum gentium idololatriam illis exprobrando: *Mutauerant gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem corruptibilis hominis.* Cùm enim comparat, non quidem hominem, ſed hominis imaginem, vt potè ſtatuã ligneam corruptibilem cum gloria incorruptibilis Dei, ſimili modo loqui videtur ac Pſaltes, [b] cùm de Iſraelitis idololatris dicit ac conqueritur *mutauerant gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli comedentis fœnũ:* vel ſicut loquitur Ieremias, [c] *populus meus mutauit gloriã ſuam in idolum.* Vterque autem Propheta, videtur facere comparationem, non inter Deum & idolum; ſed inter duo quæ iam viſibilia, & alicuius deitatis repræſentatiua: qualis erat arca cum Cherubis diuinæ præſentiæ ſymbolum: & figura vituli aurea: ac ſi diceret, mutauerunt arcam, veri Dei ſedis repræſentatiuam in ſimilitudinem & imaginem vituli comedẽtis fœnum, ſeu idoli. Similiter ergo Paulus doctiſſimus & antiquitatum Gentilium gnariſſimus indicare videtur, olim inter Græcos aliquod fuiſſe ſignum exterius & viſibile, quod ſicut arca inter Hebræos, veri & inuiſibilis Dei eſſet præſentiæ ſymbolum antequam vigeret idololatria. Quodquidem ſymbolum Dæmonis arte mutatum paulatim eſt in imaginem, & ſimilitudinem corruptibilis hominis: & inde ortum habuit idololatria.

Sed quæret aliquis quodnam fuerit iſtud veri Dei præſentiæ ſymbolum apud Græcos, à quibus profluxit ad Romanos? Arbitror illud eſſe, quod poſterioribus ſæculis vocabatur ARCANVM IMPERII PIGNVS. [d] Sed quid, aut cuiuſmodi fuerit, in arcanis habebant, ideo variant auctores, in hoc vnanimes quod ſolæ Veſtales virgines quæ illud aſſeruabant eius notitiam habebant. De quo Dionyſius Halicarn. [e] *Ego*, inquit, *adſeruari à virginibus non ignem ſolùm, ſed & ſacra quædam vulgò incognita, multis indicijs colligo: ſed quæ iſta ſint, neque me neque alium, qui religioſè Deos & diuina colit, inquirere curioſè oportere arbitror.* Sed & illud adoratum ac religioſè cultum fuiſſe teſtantur iſta Senecæ [f] verba: *Veniet ad colendum Romani Imperij pignus carnificis manu inceſta?* Similis ſanè locutio eſt, ac iſta de propitiatorio templi Ieroſolymitani, *erant autem quidam Gentiles ex ijs qui aſcenderant, vt ado-*

a cap. 1. 23.
b Pſ. 105. 10
c cap. 2. 11.
Gloria incorruptibilis Dei, quid ſit apud Paulum.
d Tit. Liu. lib. 26.
e lib. 6.
Arcanum imperij pignus, quid fuerit apud Romanos.
f l. Con[tro]uerſ. lib. 1.

Digitized by Google

A *rarent in die feſto.* [a] Cùm autem viderimus [b] multa Græciæ loca, inter quæ eſt Samothracia, vt nomen, ita & primos religionis ritus a Sem filio Noe per Iapheth eiuſque filios accepiſſe, hoc veri Dei præſentiæ ſymbolum facilè princeps inter alios extiterit: ſed paulatim à Græcis, qui *ſapientiam quærebant*, [c] & profitebantur, in Palladium, hoc eſt, in figuram ac ſimilitudinem Palladis mutatum eſt. Quod facilè colligitur ex iam citati Dionyſij verbis: *Huic*, ait, *rei confeſſæ, addunt coniecturas ſuas. Alij ſeruari ſacrorum partem e Samothracia, quæ Dardanus Troiam, Æneas in Italiam advexerit: alij cælo delapſum Palladium, quod verum idem Æneas adſportarit. Nam falſum & adſimilatum Achiuos furto ſuſtuliſſe.* Hæc ille. Iſtud autem *Imperij pignoris* ſymbolum quam, cum nomine, Palladis figuram à Græcis acceperit, ab vno ex multis Apollodoro [d] diſcere poterimus: *A cælo hoc delapſum eſt, & Ilo regi traditum. Erat autem magnitudine tricubitale: habitu quaſi ingredientis: dextera haſtam ſublatam præferebat, ſiniſtra fuſum, & colum.* Extant & nummi, quibus Æneas inſculptus viſitur, ſiniſtra Anchiſen humeris tolerans, dextra Palladium illud geſtans.

a Ioan. 12. 20.
b Anta leg. lib. 2. c. 3.
c 1 Cor. 1. 22.
Palladium Græcorum quid propriè fuerit.
d 3 Bibl.

Ad hanc igitur *arcani Imperij pignoris* in Palladium mutationem à Græcis factam ſpecialiter alluderet Apoſtolus cum
C ait, *Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem corruptibilis hominis.* Vnde colligitur, quod ſicut apud Gentes *Imperij pignus* (q. d. Dei cum Imperio fœderis ſymbolum) deinde *Palladium*, apud Iudæos verò Arca cum propitiatorio gloria eorum dicebatur tanquam cæterarum rerum glorioſiſſima: ita & Euchariſtiæ Sacramentum apud Chriſtianos, quod Chriſti Dei & hominis præſentiam continet, gloria Domini noſtri Ieſu Chriſti à B. Iacobo eiuſque fratrem Iuda appellatur.

Palladium Chriſtianorũ eſt Euchariſtia.

D Ita vt cùm dicitur, Chriſtum poſſe pſeudoprophetas ſceleratiſſimos non ſolùm præſeruaſſe ab omni peccato, ſed etiam eos *conſtituiſſe ante conſpectum gloriæ ſuæ immaculatos in exultatione*, idem ſit ac ſi diceret, Chriſtum potuiſſe eos eligere in ſuos miniſtros, quales ſunt veri Apoſtoli, qui miniſtrarent ei, laudeſque ſuas decantarent die ac nocte in conſpectu Euchariſtiæ, quæ gloriam & maieſtatem eius continet.

Vnde ſequeretur iam ab Apoſtolorum tempore aſſeruatam

Digitized by Google

Euchariſtia ſeruabatur in loco ſacro tempore Apoſtolorum.

A

fuiſſe, vt nunc fit, Euchariſtiam, coram qua, tanquam in conſpectu Dei, ſacri miniſtri ſua exercebant munia, laudeſque diuinas decantabant: quemadmodum apud Iudæos in conſpectu arcæ templi miniſtri clangebant tubis, immolabant arietes, & Deo miniſtrabant, vt nuper ex ſcriptura vidimis.

De conſuetudine domum portandi Euchariſtiam, ibique eam conſeruãdi, ex quamplurimis teſtimoniis vnum producã Gregorij Nazianzeni,[a] qui de ſua ſorore Gorgonia teſtatur, eam apud ſe in cubiculo ſacram Euchariſtiam aſſeruatam ſuper altari habere ſolitam: qua venerata, vehementi morbo, quo ægrotabat, dicit fuiſſe ſanatam. Teſtatur idipſum Baſilius ſcribens ad Cæſariã Patriciam (quam epiſtolã non tantùm recentiores è Græco nuper tranſlatã citant: ſed & Anaſtaſius Nicenus[b] Epiſcopus, licet non ad Cæſariam, ſed Cæſarium Patricum legat) ſunt hæc eius verba: *Neceſſe autem habere aliquem, ſi non adſit ſacerdos, communionem propria manu ſumere, minimè eſſe graue, eſt ſuperuacaneum oſtendere, propterea quod longa conſuetudo etiam per res ipſas probatur. Omnes enim qui ſunt in deſertis Monachi, vbi non eſt ſacerdos, illic habentes communionem ex ſeipſis eam ſumunt*, quod ſi in priuatis domibus aſſeruabatur Euchariſtia, (ſicut olim Gedeon & Micham gloriam, id eſt, propitiatorũ cum Ephod aliiſque ſacris vtenſilibus apud ſe tenuiſſe & ex deuotione ſeruaſſe aliquando[c] probauimus) cur quæſo (ſicut arca in tabernaculo vel templo) in Eccleſia non liceret? Certè de aſſeruata in Eccleſia Euchariſtia Donatiſtæ patrarunt ſcelus illud execrandum, quod paucis ſcribit Optatus:[d] *Iuſſerunt*, inquit, *Euchariſtiam canibus fundi, non ſine ſigno diuini iudicij: Nam ijdem canes accenſi rabie, ipſos homines ſuos, quaſi latrones, ſancti corporis reos dente vindice tanquam ignotos & inimicos laniauerunt*. Legitur in actis S. Baſilij, quæ Amphilochij nomine inſcripta habentur, ad aſſeruandam Euchariſtiam poſitas fuiſſe ſuper altaria columbas aureas, & alias argenteas ſuper baptiſteria ſuſpenſas. Eſt & diſtichon illud Paulini[e] ſuperiùs[f] iam citatum poſitum à dextra parte apſidis Eccleſiæ S. fœlicis, vbi aſſeruari ſolita erat Euchariſtia. D

Hic locus eſt veneranda penus, qua conditur, & qua
Promitur alma ſacri pompa miniſterij.

Quæ tamen verba intelligi poſſunt de aſſeruatis ſacris vtenſi-

a Orat in funer. Gorgon.

b lib. quæſt tom. 6. Bibliot Sanctorum.

c Ante leg. lib. 3. c 9.

d Contr. Parm. lib. 2.

e ad Seuer. epiſt. 12.
f verſ.

Digitized by Google

libus & veſtimentis. Vnde eſt de his Canon Concilij Turonenſis[a] in hæc verba rem aliter diſponentis: nimirum, vt non in armario, ſed in altari Euchariſtia aſſeruetur, dicens: *Vt corpus Domini in altari, non in armario*, vel (vt *aliter legitur*) *imaginario ordine, ſed ſub crucis titulo componatur.* Conſtat igitur ex dictis, iuxta priſcum Iudæorum & Enoſcæorum coram arca miniſtrandi pſallendique ritum, primos Chriſtianos ex Apoſtolorum inſtitutione coram Euchariſtia tanquam in conſpectu gloriæ Chriſti idem Chriſtiano more feciſſe: & ſic eſſe intelligendum de ſacro hoc mini-

8 ſterio quod dicitur: *Erant autem Eccleſia quæ erat Antiochiæ Prophetæ & doctores, &c. Miniſtrantibus autem illis Domino, & ieiunantibus dixit Spiritus ſanctus*,[b] &c. At iam agendum de pſalmodia, de qua S. Iudas ſubijcit.

a Concil. 2. can. 3.

b Act. 13. 1. 2.

Immaculatos in exultatione. Græcè, ἐν ἀγαλλιάσει, *eximia lætitia*, quaſi extra ſaltando præ gaudio interno, & vtraque vox in ſua lingua geſticulationem magis ſonat, quàm ipſum, propter quo fit, gaudium, reſpondetque Hebraicæ רננה *Renanah*, *ouatio*, quæ frequenter vſurpatur in Pſalmis, aliiſque locis, vbi agitur de maxima cum tripudiatione

6 lætitia, quæ fit pſallendo coram Domino, vt cùm dicitur, *Iubilate Deo omnis terra, ſeruite Domino in lætitia: introite in conſpectu eius in exultatione.*[c] Et alibi,[d] poſtquam dixit, in *terra deſerta inuia & inaquoſa ſic in Sancto* (templi loco) *apparui tibi*, &c. addit: *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labiis exultationis laudabit os meum.* Item,[e] *Quando veniam & apparebo ante faciem* (ſeu conſpectum) *Dei?* paulò poſt additur, *Quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis vſque in domum Dei, in voce exultationis & confeſſionis.* Eodem nunc modo agitur de Dei miniſtris, quos

2 Deus puros ab omni peccato conſtituere poteſt, vt in loco ſacro in publicis fidelium cœtibus, ſeu in Eccleſia miniſtrent ei in conſpectu ſuo *cantantes ſibimet ipſis in pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritualibus in cordibus Deo*,[f] cum eximia quadam lætitia. Et certè eadem Græca voce vtitur B. Lucas, vbi de Chriſtiana Agape loqui videtur. *Quotidie quoque perſeuerantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, ſumebant cibum cùm exultatione & ſimplicitate cordis.*[g] Nem-

c Pſ. 99. 1.

d Pſ. 62. 3.

e Pſ. 41. 5.

Primi Chriſtiani pſallebant cum ſaltatione & tripudio.

f Epheſ. 5. 19.

g Act. 2. 4

Digitized by Google

pe, ſimul & vnanimiter in Agapibus ſacriſque conuiuiis, in quibus pſallebant & cantabant cum exultatione, eodem adhuc, aut ſimili vtcumque modo, quo in Agapibus ſuis Eſſeni faciebant, de quibus ita Philo: [a] *Tum ille præſes aſſurgens hymnum in laudem Dei primus canit aut recens à ſe compoſitum, aut deſumptum ab aliquo vatum veterum. Extant enim huius generis carmina priſca verſu trimetro & hymni cum ſuis accentibus inter ſacra canendi ante altaria, vel à ſtantibus, vel à choreas ducentibus moderatis variis flexibus atque reflexibus*, &c. Alia multa proſequitur Philo ſimilia, quibus oſtendit, vel deſcribit Eſſenorum in ſuis Agapibus & cœtibus pſallendo & cantando in Deo exultandi modum: quibuſque docemur, de eadem fidelium Chriſtianorum in ſacris myſteriis communi exultatione nunc agi à noſtro Apoſtolo, ſicut antea egerat de ſacris, vel potiùs execrandis Simonianorum conuiuiis, ſeu epulis, in quibus opponit iſta.

a lib de vita contemp.

Reuereor aliam, quæ huius loci communiter dari ſolet interpretationem, & ſic à Lorino digeritur, vt B. Iudas demonſtret à quo ſancta & immaculata vita, ad quam hactenus tantopere hortatus eſt, & à quo ſperari ac expectari debeat perſeuerantia & noſtræ tunicæ conſeruatio ſine macula, nempe à Deo: idque iuxta Latinam lectionem quæ habet, *ei qui potens eſt vos* (ego autem cum Græcis, eos) *conſeruare ſine peccato*, &c. Et ita proſequitur: Hæc adeo magna & eximia dona optat Iudas, precaturque cunctis fidelibus a Deo per Chriſti merita, vt peruenire demum poſſint omni peccato liberi, & immaculati cum gaudio, & exultatione ante glorioſum Chriſti conſpectum, perpetuis laudum præconiis celebraturi diuina attributa & perfectiones, aduerſus quas tunc hæretici impiiſſimi blaſphemabant; quemadmodum prȩterea aſſerebant nullum eſſe veri nominis peccatum, ſcilicet quod is, cui ſummopere diſplicet peccatum ſolus ſit ſapiens (vt Grȩcè quidem hic legitur) quem nihil lateat; ſolus abſolutè per ſe ac ſimpliciter gloria dignus, ſicut ſolus eſt ſalutis auctor: ſolus potens & omnipotens per ſe operari valens ſiue creatura, &c.

Iſtam, inquam & ſimiles reuereor huius loci expoſitiones tanquam pietate plenas: ſed quia parumper deuiant ab eo

Digitized by Google

ab eo quod intendit B. Iudas, qui vſque ad finem ſuæ epiſtolæ perſeuerare videtur in opponendo puritatem ſacrorum conuiuiorum, quæ fiunt apud fideles execrandis Simonianorum epulis, & illorum virtutes iſtorum nefandis ſceleribus, ſimiliter doctrinæ veritatem hæreſibus ac mendacijs: ideo ſenſus à nobis electus ſincerior & hiſtoriæ commodior eſſe videtur, dummodo non perturbetur à ſequentibus verbis.

In aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti. Quæ cùm nec in Græco, nec in Syriaco, nec in Arabico legantur, meritò à quepiam adiecta fuiſſe putantur ad deſignandum tempus, quo futurum
B ſit id quod de gloria Chriſti præcedit in ſenſu communi nuper expoſito. Quamuis & noſtræ etiam expoſitioni conferre poſſit, præſertim ſi, vt quidam codices habent, legamus in accuſatiuo *in aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti*, & de aduentu, ſeu manifeſtatione, qua venturus eſt ad iudicium in maieſtate ſua, intelligamus, vt omnes intelligunt. Quid enim ſerui, miniſtrique Dei aliud faciunt cùm quotidie ſtudent & ſatagunt, vt ſine peccato & immaculati ſtent; pſallantque die ac nocte in conſpectu Euchariſtiæ, quàm cum *virginibus prudentibus aptare ſuas lampades*, vt ſtatim ac audierint, *Ecce ſponſus venit*, exeant obuiam
C ei? [a] Vel quid aliud eſt hoc, quàm *abnegando impietatem & ſæcularia deſideria ſobriè & iuſtè & piè viuere in hoc ſæculo expectando beatam ſpem & aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti?* [b]

Soli Deo Saluatori noſtro per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum gloria, &c. Tres inter alios, Simonis Magi præſertim, eminebant errores grauiſſimi: vnus quidem, quo ſe diuina quadam, ideóque maxima ſcientia & ſapientia plenum eſſe iactabat, vt plures ad ſe, maximè ex viris doctis, qui ſe ſimplicibus Chriſti Apoſtolis opponerent, attraheret, plebeióſque faciliùs deci-
D peret: quo ſuperbiæ & vanitatis oeſtro perciti gregales eius Gnoſticorum ſibi poſtea nomen aſciuerunt. Secundus error fuit, non Ieſum Nazarenum, ſed ſe verum eſſe mundi Redemptorem. Tertius autem fuit, non Ieſum Nazarenum, ſed ſe verum eſſe Deum ac totius Eccleſiæ, orbíſque Dominum & Dominatorem. De primo errore ſunt iſta S. Irenæi [c] verba iam à nobis antea [d] recitata: *Hic Helenam quandam ſecum circumducebat, dicens hanc eſſe primam mentis eius* (Deum autem ſe dice-

a Matth. 25. 1.
b Tit. 2. 11. 12. 13.
c lib. 1. cap. 20.
d Poſt leg. cap. 6.

bat, vt mox videbimus) *conceptionem, matrem omnium, per quam initio mente concepit Angelos facere & Arcangelos*. Et paulò poſt: *Imaginem quoque Simonis habent factam ad figuram Iouis, & Helenæ ad figuram Mineruæ, & has adorant: habent quoque & vocabula à principe impiiſſimæ ſententiæ Simone dicti Simoniani; à quibus falſi nominis ſcientia accepit initia*, &c. Ad hanc falſi nominis eorum ſcientiam alludebat B. Iudas cum dixit: *Hi ſunt murmuratores queruloſi, quorum os loquitur ſuperba, ſemetipſos paſcentes, nubes ſine aqua, quæ à ventis circunferuntur, quæcúmque quidem ignorant blaſphemant; quæcúmque autem naturaliter, tanquam muta animalia norunt, in his corrumpuntur.* [a] De ſecundo B
errore idem Irenæus [b] ſcribit eundem docuiſſe, *ſe ad emendationem veniſſe rerum & deſcendiſſe transfiguratum & aſsimilatum Virtutibus & Poteſtatibus & Angelis: vt & in hominibus homo appareret ipſe, cùm non eſſet homo: paſſum autem in Iudæa putatum, cum non eſſet paſſus. Quapropter nec vlterius curarent eos, hi qui in eum & Helenam eius ſpem habebant, & vt liberos agere quæ velint: ſecundum enim ipſius gratiam ſaluari homines, ſed non ſecundum operas iuſtas*, &c. De tertio tandem errore idem ibidem paulò ante ſcripſerat: *Hic*, Simon, *à multis quaſi Deus glorificatus eſt,* C
& docuit ſemetipſum eſſe, qui inter Iudæos quidem quaſi filius apparuerit; in Samaria autem, quaſi Pater deſcenderit; in reliquis verò gentibus, quaſi Spiritus Sanctus aduentauerit. Eſſe autem ſe ſublimiſsimam virtutem, hoc eſt, eum, qui ſit ſuper omnia Pater, & ſuſtinere vocari ſe quodcumque eum vocant homines. Hos autem duos errores, ſeu potiùs horrendas blaſphemias breuiter expreſſerat Iudas in principio epiſtolæ, dicens: *Subintroierunt quidam homines impij, Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam, & ſolum Dominatorem & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negantes.*

a Verſ. 10. 12. & 16.
b Ibidem.

Nunc autem, eadem quidem breuitate, ſed ſub alia forma lo- D
quendi, nec non ſub eiuſdem, ac in præcedentibus verbis notauimus, piæ reticentiæ vi per modum precationis, tres iſtos planè iugulat errores, iuxta Græcum, dicens μόνῳ σοφῷ θεῷ σωτῆρι ἡμῶν, *Soli ſapienti Deo Saluatori noſtro gloria & magnificentia robur & auctoritas & nūc & in omnia ſæcula*. His enim verbis Apoſtolicæ fidei confeſſionem promit, qua proteſtatur, Vnum verum & ſolum eſſe Deum, qui & ſolus verè ſapiens eſt, qui

factus homo, ſolus quoque verus mundi Saluator eſt: cui propterea competit, quæ ſolius Dei eſt, gloria, magnificentia, robur, auctoritas, imperium, dominium & *poteſtas ante omne ſæculum & nunc & in omnia ſæcula ſæculorum*. Quod ipſum ſimilibus verbis Paulus[a] expreſſit: *Qui cum in forma Dei eſſet non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens in ſimilitudinem hominum factus & habitu inuentus vt homo*: en myſterium incarnationis, qua verus Deus verus homo factus eſt. Sequitur, *Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem mortem autem crucis*, per quam Salua-
B tor mundi factus eſt, & poſt quam, etiam vt homini, *data eſt illi omnis poteſtas in cælo & in terra*:[b] & propter quam *Deus exaltauit illum & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur*, &c. Proinde tota illa doxologia, ſecundum quod in textu Græco paſſim legimus, ſoli Chriſto Domino aſcribitur, vt tres prædicti de illo confutentur Simonis hæreſes, quod B. Iudam, iuxta ea quæ diximus, potiſſimum intendere valde probabile eſt: ſed quod ſequitur alium ſenſum videtur exigere.

a Philip. 2. 6.

b Matth. 28. 18.

Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Hæc verba in edi-
C tione Syriaca cum præcedentibus ita habentur, *Et verò qui potens eſt vt cuſtodiat vos, &c. ſolus liberator noſter per Ieſum Chriſtum noſtrum ante majeſtatem in gaudio gloria & magnificentia*, &c. leguntur etiam in Arabica tranſlatione, ſed phraſi illi communi cum Hebræa, Syra & Chaldæa, hoc modo, *per manus Domini noſtri Ieſu Chriſti*: in textu Græco minimè, quamuis Robertus Stephanus ex quibuſdam codicibus referat, διὰ Ἰησοῦ χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν. Quibus verbis, licet S. Iudas velit aſſerere Ieſum Chriſtum eſſe omnium hominum, totiúſque mundi Dominum ac Dominatorem, vt iam illum vocauerat in princi-
D pio, idque contra Angelorum,[c] id eſt, Simonianorum hæreſim, qui illum negabant eſſe caput Eccleſiæ: videtur tamen tacitè commendare & exaltare ſpecialiter in ſe & coapoſtolis ſuis nomen ſerui Ieſu Chriſti, quo ſe in principio Epiſtolæ vocauerat, vt tantò magis deprimat, viliorémque reddat ſtatum pſeudoapoſtolorum, quantò felicior conditio eorum eſt, qui tanti Domini, nempe Ieſu Chriſti filij Dei, veri ſerui, diſcipuli & Apoſtoli ſunt. Eius, inquam, veri ſerui ac domeſtici per

c Coloſſ. 2. 18.


Digitized by Google

cuius merita, gratiam ac prædicatum Euangelium multis iam innotuit ac innoteſcere magis, magíſque poteſt, non Simonem, aut quemquam alium hominum, aut immortalium ſpirituum: ſed Deum, qui ſolus eſt Deus, ſolum quoque per ſe, ſimpliciter, indefinitè, ſuapte natura, ex proprijs, independenter ac eſſentialiter eſſe ſapientem & Saluatorem noſtrum: cui propterea omnibus modis & ab omni creatura debetur gloria, magnificentia imperium & poteſtas in ſæcula ſæculorum. Vis igitur eſt in pronomine *noſtrum*, quod de Ieſu Chriſto bis, de Deo ſolo ſapiente & Saluatore ſemel dicitur ab Apoſtolo, qui magno ſe affectu profitetur ſeruum eius, quem hæretici pro Domino habere contemnunt: quíque, vt homo eſt, ab æterno Patre *ſeruus* appellatur, *in quo gloriari debebat*, [a] & mundo Deus *ſolus potens, ſolus ſapiens, ſoluſque Saluator oſtendi*: ſeque ipſum, vt Deus eſt, ei vnà cum Spiritu ſancto coæqualem & conſubſtantialem eſſe multis modis oſtenſurus erat. Cui in eadem vnitate perfecta ſit *gloria & magnificentia & imperium & poteſtas ante omne ſæculum & nunc & in omnia ſæcula ſæculorum. Amen.*

a Eſa. 49. 3.

Et ego qui ſuppleo locum idiotæ ſuper iſtam Apoſtolicam Chriſti benedictionem cum omnibus cœlicolis & creaturis toto corde, tota mente totis viribus dico. Amen, Amen, Amen.

FINIS.



Digitized by Google

INDEX
MATERIARVM.
VERBORVM ET PHRASEON.

A

Congregatio Abiron apud Pſalmerat congregatio prophetarum Enoſceorum. 158. d
Ablutio trina à priſcis celebrata. 61.c
Abſtinentia philoſophorum quanta. 82.d
Item veterum Chriſtianorum. 83.a
Adam, Seth, Enos, Kenan, &c. fuerunt prophetæ. 232.c
Adoratio verſa facie ad Orientem in lege naturæ obſeruata. 97.b

ACTVS.

Actuum Apoſtol. liber ex Græco in Hebræum tranſlatus fuit, & cur. 31.a

ÆTNA.

Ignes montis Ætnæ & ſimilium æternæ gehennæ indicia ſunt. 174.c

AGAPE.

in Agape Eſſenorum ordo qualis 89.c.
Agapes Eſſenorum cum Agape Chriſtiana ſimilitudo. 260.a
Agape Chriſtiana eſt cœna Dominica apud Paulum. 258.d
De Agape Chriſtianorum verba Tertulliani. 89.a
Agape Chriſtianorum vt olim fiebat à Tertulliano deſcribitur. 259.b
Quo pacto celebrari debeat docet Apoſtolus. 259.c

ALPHÆVS.

Alphæus & Cleophas idem, & eundem virum ſignificăt. 122.c
Alphæorum ſecta vnde nomen accepit. 47.a

ANGELVS.

Angelorum ordines vnde nomina acceperunt. 191.b
Angeli ex quacúnque hierarchia mitti poſſunt. 161.b
Angelus ſub qua forma appareus in cœtu prophetarum Dei ſententiam proferebat. 196.c
Hanc formam imitatus eſt Paulus Apoſtolus. 196.d

nominis Angelorum non ſeruata diſtinctio multas ſcripturæ ſacræ falſas expoſitiones effecit. 34.d

Angelorum nomen pro hominibus Dei miniſtris ſæpe accipitur. 33. b. 159. b

Angelorum nomine intelliguntur prædicatores Euangelij. 40.a

Angelorum nomine Simon Magus prophetas intelligit. 31.c

Angeli de quorum religione Paulus loquitur erant Simoniani. 38. c. 153. a

ANIMA.

Animæ indiſciplinatæ quenam dicantur in libro Sapientiæ. 154. a

homines Animales quinam dicantur. 252. d

Bruta animalia quondam habuiſſe vſum loquendi, admitti non debet. 216.a

ANTIQVVS

Antiquorum nomine quinam in Euangelio ſignificantur. 3.a

Antiqui, aut *prophetæ antiqui* in Euangelio illi ſunt, qui in Geneſi dicuntur Cedmonæi. 44.c

ab Antiquorum doctrina ductum argumentum validiſſimũ eſt. 249.d

Quo cùm vſi ſint ipſi Apoſtoli, multò magis nos vti debemus. 250. b. factæ contra illud obiectioni reſpondetur 250.c

ab Antiquitate ductum argumentum in rebus ſidei malè ab Hæreticis deſpicitur. 51.c

APIS.

Apud Ægyptios eſt Ioſeph ſeu Iſaph nomen inuerſum. 94.d

Apoſtatæ alijs hçreticis longè peiores ſunt. 251.c

APOSTOLVS.

Apoſtolus idem qui Angelus & quo differant. 33. b

Apoſtoli ſeu Angeli munus quale olim fuerit. 33.

Apoſtoli nomen multis donatur 248.b

Apoſtoli qui prius erant præcones legis naturæ, fiunt præcones Euangelij. 54.a

Apoſtoli, Angeli, & Euangeliſtæ ſunt Archiepiſcopi, Epiſcopi & Curati, ſeu Parochi. 40.d

Apoſtolorum nomine donantur ij qui primi in aliqua regione Euangelium prædicarunt. 248.

Apoſtoli quatuor doctrinam profitebantur quando à Chriſto vocati ſunt. 50.d

Apoſtoli tam Græcam tranſlationem, quàm textum Hebraicum prudenter tuentur. 31.d

Apoſtoli cur ab Angelis dicti ſint Galilæi. 24.a

Apoſtoli ablatis cum circunciſione ritibus Moſaicis legem naturæ reuiuiſcere faciunt ac prædicant. 53.d

AQVA.

Aquam marinam animæ ſalubrem eſſe veteres arbitrabantur. 61. c

Aquæ luſtralis vſus antiquus. 81.d

Digitized by Google

Arca teſtamenti, ſeu propitiatorium ſæpe in ſcriptura vocatur *gloria Dei*. 275.c
Arcanum imperij pignus apud Romanos erat quoddam in templis veri Dei præſentis ſymbolum. 276.
ἀρχαῖος nomen quid importet. 209.c
ἀσέλγεια petulantiorem libidinem ſignificat. 144.d
Aſinæ Balaam non malus, ſed bonus præfuit Angelus. 215.c
Aſtaroth ſignificat Eccleſias, & vnde hoc. 217.a
Aſtrum Latinum ſiue Græcum ab Hebræo *Ghaſtor* ducit originem 226.d

B

BALAAM.

Balaam illemet eſt, qui quartus amicorum Iob vocatur Eliu. 211.c
Binomius fuit. 212.a. Pater eius ſimiliter. Ibid.b
Balaam an peſſimus fuerit ariolus. 213.b
Verus Dei propheta fuit. ibid. c. & ſeq. Item, veri Dei ſacerdos. ibid. ſub *erroris* nomine quicquid mali fecit Balaam comprehenditur. 214. c. inſipientia Balaam in quo apparet. 215.a
Bani cuiuſdam in victu & veſtitu mira rigiditas. 84.a

BAPTISMVS.

Baptiſmus ad priſcos legis naturæ prophetas propriè ſpectat non ad ſacerdotes Leuiticos. 62.b
Baptiſmatum, ſeu lotionum certus numerus ſeruabatur in lege naturæ. 61.a
Baptiſmi cæremoniæ ex lege naturæ ducuntur. 60.d

BARTHOLOMÆVS.

Bartholomæus cognomen eſt Nathanaelis Apoſtoli. 45.c
Benedictionis datæ à Iacob filijs Ioſeph myſteria expanduntur. 64.a
Beor pater Balaam quare vocatur etiam Buzites. 212.c
Borboriani hæretici vnde ſic appellantnr. 221.b
Boſor non patris Balaam, ſed patriæ nomen eſt. 212.c
Boſor vrbs eſt, quæ legitimè dicitur Aſtaroth. 212.d

C

Caiani hæretici quinam fuerint. 45.a
Cainitæ vocantur filij & filiæ hominum. 207.c
Cantorum in choro deambulatio. 96.c
Capita radendi mos quando cœpit. 42.b
P.P. Carmelitarum habitus à Nazaræis ortum habere videtur. 100.c
Carnis nomine quid ſignificetur. 270.b
Catholica, Cur hoc nomine cognominatur Epiſtola tam Iudæ quàm Iacobi. 109.d
Cerinthiana hæreſis quæ ſit. 78.b

Digitized by Google

CHARITAS.
Inuitare aliquem ad faciendum charitatem priſca locutio eſt. 220.d
CHRISTVS.
Chriſtus & Apoſtoli Enoſcæorum vitam duxerunt. 88.d
Chriſti doctrina eſt iuxta ſpiritum prophetarum. 73.d
Chriſtus quo ſenſu ſe vocabat *filium hominis*, vel potiùs Hebraicè *Ben-Enos*, id eſt, filium Enós. 44.b
Chriſtus quo ſenſu vocatur iudex viuorum & mortuorum. 179.d
de Chriſto venturo doctrina primo data fuit Adamo. 256.a
Chriſtianorum præcipui ritus ab Enoſcæis deriuarunt. 87.c
primi Chriſtiani pſallebant tripudiando priſco Eſſenorum more. 279.d.& ſeq.
CIRCVNCISIO.
Circuncisione ablata per Euangelium, cætera Moyſis cæremonialia ruunt. 52.d
Coccij de nomine *gratiæ* pro Euchariſtia ſententia exponitur ac roboratur. 146.d
Cœlibatum docuerunt philoſophi. 83.c
Confeſſio peccatorum duplici modo fiebat in lege naturæ. 66.c
Eius quandam formam obſeruabant Gentiles. 67. b
Confirmationis ſacramẽtum fundamentum habet in lege naturæ 62.d
Communionis frequentatio vtiliſſima eſſe declaratur. 262. d
Conſeruati in Chriſto quinam dicantur. 127.d
CORE.
de Core, Dathan, & Abiron loquitur liber Sapientiæ. 165.
Cum Core rebellantes quo ſenſu dicuntur in infernum deſcendiſſe viuentes. 169
Qui in ſeditione Core perierunt, horrenda in inferno viderunt. 163.d
Qui cum Core rebellarum in infernum damnatorum deſcenderunt. 167.c
Congregatio Core in iracundia quæ dicatur. 218.b
CRVX.
Crucis erectio in titulum à lege naturæ ortum habet. 79. b
Crucis ſignum fit duobus modis. 77.c
Cruces qua occaſione primò fuerunt erectæ. 78.a
CVLTVS.
Idem Dei veri cultus ſenſim datus eſt idolis. 102.a
D
DAn filij Iacob benedictio exponitur 79. d. Eius tribus cur inter ſignatos non numeratur in Apocalypſi. ibid.
Decalogus eſt Digeſtum legis naturæ. 57.c
Depoſitum cuſtodire quid ſignificat. 138. b
Deuteronomij

Digitized by Google

Deuteronomij caput vltimum non à Moyſe, ſed à Ioſue vel alio ſcriptum fuit. 198.c
Diaboli cum Michaele diſputatio dupliciter intelligitur. 198.d
Diabolus, ſiue Satan, ſolebat olim in cœtu prophetarum viſibiliter apparere, loqui ac diſputare. 195.b
Diabolus volebat vt Moyſes ſiue viuens, ſiue mortuus ſupremo cultu adoraretur. 212.a
Diaconatus officium in Eccleſia quale ſit. 40.b
Diaconi ſunt Euangeliſtæ. 40.c
Feſti dies peſſimè violantur. 221.d
Diei Dominicæ præclara nomina. 221. d. Eiuſdem celebratio habetur in ſcriptura. 222.a
Dij alieni quinam ſint. 20.c
Dilecti in Deo patre quinam dicantur. 127.a
Non omnes qui ex adultis diluuio perierunt damnati ſunt. 210.c
Domicilij nomine peculium, ſeu hæreditas alicuius ſignificatur. 164.b
Dominationem eſſe contemnendam quinam hæretici docuerunt. 183.b
Dominationis contemptus cauſa duplex. 184.c
Dormire vel dormientes qui dicantur à B. Paulo. 181.c
δόξα Græcum pro ſententia vel apophthegmate. 185.c
Idem pro gloria & maieſtate. 186. b. pro liturgia Chriſtiana. 187.b
ſub Draconis è cœlo per Michaelem præcipitati narratione latet confuſio & præcipitium Simonis Magi. 39.a

E

Eccleſia quo ordine ædificata eſt in Chriſto & per Chriſtum. 256.c
Eccleſia quo pacto dicatur ædificata ſupra fundamentum Apoſtolorum & prophetarum, &c. 255.c
Eccleſię tempus, ſeu ſtatus triplex. 2.b
prima Eccleſiæ certamina quæ & quot fuerint. 134.d.& ſeq.
Eccleſiæ nunquam errantis typus in zodiaco. 227.c
Eccleſiæ & Synagogiæ nomina pro locis ſacris. 86.d
Eliu quartus ex amicis Iob, erat ille qui dictus eſt Balaam. 72.a

ENOS.

Ben-Enos Hebraicè, id eſt, filium Enos, vocabat ſe Chriſtus, non autem filium hominis. 44.b
Enoſcæorum nomen pro prophetis reperitur in ſcriptura. 161.b
Epularum nomine S. Iudas intelligit ſacra conuiuia. 219.d
De Eſſenorum, Saducæorum & Phariſæorum ſectis quid generaliter tenendum eſt. 49.b

EVCHARISTIA.

Euchariſtiæ Sacramentum in lege naturæ habet fundamentū. 64.b

Oo

Euchariſtiæ in ciborio cuſtodia vnde ortum habet. 64.d
Euchariſtiæ ſacramentum ad quid à Chriſto inſtitutum. 264.c
in Euchariſtia veritas corporis Chriſti oſtenditur. 202.d
Euchariſtiæ ſacramentum vocatur *gloria Chriſti*. 81.c.243.c
Euchariſtia vocatur *Sanctum Domini*. 275.d. Seruabatur in ciborio tempore Apoſtolorum, vt nunc fit. 278.a
Vocatur *myſterium fidei*. 243.d
Euchariſtia dicitur *Sancta Sanctorum*. 205.d
Euchariſtia quam horrendè blaſphemabatur à Simone Mago, eiúſque ſectatoribus. 148. d
Eunoia nomen eſt, quo Simon Magus mentis ſuæ conceptionem ſiue dogma ſuum nominat. 37.a
Eunuchi apud Eſaiam ſunt Rechabitæ. 85. b
Exultare vel exultatio tripudiationem cum cantu ſæpe importat. 279.

F

R.P. Feuardentij ſolertia commendatur. 241. c
Fides Chriſtiana vocatur ſanctiſſima, & cur. 257. c
ſuper Fidem ædificare eſt acceptam fidem ſtabilire. 257.d

G

Gabriel Arcangelus ſuper quos à Deo conſtitutus eſt. 192. d
Gabriel ſecundæ hierarchiæ princeps cur à Deo miſſus ad Virg. Mariam & ad Zachariam. 193.

GALILÆA.

Galilæa prima fuit patria prophetarum. 23.a
Pſeudoprophetarum quoque ferax fuit. 23. b
Galileæ multæ vrbes nunquam receperunt legem Moyſis 21.b
Galilæa quæ, & cur dicatur Gentium. 21.c
Galilæorum nomen cur apud nationes fuerit odioſum. 19. c. 23.b
Galilæorum hæreſis de non ſoluendo tributo. 183.d
Galilæorum nomen ab Angelis honoratum fuit. 23. d
Gentiles ſacrum aliquod veri Dei præſentis ſymbolum habebant in templis ſuis. 276.c
Gloria Dei nominatur arcanus quidam Dei præſentis locus in quo adorabatur. 276.a.277.
Gloria incorruptibilis Dei quid ſignificat apud Paulum. 276.c
Gnoſtici hæretici abominabilem mulierculis referebant gratiam. 222.c
Gnoſticorum inſignis arrogantia. 241.b

Digitized by Google

Græcorum & Hebræorum nomina non nationum fuerunt, ſed Eccleſiæ doctorum. 30.b
Græcizantium partes obnixè tuebatur Simon Magus. 238.c
Gratiæ nomine ſtatus legis Euangelicæ denotari poteſt. 145.a
Gratiæ nomine Euchariſtia præſertim ſignificatur. 145.c

H

HAbitus non facit monachum aptiſſima parœmia eſt. 271.d
Hæretici dicuntur fontes ſine aqua. 223.b. Arbores bis mortuæ. 224.b. fluctus feri maris. 225.b
Hæretici dicuntur iam iudicati. 265.b
Hæretici contra Romanam Eccleſiam eiúſque ritus obmurmurantes vellicantur. 261.c
Hæreticorum præſertim neotericorum aduerſus principes rebellio. 184.a
Hæreticorum perſecutiones ſunt Eccleſiæ tentationes. 177.d

HEBRÆVS.

Hebræorum, & Græcorum inter Doctores Iudæos ſectæ vnde habuerunt ortum. 28.b.29.d
Hebraica Biblia libentiùs quàm alia ſectabantur Apoſtoli. 52.d
Nomina Hebraica plures nominis Dei literas habentia mutari ſolebant. 116.d
Hellenæ mulieris nomine Græcorum idioma Simon Magus intelligit. 31.b

HENOCH.

Henoch quo modo dicitur propheταſſe damnationem pſeudoprophetarum. 231.c
Henoch verè fuiſſe prophetam. 232.b
Henoch quo pacto raptus à Deo eſt. 233.b
Henoch mortuum non eſſe, de fide eſt. 233.d

I

IAcob benedicens filios ſignum crucis expreſſit. 80.b
Iacobus & Iudas quando & vnde ſcripſerunt. 150.c
Iacobus Ap. dicitur Minor reſpectu genitoris, qui dicebatur Iacobus Alphæus, non autem reſpectu Iacobi filij Zebedæi. 122.a
Iacobus Alphæi idem eſt ac Iacobus Minor & frater Domini. 123.d
Iacobus Ap. non Alpæus, ſed Alphæi cognominatur. 124.d
Iacobi Apoſtoli verba in Concilio prolata exponuntur. 54.c
Soli Iacobo licitum fuiſſe intrare in Sancta Sanctorum, quomodo intelligatur. 125.b
de tribus Iacobis quæſtio ſoluitur. 121.c.123.a
Iconoclaſtrarum error vnde pro-

cedit. 93.b

IMAGO.

Imaginum vſus, cultus & ornatus in lege naturæ. 75.b
de Imagine Chriſti miſſa ad regem Abagarum hiſtoria ſtabilitur. 91.d
In Phœnicia fideles vſum ſanctarum imaginum ſemper habuerunt. 92.b
Imagines olim fuerunt præcipuè Seruatorum. 62.c
De imaginibus in Eccleſia ſeruandis canon Apoſtolicus. 93.a
Impij nomen quid importet. 143.a
Iobi verba cum Iacobi Apoſtoli verbis de extrema vnctione conferuntur. 72.b. & ſeq.
Ioſeph oſſa poſt mortem propheta ſſe quo ſenſu dicantur. 95.a
B. Ioſeph ſponſus B. Mariæ aliam cum illa vxorem habuiſſe falſum eſt. 123.b

IVDAS APOSTOLVS.

Huius Epiſtolæ auctor cur Iudæ potiùs quàm Thadęi nomen elegit. 117.b
B. Iudas cur ſe fratrem Iacobi nominat. 121.a
Iudas, ſiue Thadæus qua occaſione, quo tempore & ſtylo ſcripſerit. 105.106. & ſeq.
B. Iudas Iudæis Hebraicè B. Petrus Europæis Græcè ſcripſit. 141.c
B. Iudas Apoſt. ſcripſit ante B. Petrum. 118.c.129.d
B. Iudas primus Apoſtolorum poſt fratrem Iacobum ſcripſit. 247.c.
B. Iudas ad quoſdam præſertim Eccleſiæ prælatos ſcribit. 127.b
B. Iudæ zelus apparet in eius verbis. 237.a
Iudæorum & Samaritanorum odium vnde. 21.d

IVDICIVM.

Iudicium mundi à Chriſto iam factum quale ſit. 168.b
Iudicij magnus dies fuit dies paſſionis & reſurrectionis Chriſti. 168.a
De Iudicio particulari quædam notanda. 201.d
Iudicium particulare quomodo fit in cuiúſque morte. 179.c
Iudicium generale futurum ipſa ratio exigit. 236.a
in Iudicio generali peccata etiam remiſſa manifeſtabuntur. 230.d
Iudicium generale cur ita dicitur. 231.b
In iudicio actor ſtans à dextris deffenſoris olim apparebat. 196.a
Iuſtus & dilectionem habens conuertuntur. 58.c

L

LAborantes quinam olim dicebantur. 75.c
Lebæorum, vel Labiorum ſecta quędam fuit, cur ſic dicta. 47.d

LEX.

Legis & Prophetarum nominibus quid ſignificatur. 2.d

Lex naturæ data fuit primis parentibus & quando.3. c. multis præclaris nominibus appellatur in ſcriptura. 4. a.b. & ſeq. 56.d

Lex naturæ eſt tribunal à Deo poſitum in conſcientia.9. d. & ſeq.

Legis naturæ mandata ſeptem 55.a

Ritus antiqui legis naturæ tam apud idololatras quàm apud fideles ſemper remanſerunt. 22 b

Lex naturæ per Euangelium erat perficienda. 14. c

Legis naturæ ceremoniæ quæ fuerint. 15.b

Lex Moyſis quando data. 16. a. Eius à Paulo data deffinitio declaratur. 16.c.& ſeq.

Legis naturæ & legis Moſaicæ collatio. 17.b.&ſeq.

Quid Deus per legem Moyſis facere intenderit. 25. b

Lex Moyſis dicitur teſtamentum vetus, lex naturæ teſtamentum nouum. 13.b.&ſeq.

Legis Moſaicæ ritus à paucis amplexati ſunt. 22.c

Legis Moſaicæ ritus quando paulatim à Iudæis deſeri cœperunt. 24.d.& ſeq.

Legis Moſaicæ ritus cum circuncisione tolluntur ab Apoſtolis. 53.c

Lex Moyſis cur à Chriſto lex doctorum aut Phariſæorum appellatur. 29.b

Lex Euangelica eſt legis naturæ complementum 59. c

In lege Euangelica citantur teſtimonia ex lege naturæ. 60.a

Libertas diabolica docetur à Simone Mago. 37.d

Libido præpoſtera ab vrbe Sodoma nomen habet. 171. d

ignis Libidinis extinctu difficillimus eſt. 267.b

LINGVA.

Lingua Hebraica erat valde corrupta tempore Chriſti. 48.a

Lingua Hebræa deperire cœpit in Syria tempore Alexandri Magni. 26.b

Lingua Græca tunc virere vbique cœpit. 26.b

Liturgiæ ſeu miniſterij ordo & forma qualis fuerit. 203. c

Lorinus improbatur. 247.a

LOT.

Lot dormiens cum filiabus excuſatur à peccato. 175.b

Eius ab incendio liberatio figura fuit liberationis Eccleſiæ à perſecutione hæreticorum. 176.a

Iuſta anima Lot quo ſenſu dicitur fuiſſe cruciata. 176.d

Lot quo ſenſu vocatur aſpectu & auditu iuſtus. 177.b

Lucifer antiquus ac iuratus Michaelis inimicus fuit. 197.c

de Lucifero & aſſeclis Angelis perperam exponuntur verba B.

Digitized by Google

Iudæ. 165.d

M

MAndatum de dilectione ſpectat ad legem naturæ. 55.d.
Qua ratione vetus & nouum appellatur à Ioanne. 56.b
Manuum impoſitio in lege naturę habet fundamentum. 63.c
Manuum lotio olim communionem præcedebat. 80. c
Matthæus Apoſtolus cognominatur potius Alphius, quàm Alphæus, & cur. 47.b
Matthæus Ap. quando ſcripſit 150.d
Matrimonij ſacramentum initium habuit in lege naturæ. 76.b
Sacerdotes Melchiſedechiani omni tempore poterant ingredi in *Sancta ſanctorum*. 125.
Mercenarij in Eccleſia quam pernitioſi. 245.c

MICHAEL.

Michael Arcangelus, qui intrpretatur Deus miſerorum, non niſi ad miſeros homines miſſus fuiſſe legitur. 193.d
Non omnibus in cœlo hierarchijs, ſed toti Eccleſiæ militanti à Deo præfectus eſt. 194.c
prima Michaelis contra Diabolum de morte Moyſis prolata ſententia. 200. b
Secunda eiuſdem de ſepultura Moyſis prolata ſententia. Ibid. d.
dare Moloch de *ſemine ſuo* quid ſit. 149. b
Monachorum inſtituta in ſcriptura reperiri deinceps negare non poterunt Hæretici. 50. b
Moyſes & Ioſue dicuntur Saluatores, ſed cum diſcrimine. 156.d
Moyſes quo ſenſu dicitur mortuus iuxta os Domini. 220.a
Moyſen eſſe mortuum non licet dubitare. 197.d
Mundus originalis quid ſit. 208.d
Mundus originalis & mundus impiorum in quo differunt. 210. b
Murmurationis vitium maximè inter religioſos diſſeminatur à Satana. 239.d.

N

NAthanael ille eſt qui inter Apoſtolos vocatur Bartholomæus. 45.c
Nathanaelis verba ad Chriſtum exponuntur. 118. d
Naturaliter aliquid noſſe quid ſit. 205.b.
Nazaræi, Saducæi, Samaritani, &c. non omnes fuerunt hæretici. 45.a
Nebo mons vnde nomen habet. 199.d
Nominis mutatio in Confirmatione vnde habet originem. 64 a

Digitized by Google

O

Minorum ORdinum typus in lege naturæ. 74.c
Qui verbum Dei annuntiat, os Domini eſt. 220. b

P

PAlladium Græcorum quid propriè extiterit. 277. à
Quam figuram haberet. 277.b
Palladium Chriſtianorum eſt Eucharistia. 277.c
Paradiſi nomen pro nomine *paradigma* videtur irrepſiſſe in lib. Eccleſiaſtici. 234.c

PAVLVS.

Paulus quo ſenſu dicitur ſanctificatus cum quatuor viris. 81.a
Quando & quomodo tonſus. ibid.
Paulus caput totondit non iuxta legem Moyſi, ſed ſecundum aliam. 85.c
Paulum Apoſt. cœlibem non fuiſſe abſurdiſſima ſententia eſt. 84.c
verborum Pauli cum verbis Iudæ & Petri ſimilitudo. 225. d
Pentateuchus ſolus à Septuaginta tranſlatus fuit. 28. b
Perſonas mirari quid ſit. 241 c.
Perſonarum acceptionis vitium olim etiam inter primos fideles vigebat. 242. b

PETRVS.

Petri ſupremæ auctoritati non derogat aliquid à B. Iuda accepiſſe. 154.b
B. Petrus vnde ſcripſit ſecundam epiſtolam. 129. c
Petrus quo ordine refutat dogmata Simonianorum. 154.d
Petrus aliquandiu tacuit in Europa de dogmate Simonianorum quos ſciebat vigere in Aſia. 155.b
Petrus & Iudas diuerſa ponunt exempla de Angelicis ſpiritibus. 190.d
B. Petrus cur de Angelis loquatur generaliter, B. verò Iudas ſpecialiter de Michaele. 202. c
Phariſæorum ſecta vnde ortum & nomen habuit. 45.d & ſeq.
inſtituti Phariſæorum rigor & auſteritas quanta. 159. d
Piorum nomine quinam verè intelligantur. 178.c
Populi nomine Iſraeliticus plerúmque ſignificatur in Scriptura. 156.b
Præcones iuſtitiæ quinam olim fuerint. 8.c

PROPHETA.

Prophetiæ nomen quid importet apud Paulum. 74.b
Prophetæ nomen priſcos legis naturæ prophætas propriè ſignificat. 62.a
Prophetæ antiqui in Euangelio quinam appellentur. 3.a
Prophetæ qui verè dicuntur, legis naturæ ſunt doctores. 232.d
Prophetarum ſcholæ pro magi-

Digitized by Google

ſtrorum diuerſitate diuerſa nomina ſortitæ ſunt. 42.a
Prophetiæ ſpiritus cur Chriſti teſtimonium dicitur. 93.d
Propitiatorio aliquid ſimile habebant Gentiles. 63. c
Proſtratio totius corporis in terram. 97. a

PVRGATORIVM.

Purgatorium nomine Tartari denotatur à B. Petro. 169.b
Purgatorij locus appellatur cuſtodia & cur. 167.d
Purgatorium ex verbis B. Iudæ deducitur. 229.a

Q

QVidam Enoſcæi latinè vocantur *quidam homines*. 140.d

R

RAphael eſt primæ Angelorum hierarchiæ princeps. 192.a
Religio Chriſtiana ab initio mundi ſumit initium. 11.c
Religioſorum & monachorum inſtitutum in lege naturæ habet fundamentum. 100.a
Religioſorum viuendi modus ab Enoſcæis ortum habet. 101.d
Reliquiarum cultus vnde habuit originem. 94.b

S

SAducæi vnde dicti. 45.b
Saluatoris, ſeu Seruatoris nomen apud Ethnicos honorificum. 157.b
Saluatores in duplici ſunt differentia. 157.a
Samaritanum vocari cur Chriſtus tacendo conſenſit. 29. b
Samaritani non erant omnes hæretici, ſed quidam ex eis. 29. c

SANCTI.

Sanctorum nomine quinam intelliguntur in Scriptura. 256. d
Sanctorum nomen datum fidelibus vnde habuit originem. 138.d
per Mille Sanctos quid B. Iudas vult intelligere. 235.a. b
Olim ſancti & eorum imagines Dij vocabantur. 20. c
Sapientiæ liber malè ab hæreticis reponitur inter apocryphos. 162.a
Scaligeri & Druſij contra Serarium diſputatio iam pridem ab Auctore dirempta fuit. 49.a
Schiſmatis peccatum ne martyrio quidem poteſt expiari. 253. b. facile vergit in hæreſim. Ibid.
inter Schiſma & hæreſim quodnam ſit diſcrimen. 253. c
Scribarum officium quale fuerit. 132.b
Scribæ qui apud Iudæos dicebantur,

Digitized by Google

tur, Hebræi cognominati fuerunt. 30.a

SCRIPTVRA.

Scriptores primi Eccleſiæ, quo poſt Euangelium tempore ſcribere cœperint. 151.d

Scripturæ ſacræ vbertas mirabilis. 2.a

Scriptura ſacra non curſim, ſed attentiſſimè conſideranda eſt. 201.b

Scripturæ tranſlationes in Græcum plures fuerunt. 28.d

Scholæ Doctorum Hebræorum olim in plures ſectas diuiſæ. 43.d

SECTA.

Sectæ nomen quid importet. 187.d

Sectæ quamplurimæ erant in Ieruſalem Chriſti temporibus. 49.d

Sectæ doctorum decem erant Chriſti temporibus, & quæ earum nomina. 48.d

qui Seniores paſſim in ſcriptura dicuntur, erant ex antiquis prophetis. 164.d

SEPTVAGINTA INTERPRETES.

Septuaginta interpretum tranſlatio quando facta. 26.c

Optima fuit & incorrupta. 27. b. Illius occaſione aliquod ſchiſma cœpit eſſe inter doctores Iudæos. 27.c

Ordo qui dicitur Seraphim vnde nomen habuit. 191.d

Seruum Ieſu Chriſti nuncupari valde honorificum eſt. 120.a

Sidera errãtia quæ dicantur. 226.c

SIMON.

Simon Apoſtolus corruptè Chananæus, ſed legitime Cinæus cognominatur. 45.a

Simon Magus tranſlationis Græcæ ſectator accerrimus illam ſub fabula Hellenæ mulieris mordicus contra Apôſtolos tuetur. 31.b

Simonis Magi verba faſtuoſa. 141. b. 1. quo tempore cœpit edere ſua dogmata. 150.b

Simon Magus ſe Chriſtum eſſe iactabat. 78. b

Simonis Magi peccatum cum hæreſi coniunctum fuit. 216.d

Simon Magus cur ſanctus appellari voluit. 139.c

Simonis Magi de Angelis, de Hellena, aliiſque rebus verba breuiter expanduntur quibus pateſcit eius hæreſis. 36. a. & ſeq.

Simonis Magi de Deo & Angelis dogma exponitur. 39.b

Simon Magus ſuos diſcipules vocabat Angelos. 160.b

Bonorum operum merita negabat 37.d

Simonis Magi aſſeclæ præcipui quinam fuerint. 38.b

Simoniani docebant Chriſtum non niſi per denominationem natum ac paſſum fuiſſe. 152.d

Simonianorum, quæ & Angelorum religio ſeu ſecta quando pri-

mò apparere cœpit in Europa. 142.a
Simoniani negabant veritatem corporis Chriſti in Euchariſtia. 205.c
Simoniani Cainitis comparantur 207. d. dicuntur Angeli Satanæ. 38. d

SINAXIS.

Sinaxis Chriſtianorum vnde ortum habet. 99
in Sinaxi Chriſtianorum quanta olim erat cum charitate ſimplicitas. 244.d
Sinaxis Chriſtianorum cur rite dicatur gloria. 188

SODOMA.

cum Sodoma quatuor aliæ ciuitates perierunt. 171.a
peccati Sodomitici grauitas oſtenditur. 172. a
Qua pœna olim puniebatur. 172.b
Sodomiticum ſcœlus olim Chriſtianis falsò imputabatur. 173. a
ignis Sodomiticus quo ſenſu dicatur æternus. 173.c
de Sodomorum pœnæ æternitate Lorini ſententia. 173.d
Sollicitudo & vigilentia decet prælatos. 131.d
Mulieres ſorores apud Paulum quænam ſint. 84.d
mulieres Sorores poterant Apoſtoli ſecum ducere. 239.a
Senſim tamen ab eis ablegatæ fuerunt. 239.a
Spiritum Domini habere quid ſit. 253.d
Super aliquem aliquid facere quid importat in Scriptura. 69.a
Supercertate quid importet. 133.d
Symbolum fidei dicitur *tradita fides* & cur. 136
Symbolum fidei quando digeſtum fuit ab Apoſtolis. 135.c
nomen *Synagogæ* quid ſignificet. 43.b

T

TArtari nomine quid B. Petrus intelligit. 167.a
Tempus nouiſſimum quodnam ſit apud B. Iudam. 248.d
Tertullianus quo pacto à Montaniſtis fuit illuſus. 249.b
Teſtamenti nomen etiam legi naturæ conuenit. 15.d
Thadæus non eſt cognomen Apoſtoli, ſed idem nomen ac Iudas. 105.a
veteris Teſtamenti duo fuerunt tempora, duæque partes. 12. b.c
Tholmæi erāt quidam doctores ab antiquo Tholmai ſic dicti. 45.c
Tintinnabulorum vſus vnde habuit originem. 95.d
Tunica maculata virorum religioſorum veſtem ſimpliciter ſignificat. 270.d
per Tunicam maculatam quid debeat intelligi. 270.a
Turba tumultuans in Euangelio quæ dicatur. 75.d

Digitized by Google

V

Monialum VElamen à prophetiſſis olim delatum. 100. d
Vigiliarum vſus in Eccleſia quàm antiquus. 98.b
Viri magnæ Synagogæ qui fuerint. 42.d
Viri 250. qui cum Datan & Abiron perierunt, erant ex ſocietate Enoſcæorum. 166. a
Vnctio ſacerdotalis vſurpata in lege naturæ. 74.d
Vnctionis extremæ ſacramentum ſeptem habet obſeruanda. 68. b
Cur ſanitas corporis non ſemper illud ſequatur. 70. d
De eo apud Iob locus habetur eximius, qui exponitur. 71.b. & ſeq.
Vocabula multa nunc in Eccleſia vſurpantur, quæ tempore legis naturæ erant in vſu. 41.c

Z

ZElotæ qui dicuntur à Ioſepho erant ex ſecta doctorum qui in ſcriptura dicuntur Cinæi. 44.d
Zelotæ apud Iudæos magnæ fuerunt auctoritatis 105 a

FINIS.

Digitized by Google

Errata præcipua quæ occurrerunt hæc ferè ſunt.

PAg.2.lin.7.lege arcum. ibid.lin.35.lege eo quod. p.4.lin.5.l.charitas prouecta prouecta iuſtitia eſt. p.5.l.8.*ſimus iuſtitia.* p.16.l.4.l.2018. p.17.l.5. *impijs & peccatoribus.* p.20.l.11. citra Tiberiadem. p.21.l.3. eam nationes erant. Ibid.l. 19. *Phœnix Ogyges.* p.22 l.8. in Suna. p. 26.l.5. Zorobabele. p.27.l.37. *Itaque,* inquit. p.30.l. 24. *creſcente numero diſcipulorum.* p. 32.l.12. Ex genuina. p. 33. l.14. ἄγγελος ἀπόστολος. Ibid.l.31.leg.qui aſſiduè. p.35.l.27. & egregij nuntij. Ibid. l.35. de numero Angelorum. p.36.l.33. cùm redemiſſet. p.37.l.18. per linguam. p.41.l.24. nec ſinit. p.42.l.19. ſententia qua tenet. p.43.l.16. aliquando ſumitur. p.46.l.14. Phariſæi, quoad nomen, à viris magnæ Synagogæ ducunt. Ibid.l.35. lege antiquior eſſet. l. ſeq. originalis inſtituti. p.47.l.3. domum. Ibid.l. 9. virum doctum. p.49.l 16. vſque nunc probaſſe. p.52.l.12. Cùm toties ac nuperrimè. p.53.l.7. vocantur patres. p. 54.l.15. quaſdam cæremonias. p.55.l.33. dicitur *Thorah.* p.61.l.2. inſinuat. p.65.l.30. ani. p. 70.l.2. Ilmedenu. p.71.l.13. ſubobobſcurè. Ibid.l.26. *fouea anima* & l.29. pueritia reuertetur. Ibib.l.35. *in luce viuentium.* p.72.l.5. Rephaim. Ibid.l.24. eo tibi offeram. p.73.l.16. expreſſiſſimū. p. 79.l.28. mors equitabat. p.96.l.16. cum tripudiatione fiebat. Ibid.l.17. Iubilationi. p. 99. l.13. ex circunſtantijs. p.110.l.5. tribus votis. p.109.l.3. fine operibus. pag.116.l.3. in Deo patre dilectis. Ibid.l.23. iungantur iſta duo. p.117.l.6. ישועה *Ieſoughah,* & תשועה *theſoughah.* p.118.l.5. latiùs expoſitis. p. 122.l.10. Theſoughah, Ieſoughah. Ibid.l.32. filij à patribus. p.129.l.24. Simonis aſſeclas. p.135.l. vlt. in qua qui diſperſi. p.139.l.27. vnum ſit. p.155.l.34. quin ea quæ iam. p.157.l.3. alios qui eius vices. Ibid.l.29. ſilio Dei inierpretantur. p. 190.l. 15. vomerent blaſphemias. p.191.l.19. ab eo quo fungitur. p.192.l.27. גברים. p.193.l.24. מיכאים. p.199.l.5. vnctum amomis. p.207.l.20. nominat *filios hominum.* p.210.l.20. aquarum innudatione. p.211.l.vlt. vocatur Eliu. p.213.l.34. ſeruauiſſe, Deus. p.216.l.25. ad Simonem pertinent. p.221.l.28. fræna libidini. p. 225.l.4. patres antiqui. p.229.l.19. de illorum pœna. Ibid.l.26. ſeneſcere. p.241. l.3. *buccis tumentibus.* p.242.l.36. pro ſua dignitate. p.245.l.12. & 13. ſiue Timotheo, ſiue moneat. Ibid.l.30. ac liberalibus. p.259.l.21. in ſuis Agapibus. p.263. l.20. docendo ſpem noſtram. Ibidem l.24. egens gloria. p.264.l.32. Bacchi & Martis, p.270.l.3. & carnis ipſius. p.277.l.19. *aduexerit.* p.278.l.20. Micham gloriam Dei.

FINE

Digitized by Google